MONUMENTA

ECCLESIASTICA

TEMPORA

INNOVATAE IN HUNGARIA RELIGIONIS

ILLUSTRANTIA

DIGESSERUNT

V. BUNYITAY, R. RAPAICS, I. KARÁCSONYI

SECTIONIS SCIENTIFICAE ET LITERARIAE

SOCIETATIS S. STEPHANI

MEMBRA

TOMUS SECUNDUS: 1530—1534. CUM TRIBUS APPENDICIBUS

BUDAPESTINI

Edidit Sectio Scient. et Litt. Societatis S. Stephani

1904

EGYHÁZTÖRTÉNELMI

EMLÉKEK

A MAGYARORSZÁGI HITUJITÁS KORÁBÓL

SZERKESZTETTÉK

BUNYITAY V., RAPAICS R., KARÁCSONYI J.,

A SZENT-ISTVÁN-TÁRSULAT

TUDOMÁNYOS ÉS IRODALMI OSZTÁLYÁNAK TAGJAI

MÁSODIK KÖTET: 1530—1534. ÉS HÁROM FÜGGELÉK

BUDAPEST

Kiadja a Szent-István-Társulat Tud. és Irod. Osztálya

1904

STEPHANEUM NYOMDA R. T.
Budapest, VIII. ker., Szentkirályi-utcza 28*a*. szám.

1.

Bologna, 1530 január 1.

Dal Borgo András Ferdinánd király kegyelmébe ajánlja a caliopoli püspököt, ki Zapolyay János excommunicáltatásának ügyében ő felsége iránti hűségét nyilván igazolta.

Sacra Regia Maiestas, Domine mi clementissime. Post humillimam commendationem. Presentium lator, episcopus Caliopolensis, qui fuit missus ex Hungaria per reverendissimum dominum episcopum Agriensem, ut ab ipso intelliget Maiestas V. quum in presentia audiat episcopatum suum Turcharum vi occupatum, nec habens, ad quem confugiat, nisi ad Maiestatem V. Regiam: rogavit me, ut ipsum eidem Maiestati V. commendare vellem. Quare quum eundem bonum et valde affectum servitorem Maiestatis V. cognoverim, ut aperte comprobavit hic in testificatione sua contra comitem Scepusiensem pro excommunicatione obtinenda etc., humillime supplico Maiestati V., velit ipsum bona eius gratia complecti ac in omnibus tamquam eius humilem capellanum fovere et commendatum habere, quousque ei licuerit ad episcopatum suum, modo a Turcis oppressum redire, ac me his iterum in bonam gratiam Maiestatis V. humillime commendo. Bononie prima Januarii 1530. Eiusdem V. Sacr. Maiestatis

fidelis servitor
Andreas Burgus.

Kívül: Sacre Regie Maiestati Hungarie ac Bohemie...

Egy ív papir első oldalán, zárópecséttel. — *Bécsi cs. és kir. házi stb. levéltár: Rom. Corresp. 1530. 1. Jan. 1.*

Közli: Bunyitay Vincze.

2.

Linz, 1530 január 2.

Ferdinánd király Sanchez Gábor spanyol titkárnak Erdélyben főesperességet adományoz s üresedés esetén nagyobb javadalmat is helyez számára kilátásba.

Sanchez.[1] Honorabilis devote dilecte. Accepimus litteras tuas de XV. Decembris proxime elapsi, quibus clementer intelleximus diligentem operam tuam, quam in negotio tibi commisso impendis, eaque nobis placet... Ratione abbatie illius Maiestati Cesaree iuxta desiderium tuum scribemus, teque in hiis et aliis rebus tuis clementer commendatum habebimus, idque partim nos in presentiarum fecisse credimus, prout ex aliis patentibus litteris nostris super archidiaconatu Transylvaniensi in tuum favorem editis latius intelliges; si quid interea maioris emolumenti vacare contigerit, tui quoque in gratiam rationem inibimus, quod tibi gratiose significandum duximus. Datum Lintii 2-a Januarii 1530.

Ex[pedite].

Fogalmazat. — *Bécsi cs. és kir. házi stb. levéltár: Rom. Corresp. 1530. 2—a. Jan. 1.*

Közli: Bunyitay Vincze.

3.

Pozsony, 1530 január 2.

Szalaházy Tamás egri püspök írja Oláh Miklósnak, hogy János király Egert hevesen ostromoltatja s hogy Báthory György és a pécsi püspök követeket küldtek hozzá és kegyelmet nyervén hűséget igértek neki, de, mint mondják, színleg.

Noli, te rogo, in deteriorem accipere partem, quod raras ad te litteras dare soleam. Faciunt me assiduae curae et occupationes non quidem immemorem officii, sed adeo anxium, ut non semper possim, quod maxime cuperem, amicis vel scribendo gratificari. Agria iam pridem vehementissime periclitatur. Joannes quas potuit vires omnes Hungaricas, Polonicas, infernas et superas in illius loci expugnationem, id est ad fideles regis, qui a Cassovia usque Agriam in illius arcis defensionem convenerunt, debellandos. Exercitus regis, dici vix potest, quam sit timidus, dicere volebam cautus,

[1] Gabriel Sanchez [«S. theologie doctor et Parochus ecclesie de Rozados Salamantine diocesis» aug. 6-iki 1529. fogalmazat. *Cs. ltár.]* az I. Ferdinánd udvarában volt két spanyol titkár elseje. *1527. Deutscher Hofstaat Ferdinand I. 14. fol.*

omnia circumspicit, omnia, etiam quae fieri non possint, futura existimat. — — — Georgius de Bathor et episcopus Q. ad Joannem miserunt oratores, impetrataque gratia se fideles fore promiserunt, ficte, ut nobis significant. Sed talia figmenta non libenter audio, utinam non deteriora audiamus; sumus tardi, lenti, timidi. Vale. Posonii 2-a Januarii 1530.

Oláh Miklós levelezése. Magyar Tört. Emlékek. I. oszt. XXV. k. Budapest, 1875. 22. lap.

4.

1530 januárius 3.

Reicherstorfer György Ferdinánd királytól Salius Jeromos erdélyi származású rokona számára kéri a fejérvári egyház esperességét Erdélyben, mely birtokosának hűtlensége miatt megürült.

Sacra Regia Maiestas, Domine, Domine gratiosissime. Quod cum mihi affinis sit, qui nunc in partibus Italie sacris impendit operam literis, quem siquidem defuncto parente suo istic in studio propriis impensis alere cogor, neque aliud post Deum habeat refugium: velim eundem ex debito naturali officio apud Maiestatem Vestram, que omnes studiosos singulari favore et gratia amplecti solet, ita promoveri, ut eam intercessionem meam licet indignam sibi profuisse non dubitaret. Supplico itaque Maiestati Vestre humillime eiusdem nomine, quatenus Eadem dignetur fidelium servitiorum meorum intuitu prenominato Iheronimo Salio Transsilvano archidiaconatum ecclesie Albensis Transsilvaniensis, quod (így) nunc ob notam infidelitatis possidentis legittime vacare cepit et in collationem Maiestatis Vestre rite devolutum est, gratiose conferre, quo commodius prefatus affinis meus ceptum studium prosequi et tandem Maiestati quoque Vestre summa fidelitate inservire possit et valeat. Relationem superinde a Maiestate Vestra gratiose expectans.

Eiusdem Maiestatis Vestre

fidelis servitor
Georgius Reicherstorffer.

Egy negyedív papir egyik oldalán, eredeti, kelet nélkül, de hátán egykorú, kir. kanczellariabeli kéztől: tertia Januarii 1530 pro Archidiaconatu Transsilvaniensi. — *Bécsi cs. és kir. házi stb. levéltár: Hung. 1530. I. 3.*

Közli: Bunyitay Vincze.

5.

Budweis, 1530 január 12.

Ferdinánd király említi, hogy a pápa Magyar- és Csehországban a törökök ellen kereszteshad gyüjtését s az egyházi szerelvények és javadalmak felhasználását megengedte.

Burgo. Ferdinandus etc.

Magnifice fidelis dilecte. Non dubitamus, memor sis, quomodo contra immanissimorum Turcorum vim et conatus Sanctissimus Dominus Noster certas bullas nobis ad regna nostra Hungarie ac Bohemie, ceterasque nostras provincias dederit et concesserit; hanc etiam concessionem de cruciata, clenodiis, decimis ac bonorum ecclesiasticorum alienatione per totam Germaniam superiorem extenderit. Vigore earundem bullarum Commissarii Apostolici, ad hoc deputati, certos Commissarios, ut ex prioribus nostris litteris intellexisti *[nincs meg]*, deputarunt ac ordinarunt, volentes, ut iidem Commissarii melioribus modis agerent ac tractarent cum Episcopis et Cleris *[így]* Germanie Superioris... Datum in Budweis die 12 Januarii 1530.

Ex[pedite].

Fogalmazat egy félív papir két oldalán. — *Bécsi cs. és kir. házi stb. levéltár: Rom. Corresp. 1530. I. 12. 2.* — Ferdinándnak egy másik, Innsbruckban 1530 május 27. kelt levele nyiltan mondja: «ad confinia Regni nostri Hungarie aut aliorum Regnorum nostrorum... collocarentur». *U. o. 1530. 27. V. 5.*

Közli: BUNYITAY VINCZE.

6.

Esztergom, 1530 január 22.

Pál esztergomi érsek kéri Ferdinánd királyt, hogy ne kívánja tőle főpapi esküjének ellenére Esztergomnak átadását s hajolna inkább békére, mintsem újabb háborúra.

Serenissime et invictissime Princeps et Domine, Domine mi Clementissime. Humillimam mei et servitiorum, orationumque mearum commendationem. Litteras Maiestatis Vestre ex Lyncz in vigilia Nativitatis Christi per dominum Joannem Andream de Sbardellatis ad me datas quintadecima mensis presentis reverenter, ut par erat, accepi. Omnia, que proxime ad reverendissimum dominum Thomam, episcopum Agriensem, cancellarium Maiestatis Vestre de fide, integritate, devotione et observantia mea erga Maiestatem

Vestram inviolate servatis scripseram, vera, firma et evidentissima sunt. Quibus id solum adiiciendum putavi, me, tametsi omnibus regibus et dominis meis cum summa semper fide et fidelitatis constantia servivi, nulli tamen unquam vel vehementiore vel ardentiore studio ac voluntate, quam Maiestati Vestre obsecutum fuisse. Servavi hanc meam arcem et ecclesiam, ne ab hoste totius Christianitatis funditus everteretur aut ne diriperetur, incendiumque toti regno inextinguibile ex ea pararetur, non sine gravissimo capitis et vite mee periculo. Quam nunc optat Maiestas Vestra, ut si archiepiscopatum mihi salvum esse cupio, indilate manibus eiusdem cum omnibus tormentis bellicis, victualibus et municionibus resignare velim, quod non gravate profecto facerem, nisi arx ipsa ecclesie mee nexu insolubili copulata et libertas quoque regni et ecclesiarum Dei precipua esset, ut quilibet prelatorum per se, et non alii, arces ecclesiis coniunctas sub fida et vigili custodia servare teneretur, inter quos primus ego (meritis licet imparibus) sum. Et tempore consecrationis mee sacramento fidei ad retinendum ecclesiam et arcem ipsam, simul et alia ecclesie mee bona obstrictus. Unde sperabam pro clarissima generis et animi Maiestatis Vestre nobilitate et clementia, mea item perpetua in Eam devotione et observantia, dono munificentie et liberalitatis sue regie et eorum, que reverendissimus dominus Tridentinus nomine Maiestatis Vestre nuper per dictum Johannem Andream mihi significaverat, complemento decoratum iri potius, quam id quoque, quod Dei est et cure mee commissum, exigi et amoveri. Nec possum, Serenissime Rex, vehementer de his non admirari, qui Maiestatem Vestram ad bella potius quam pacem et honestam cum adversariis concordiam complectendam inclinare student. Si bellis rursus res agenda est, nec satis sanguinis christiani effusum, id quod ego Maiestati Vestre nullo pacto consulerem, nihil prorsus ex arce et ecclesia mea, quod religioni christiane inconsentaneum foret, admittetur. Si vero pace, quod omnia iura divina et humana suadent, et ittidem ego quoque unicum Maiestati Vestre, ut gloriose regnet salusque his regnis calamitosis aliisque limitaneis provinciis eiusdem paretur, utraque manu amplectendam censerem, arce hac ecclesiaque mea, ut in manus eiusdem resignetur, minus necessarium erit. Sic itaque de me persuadeat velim, me tam inculpate ac innocenter semper erga eandem gessisse, ut nunquam ab ea errati cuiuspiam mei veniam petiturus sim. Quam ut Deus Optimus Maximus quam diutissime salvam et incolumem pro felici statu regnorum suorum et totius reipublice christiane conservare velit, etiam atque etiam vehemen-

tissime cupio, meque et servitia mea perpetua iterum atque iterum eidem humillime commendo. Alia is Dominus Andreas Sbardelatis plenius Maiestati Vestre explicabit, cui fidem credentie prestare dignetur. Ex arce Strigoniensi vigesima secunda die mensis Januarii, anno Domini M. D. XXX.

Eiusdem Maiestatis Vestre Serenissime

humilis Servitor et fidelis Capellanus
Paulus
Archiepiscopus Strigoniensis manu propria.

Kívül: Sacre Regie Maiestati Domino meo Clementissimo.

Egy ív papir két oldalán, zárlatán piros gyűrűpecséttel; csak a néválaírás a primásé. — *Bécsi cs. és kir. házi stb levéltár: Hung. 1530. I. 40.*

Közli: BUNYITAY VINCZE.

7.

Esztergom, 1530 január 25.

Az esztergomi érsek Tamás egri püspök s királyi kanczellár közbenjárását kéri a végett, hogy ne kívánják tőle Esztergom átadását; egyszersmind tudósítja őt a János-pártiak békére hajló szándékairól, a naszádosok hűségének ingadozásáról s Habordancznak János király elleni merényletéről.

Reverendissime Domine et frater, nobis observandissime! Dominus Andreas de Sbardellatis decimo quinto die Januarii litteras Reverendissime Dominationis Vestre presentavit. Certo sibi Reverendissima Dominatio Vestra persuadeat, me in sua singulari benevolentia atque amicitia supra omnes, quos fratris et amici loco teneo, confisum, deinceps etiam in ea rerum mearum ratione repositurum. Neque ego defui, ubi tempus exigebat, honori et statui Reverendissime Dominationis Vestre; egi, acturusque sum boni fratris officium.

De fidelitate mea erga Regiam Maiestatem potuit iam pridem tum ex litteris meis, tum ex ipso Sbardellato intelligere; nisi fidelem archiepiscopum in Suam Maiestatem egissem, non me, statum meum, dignitatem, fortunam, vitam denique tam aperto periculo supra multas vices inter tot paganorum millia exposuissem. Et si, ubi dominus Joannes Rex cum Thurco regnum hoc ingressus est, statim in partes eius venissem, non opus fuisset castra Thurcorum toties non sine capitis mei discrimine penetrare. Sepius a Domino

Joanne Rege amice requisitus et monitus, immo accersitus sum. Verum in fidelitate Regie Maiestatis perseverans non prius ad ipsum veni, quam Thurcus ex castris in Rakos positis me invitum ad eum misit, nec tunc ei fidelitatis iuramentum sponte prestiti, nisi per metum, et quidem talem, qui potuit cadere in constantissimum virum cadere *(így)*. Hec et alias multas calamitates pro ea fidelitate, quam erga Regiam Maiestatem habui, passus sum.

Nunc in signum fidelitatis mee exigit a me Regia Maiestas, ut hanc arcem et ecclesiam meam in manus sue Maiestatis et gentium suarum assignaremus. Quid iuvaret Maiestatem suam, si hoc facerem, penitus ignoro. Libertati autem ecclesie mee (pro cuius conservatione tempore, quo munus consecrationis accepi, firmissimum prestitimus iuramentum) plurimum derogat, nec credimus quempiam esse, qui fidentior aut vigilantior castellanus huic arci prefici possit, quam ego sum. Preter hoc omni officio, studio ac fidelitate Regie Maiestati serviemus, salvo tamen honore nostro et salute patrie communis. Cuius quidem patrie rogamus Reverendissimam Dominationem vestram, iam tandem recordetur et misereatur, ne plus sanguinis Christiani effundatur, neve regnum hoc iam pene devastatum in fedam servitutem infidelium subiugetur, quod certissime eveniet brevi, nisi mature statui ac tranquillitati huius regni consultum fuerit.

Domini partium Domini Joannis Regis ad meam admonitionem parati sunt, una cum dominis partium Regie Maiestatis in uno loco communi sive Strygonii sive in civitate Alba regali sub sufficienti salvo conductu convenire et de hiis tractare, quibus regnum hoc alioqui ad extremam calamitatem redactum, conservari possit, ne iam penitus pereat. Isti enim dicunt optare syncero corde salutem huius patrie et ita sese gerentes putant, ut hoc regnum inter duos reges conservari possit. Credunt Dominationes quoque Vestras, que partes Regie Maiestatis sequuntur, hoc idem cupere. Esset autem necesse, ut alter alterius voluntatem super regni huius conservatione ac nationis nostre intelligeret, ut ultimum huius regni excidium vitari possit. Hoc autem secus fieri non poterit, nisi communis conventus fiat.

Mittuntur propediem ad Dominationes Vestras pro huiusmodi conventione fienda littere. Rogo Reverendissimam Dominationem Vestram, persuadeat illis Dominis hanc futuram conventionem, ne in diversum sentiant. Futurum ex ea spero omne bonum et Regie Maiestati et huic regno. Monenda etiam est Regia Maiestas, ut conventui consentiat et flectat animum, ut bonas ac honestas pacis

conditiones acceptet, alias vereor, ut unde magnus triumphus speratur, magna inde et nominis et regnorum iactura sequatur.

Nazadistas in partes Domini Joannis Regis voluisse venire intelleximus, sed non fui instrumentum eiusmodi defectionis, nec e re mea fuisset, si illis disuasissemus. Quod si fecissemus, illico Dominus Joannes Rex apertus nobis hostis factus fuisset. Homo regius fuit, qui defectionem persuasit.

Habordancz volens ad nos venire, assecuravimus ipsum, et sub salvo conductu nostro venit, tractande pacis et concordie gratia inter reges. Ubi Budam profectus in conspectu regis astitit, oblitus pacis ineunde, *regem ex insidiis sica trucidaturus aggredi voluit, interceptum a tergo a servitoribus Regis, tandem cohercitum.* Fidem servanti servanda fides est, ipse fidem simul et pacis consilium mutavit, sicque ansam sui mali dedit.

In summa rogo Reverendissimam Dominationem Vestram magnopere, relicto odio, relicto ulciscendi animo, denique relicta omni simultate, consulat saluti patrie, que mater nostra est. Sit satis tantum sanguinis christiani effusum, sit satis tantum ruinarum, incendiorum, blasphemiarum Dei Optimi Maximi, ne nostra tempestate christianum nomen extinguatur. Hec sunt et Deo et homine teste, que syncere omnibus faciendum censeo.

Ceterum, Reverendissime Domine, ego apud Dominum Joannem Regem effeci, ut pro concordia et pace tractanda aliquem nuntium ad Regiam Maiestatem mitteret, aut ad Imperium. Reverendissima Dominatio Vestra efficiat, ut ordinetur salvus conductus, quo securus transitus sit.

Reliqua dicet dominus Andreas Sbardellatus, cuius verbis Reverendissima Dominatio Vestra fidem facere velit, et eandem foelicissime valere optamus. Ex arce mea Strigoniensi 25 Januarii, anno Domini 1530.

Servitor
Strigoniensis
manu propria.

Kívül: Reverendissimo Domino Thome Episcopo Agriensi Cancellario Regie Maiestatis, Domino et fratri in Christo nobis observandissimo.

Egy ív papirnak három oldalán, zárlatán a primás piros, czímeres gyűrűpecsétjével; csak az aláírás a primásé. — *Bécsi cs. és kir. házi stb. levéltár: Hung. 1530. I. 22.*

Közli: BUNYITAY VINCZE.

8.

Kassa, 1530 január 29.

Horváth Mátyás tudósítja Tamás egri püspököt az Oroszlánkő várában talált ingóságokról, továbbá Eger megvételéről és Szarvaskő ostromáról; egyszersmind kéri a püspököt, hogy necsak igéretekkel tartsa őt és társait, hanem gondoskodják is rólok.

Post assiduam servitiorum nostrorum commendationem. Reverendissime Domine, Domine gratiosissime. Que nobis Reverendissima Dominatio Vestra ex parte conservationis et dispensationis bonorum ac rerum in arce Orozlankew repertarum scribit, optime intelleximus, summa earum non est adeo magna. Reperimus in ea non plus septingentos florenos, quinque cyphos deauratos, vestimenta et amictum muliebrem, cophium unum et nonnullos calices. Prefatam pecuniarum summam ad pedites in castris Reverendissime Dominationis Vestre non sine capitis discrimine laborantes et militantes adque necessitatem castrorum suorum exposuimus, cophium cum vestibus et calicibus ceterisque rebus in arce reliquimus, que omnia in solius Dei manu sunt. Nos enim omnibus nostris melioribus equis et supellectilibus privati, Cassoviensem[1] tuende nostre salutis gratia magno hostium in nos incursu pauci vix citra vite periculum fugimus. Nunc et expensis et ceteris rebus necessariis carentes miseram vitam agimus. Medius iam agitur annus, quod ne minimam quidem assem in sortem servitiorum nostrorum habuimus. Sunt sex nostrum hic, qui Dei adiutorio superstites evasimus, videlicet Petrus et Mathias Horwath, Emericus Sos, Balyka, Blasius Nagh et Gregorius Zekel. Cristoforus Danch parti Joannis Zapoliensis adhesit, ceteri partim capti, partim per hostes trucidati sunt. Arx Agriensis est occupata, Zarwaskew quoque obsessa est. Si igitur Reverendissime Dominationi Vestre nostra servitia fuerint accepta, scribat nobis, quum non possumus solo aëre vitam sustentare. Iussit Reverendissima Dominatio Vestra domino Seredy, quod nostri curam habeat; nullam sane hactenus habuit. Nuper enim cum Cassoviam advenissemus, unum solummodo vas vini Reverendissime Dominationis Vestre nobis dandum recusavit. Preterea cum his diebus ipsum Baso stravissemus, certa ingenia et machinas bellicas ab eo abstulissemus, nullo nobis emolumento fuere; partiti sunt namque Bebek et dominus Seredy inter se, quamvis et nos

[1] civitatem.

omni ope vina Reverendissime Dominationi Vestre importanda curavimus. Quod reliquum est, omnes familiares nostros in arcibus reliquimus, eo quod ee peditibus expertes fuere. Reverendissima Dominatio Vestra nos solummodo regiis alit litteris: «en, inquiens, copia Regia ad vos ventura est», nullam tamen hactenus experti sumus. Nos solvimus et castellanis et ceteris omnibus, qui in arce Zarwaskew fuerunt; nos vero sicut dame et capree in Alpibus, ante hostium impetum hinc inde fugimus. Si Regie Maiestati et Reverendissime Dominationi Vestre regnum et publica pax placeret, alia plane provisio fieret. Et tandem Reverendissimam Dominationem Vestram in plures annos valere optamus felicissime. Ex Cassa, feria sexta proxima post festum conversionis sancti Pauli Apostoli Anno Domini 1530.

Eiusdem Reverendissime Dominationis Vestre

perpetui Servitores

Petrus et Mathias Horwath

et ceteri supra scripti.

Kívül: Reverendissimo Domino Domino Thome de Zalahaza, Episcopo Ecclesie Agriensis Cancellario Regio etc. Domino gratiosissimo.

Egy ív papir két oldalán, zöld zárópecséttel. — *Bécsi cs. és kir. házi stb. levéltár: Hung. 1530. I. 30.*

Közli: Bunyitay Vincze.

9.

Prága, 1530 januárius 31.

Pimpinella pápai követ hitelesíti és Bécsben kinyomatja a János királyt kiközösítő, Bolognában 1529 deczember 22-én kelt bullát. Ennek a nyomtatványnak egyetlen, a XVIII. század végén Bécsben még megvolt (csonka) példányát Denis, Wiens Buchdruckergeschichte, Wien, 1782. 355. lap, 374. szám alatt ekként ismerteti:

Excommunicatio in Joannem Zapulianum, qui se regem Hungariae nominat, publicata per Italiam, Germaniam, Hungariam et Boemiam. Voran steht das Zeugniss des apost. Nuntius Vinc. Pimpinella Erzb. von Rossano, dass ihm diese Bulle Clemens des VII. mit allen Formalitäten zugestellet worden sey. Dann die Bulle unterzeichnet *Bononiae, Anno incarnationis Dominicae Millesimo Quingentesimo Vicesimo Nono, Undecimo Kal. Januarij. Pontificatus*

nostri Anno Septimo. Den Schluss macht ein Certificat des Nuntius von der Uebereinstimmung dieser Copie mit dem Original. *Datum et actum in civitate Pragensi 1530. ultima Januarij.* Zeugen werden angeführt Joh. Faber, Paul. Macarellus, und der Notar Guil. Boscius, der sich auch nach dem Nuntius unterschreibet.[1]

10.

Prága, 1530 februárius 4.

Ferdinánd király utasítja római követét: eszközölje ki a pápánál, hogy ő Szentsége Brodaricsot Zapolyay Jánosnak, az egész kereszténység nyilt ellenségének követét, különben is hűtlen embert, meg ne hallgassa, de még országába lépni se engedje.

Burgo. Ferdinandus etc. Magnifice fidelis dilecte... Que de Broderico scribis, abunde intelleximus, et ideo tibi committimus, ut cum Beatitudine Pontificis agas et efficere coneris, ut illum nedum non audiat, verum etiam eum terras suas minime intrare et in eisdem nullo pacto agere permittat, cum sit nuntius aperti hostis totius christianitatis, unde tantum abest, ut consilia et proposita sua cedere possint in bonum christianitatis (sicut pretendere visus est), ut etiam quam maxime sint nocitura, si eisdem locus detur, cum ipse Scepusiensis malum malo accumulare non desinat, omnemque suum conatum et ingenii vires impendat, ut et nobis et communi reipublice christiane malum accersat, quod exitus omnium eius actionum satis superque docuerunt. Et ultra hec plusquam rationabilia, vel hoc sufficere deberet, quominus a Sanctitate sua audiatur vel acceptetur, quod idem Brodericus tempore serenissimi domini regis Ludovici fratris et sororii nostri charissimi ad cancellariatum regni Hungarie per nos promotus et evectus, deinde vero in consilium nostrum admissus, honoribus et commodis

[1] Az 1529 deczember 22-ikén tartott consistoriumi ülésről vezetett egyik jegyzőkönyvben a János király kiközösítésére vonatkozó végzés így van följegyezve: «R^mus^ dominus Senensis (Piccolomini János kardinális), ut unus ex deputatis cum R^mo^ de Sanctoseverino et Cesarino, qui egritudine impeditus adesse non potuit, retulit super privatione comitis Johannis voivodae Transilvaniae, tanquam eius, qui inierat amicitiam cum Turcarum tiranno, qui ipsius ductu et promissis regem Ludovicum tunc (így) et nuperrime totum regnum occupaverit, incenderit et deleverit. Ex quibus privatus, excommunicatus declaratus extitit, iuxta tenorem minutae per R^mum^ primum diaconum (Cibo Incze kardinális) lectae». Barberini-könyvtár XXXVI. 1. jelzetű kézirata f. 57. — Közölte: *Fraknói Vilmos* «Századok» 1902. évi folyam. 711. lap.

amplissimis ornatus et adauctus, parti Johannis antedicti non solum adherere, verum etiam se manifeste, tantoque studio et opera velut oratorem et agentem ipsius contra nos et christianitatem opponere et practicare non erubuerit; que omnia quantum quadrent nostris in eum benefactis et sue denique professioni erga fidem nostram catholicam, vel cecus videre posset. Hiis itaque, aliisque attentis, eum non audiendum esse censemus; quin potius pro officio pastorali, quo Sanctitas Sua fungitur, tractari deberet, uti meretur ita, quod alii exemplo istius moniti, sibi a similibus decetero cavere possint. Quod tu quoque opportune per media solita et alias, uti expediet, procurabis et omni studio quascunque actiones et practicas eiusdem Broderici intercipies, nostram in eo omnimodam et expressam executurus voluntatem. Datum Prage 4-a Februarii 1530.

Ex[pedite].

Fogalmazat két ív papirnak öt oldalán. — *Bécsi cs. és kir. házi stb. levéltár: Rom. Corresp. 1530. 4. II. 35.*

Közli: Bunyitay Vincze.

11.

Lincz, 1530 februárius 7.

A Henckel János meghívására küldött lőcsei követek értesítik polgártársaikat, hogy Henckel ugyan szivesen fogadta a meghívást, de a királyné nem akar beleegyezni távozásába.

Valentinus famulus civitatis rediit de Lintz, missus a deputatis cum litteris feria 2. post Dorotheae, in quibus litteris domini scripserunt, quomodo venerabilis dominus doctor Joannes Henczkel benigne suscepit plebanatum, quantum in se erat; sed sine consensu reginae Mariae non audebat abire, quae postquam rescivit consensum eius, nequaquam ipsa consentire voluit, sed eum apud se manere voluit; ideo frustra est spes nostra.

— — — — — — — — — — — — — — —

Electus est iterum in iudicem Leutschoviensem anni MDXXIX. iudex Georgius Mild, alias Kinast.

C. Sperfogel Contracti Annales. *Wagner:* Analecta Scepusii II. 155.

12.

Kapornak, 1530 februárius 14.

Antal kapornaki apát és a konvent tudatja, hogy a kapornaki egyház menyezetének (tectum seu tabulatum) elkészítéséhez szükséges gerendákat, arany- és ezüstlapokat, czinóbert és lazurint részben maga a mester, Mezőlaki Menyezew Mihály ingyen adta. Ezért aztán az apát és konvent a mesternek Kapornakon egy jobbágytelket és egy malomhelyet ajándékoz.

Antonius abbas et conventus Kapornakiensis artifici Michaeli Menyezew de Mezewlak, qui materias tabulato ecclesiae Kapornakiensi ornando necessarias gratis largitus est, unam sessionem colonicalem et unum locum molendini gratitudinis ergo conferunt.

Eredetije a vasvár-szombathelyi káptalan levéltárában. Litt. eccl. f. t. nr. 24.

Közli: Dr. Karácsonyi János.

13.

Lincz, 1530 februárius 18.

Oláh Miklós szemrehányást tesz Brodarics István szerémi püspöknek, a miért János királyhoz szegődött.

Multi sunt, qui tibi succenseant, quod a tua constantia, probitate et integritate si non omnino deflexeris, at aberasse videaris et illum, quem prius habueris animum, nescio quo pacto quibusve tuis cogitationibus, immutaris. Constantem te omnes antea virum iudicarunt et nec minis, nec pretio a virtute integritateque morum deflectentem, sed nunc in tantam omnium venisti criminationem, ita ab omnibus tua improbantur facta, ut reperiri posse arbitror neminem, qui de te cum magno meo dolore non mala dicat et sentiat. Satius tibi erat nomen integritatis retinere, quam nescio qua spe commodi consequendi a recta via deduci. Ubi nunc sis terrarum, quid agas, quidve moliaris, vel quid cogites, nemo non modo scire, sed ne audire quidem potest. Cuperem te pro nostra vetere amicitia sanum esse ubicunque agas, sed ita, ut aliquando resipisceres. Vale. Ex Lincio 18. Februarii 1530.

Oláh Miklós levelezése. Magyar Tört. Emlékek. I. Oszt. XXV. k. 43. l.

14.

Lincz, 1530 február 25.

Oláh Miklós keményebb hangon ír Várday Pál esztergomi érseknek, a miért Ferdinánd király hűségétől eltántorodott.

Offensus sum graviter tuis malis artibus, quibus te contra tuum et nostrum principem usum esse, non rumore ipso, sed certa omnium relatione intellexi. Utinam aliquando resipisceres et tuam aliis nocendi naturam in bonam frugem converteres, melius certe rebus tuis foret consultum. Nonne meministi optimos praecessorum tuorum mores, vitam integram, religionem sinceram? Hii non modo non adhaeserunt Turcis, religionis nostrae sacrosanctae hostibus, sed eos viribus omnibus sunt persecuti. Qua in re non dubitarunt et facultates suas omnes, quascumque habuerunt, et vitam suam praeclarissime effundere, cuius rei testes sunt multae praeteritorum annorum cum Turcis susceptae pugnae. Conflictus etiam ad oppidum Mohaach, cum magna nostrorum clade et internecione commissus. Earum rerum si tu memor esses, ut deberes, profecto non modo non descisceres a veris principibus christianis, sed etiam omne periculum pro tua fide, penes eos, qui illam defendunt, paratissimo animo subires. Propone tibi eos, quos nominavi tuos praecessores. Thomas Cardinalis Strigoniensis, vir omnium cordatissimus, quoties omnes fere facultates suas in milites contra Turcos missos liberaliter elargitus fuit? Hunc sequutus est Georgius a Sathmar: vir et animi et corporis dotibus, nec minus vitae sanctimonia illustris. Qui ut Hungariae periculis subveniret, me sciente et vidente, omnes suas opes effudit. Postremo omnium Ladislaus Zalkanus, et ingenii et consilii viribus praestans, in campo Mohaach Turcarum manibus necatus est. Horum igitur imitare facta, quae profecto ab omnibus, qui religionem hanc christianam amplectuntur, sunt imitanda. Id si feceris, nunquam a vera via aberrabis. Postremo nonne te monent tuae promissiones, interveniente iuramento sanctissimo fidelitatis observandae, in frequenti consilio, me et aliis multis viris optimis praesentibus, regi nostro factae? Ea unica res, si non plures essent aliae, quae tamen sunt innumerabiles, te ab defectione ista abducere deberent. Quare si sapis, et nomini tuo perpetuas tenebras offundere non cupis, resipisce et consule honori tuo. Vale. Ex Lincio 25. Februarii 1530.

Oláh Miklós levelezése. 46. l.

15.

Pozsony, 1530 februárius 27.

Szalaházy Tamás egri püspök, kir. kanczellár értesíti Oláh Miklóst Eger várának a Zapolyay-pártiak által történt elfoglalásáról, Veszprém visszavívásáról, az esztergomi káptalan kirablásáról stb.

Credo iam te certius cognovisse, quod nuper ignorabas; ut exercitus regius retrocesserit, me piget meminisse. Facis mentionem Agriae, quae iam pridem in hostium venit potestatem. Cum prius mensem unum et dies aliquot omnibus viribus equestribus, pedestribus, quas habebat Joannes, fuisset acerrime oppugnata et per meos strenue item et fortiter defensa: Hieronymus Lasko cum Polonis, Cozka cum Bohemis et tormentis bellicis, Joannes Tahy, Joannes Zerechen, Gaspar Raskay, Petrus Bodo, Thomas Nadasdy, Pazthay, Puthnoky, denique omnis turba perfidorum ad illius arcis expugnationem concurrerat. Vesprimiensis arx recuperata nuper fuit per Andream Choron et alios familiares meos, et mox per Joannem Tahy, Franciscum Somogy, Petrum Emreffy et quosdam pedites Bohemos et per aliquot millia rusticorum fuit obsessa et oppugnata violentissime, sed Deo et fidelissimis castellanis meis propugnantibus servata; Johannes Tahy cum suis turpissime depulsus, occisis et vulneratis hominibus circiter quadringentis, amisso etiam fratre et plerisque familiaribus; negant de Bohemis superfuisse decem, quin saucii fuerint aut mortui, erant autem, ut intelligo, trecenti; de meis duo levissime vulnerati. Piskey his diebus ad Ugrot per nostros est profligatus. Hispani civitatem Strigoniensem nuper diripuerant. Turcarum nasadistae capitulum diripuerunt, e civitate quidquid erat hominum, abductum; hic nulli fiunt apparatus. Vale. Posonii 27. Februarii 1530.

Oláh Miklós levelezése. 49. l.

16.

Lincz, 1530 márczius 1.

Oláh Miklós örömét fejezi ki Sulyok György pécsi püspöknek, hogy nagy megpróbáltatásai ellenére megmaradt Ferdinánd király hűségében.

Cum illius omnes essemus de te existimationis, ut iam fractus calamitatibus et multis malis, quae ab inimicis regis Ferdinandi

forti animo hucusque pertuleris, coactus paruisses imperio Joannis regis, ecce advenit Bernardus Sarkan, qui nunciaret, te et Georgium Bathoreum in fide Ferdinandica, amissis licet omnibus bonis et rebus vestris, constanter mansisse, idque eum certo accepisse ex Stephano Swlyok fratre tuo, qui nuper ad Wywar venerat. Mirum in modum laetati sumus, vos maxima constantia, singulari integritate praeditos, perseverasse in vestra erga regem fide; verum ut is vester animus diuturnus sit, cupio. Quantum ego rem hic intelligo, non diu his malis communibus laborabimus; curae est regi et vestra et aliorum suorum liberatio. Nam aliter, si maxime etiam vellet, facere non potest, honore et dignitate sua id exigente. — — Ex Lincio, prima Martii 1530.

Oláh Miklós levelezése. 51. l.

17.

Prága, 1530 márczius 4.

Ferdinánd király meghagyja az egri püspöknek, hogy Vincze érseket s pápai legatust a kapornaki apátság birtokába helyezze be még akkor is, ha az apátság már másnak adományoztatott volna.

Agriensi. Ferdinandus etc. Reverende, Devote, Dilecte. Cum (sicut Devotioni tue minime est incognitum) Reverendissimus in Christo pater Dominus Vincentius, archiepiscopus Rossanus, sanctissimi Domini nostri de latere legatus ad nos destinatus in omnibus, que Sanctitatis Sue nomine apud nos agere et tractare habet, ac etiam in ceteris, que commune christianitatis bonum regnique nostri Hungarie reparationem contingunt, diligentem, fidelem, promptam et indefessam ac talem operam prestiterit et prestare non gravetur aut desinat, ut nonnisi optime de eo satisfacti esse possimus, et alioqui propter virtutem ac morum candorem, viteque honestatem et eruditionem multam et variam dignus esse censeatur, ut a nobis indotatus non abeat, si quando redire cupiat ad patriam. Ut ergo illum alioqui diligentissimum et publicis commodis desudantem maiori stimulo excitaremus atque animi nostri gratitudinem cum eo, quo nunc potuimus, testimonio utcunque cognitam faceremus: eidem legato abbatiam in Capornak in regno hoc nostro sitam cum omnibus pertinentiis suis motu proprio eoque ignorante contulimus, sicut in litteris nostris desuper emanatis eique traditis plenius continetur. Verum quia a venerabili Francisco Wylaki preposito Posoniensi, secretario nostro accipimus, hanc abbatiam per

nos alteri forsan (cuius tamen neutiquam reminisci possumus) fuisse collatam, nos nihilominus sic volentibus et exigentibus eiusdem legati meritis a collatione hac manum nequaquam retrahere potuimus, prout etiam non debuimus, satius esse arbitrantes, cum alio (si modo alicui de hac provisum est), qualiscumque etiam fuerit, ut cedat, agere, quam legato, quod sponte datum est, aufferre, aut eum mora longiore detinere. Quare Devotioni tue omni studio committimus, ut quocunque modo et studio possit, legatum hunc per semetipsam et suos ac alios, quorum opera adhibenda fuerit, iuvet et promoveat, ut illius abbatie per procuratorem suum legitimum possessionem omnino assequatur, non obstantibus in contrarium quibuscunque, neque etiam attento iure alterius, quod si appareat, debite compensabimus, ita tamen, ut legatus abbatiam illam sortiatur et pacifice teneat eaque fruatur. Quod eandem Devotionem tuam indubie facturam esse, nobis persuadere volumus, idque erga eam singulari gratia nostra recognoscemus et per hoc sibi non parum favoris et honoris conciliabit apud Sanctissimum Dominum nostrum, cui legati persona grata est, sibique vicissim commodare poterit. Sicut eadem Devotio tua peroptime facere novit, que nos statim de rei successu admoneat. Datum Prage quarta Marcii 1530.

Ex[pedite].

Fogalmazat egy félív papir két oldalán. — *Bécsi cs. és kir. házi stb. levéltár: Hung. 1530. III. 17.*

Közli: Bunyitay Vincze.

18.

Prága, 1530 márczius 5.

Ferdinánd király utasítja római követét, eszközölje ki a pápánál, hogy ez Vincze érsekkel s pápai legatussal a neki adományozott kapornaki apátságot, valamint a többi, idővel talán nyerendő adományozásokat elfogadtassa.

Burgo. Ferdinandus etc. Magnifice fidelis dilecte. Contulimus Reverendissimo in Christo Patri Domino Vincentio Archiepiscopo Rossano, Sanctissimi D. N. Legato de latere ad nos destinato abbatiam in Capornack, in regno nostro Hungaria sitam, propter multiplicia sua in nos et christianitatem merita, cuius negotium tanto ardore, studio et assiduitate peragit, ut maiori nequeat. Quia vero propter aliquas rationabiles causas gravate illius administrationem suscipere videtur, nisi prius Sanctitas Sua et Sedes Apostolica

hoc presciat, ne quid sibi posthac imputari possit: nobis videretur apprime consultum, quod Sanctitas Sua, cui forsan idem Nuntius tacite cupit hanc nostram liberalitatem constare, iuberet eidem Legato, ut quod sponte nostra tam liberaliter datum est ac forsan cum tempore dari possit, pro honore Sanctitatis Sue non deneget aut detrectet, sed acceptet; quod tu pro rei exigentia commode et necessario apud Sanctitatem Suam ages et fieri curabis... Datum Prage quinta Martii 1530.

Ex[pedite].

Fogalmazat egy félív papir egyik oldalán. — *Bécsi cs. és kir. házi stb. levéltár: Rom. Corresp. 1530. 5. III. 60.*

Közli: BUNYITAY VINCZE.

19.

Konstantinápoly, 1530 márczius 8.

Gritti Lajos, János király kinevezte egri püspök és ugyanannak konstantinápolyi követje felszólítja az esztergomi érseket, hogy az ország dolgainak állapotáról hűségesen értesítse; tudatja egyszersmind, hogy a török császár megparancsolta a boszniai helytartónak, hogy a zágrábi püspök útmutatása szerint seregével Krajna és Karinthia pusztítására meginduljon.

Reverendissime Domine frater et amice honorande. Post salutem et nostri commendationem. In litteris vestre Reverendissime Dominationis amorem suum in me, qui mihi nunquam dubius fuit, perspexi. Diligentiam vero, quam maxime expectabam, non reperi. Nimium enim circumcise scribit ac, ut fateor, negligenter. Rogo posthac labori non parcat, atque successum rerum omnium, que nostra intersunt, singillatim veluti commentarios perscribat, ut ex his consilium capere possim eaque deligere, que ad vestram salutem atque utilitatem pertinere videbuntur. Sed amore Dei caveatis, ne quicquam falsi fictique scribatis, uno quippe mendacio possetis evertere, que optime constructa sunt, quod deinceps ne veritati quidem fides adhiberetur. De hoc potentissimo principe nihil est, quod dubitetis, quin omnia vobis necessaria contra hostem suppeditaturus sit. Quin etiam res ipsa personam Sue Cesaree Maiestatis flagitaverit. Affirmo vobis non modo non esse defuturum vestris periculis, sed etiam postquam semel suscepit tutelam, rediturum esse cum exercitu in Hungariam, sicut ex litteris Sue Cesaree Maiestatis intelligitis. Mandavit autem nunc Sua Cesarea Maiestas Zanchyako Samandriensi, ut mox succurrat vobis terrestribus et navalibus copiis secumque afferat bombardas et pulveres. Vestra autem interest,

ut omnia, que istic gerantur, verbis, litteris et nuntiis significetis. Mitto vestre Reverendissime Dominationi per hunc cursorem quicquid in litteris suis a me petiit. Quam [Deus] bene conservet incolumem. Constantinopoli VIII. marcii 1530.

Reverendissime Dominationis Vestre frater et amicus
Ludovicus Gritti
Electus Agriensis et summus thesaurarius et orator
Regie Maiestatis.

Iussit etiam Cesarea Maiestas Zanchyako Boznensi, ut ad omnem requisitionem reverendissimi Domini Zagrabiensis moveat se cum exercitu ad vastandum Carniolam et Carinthiam et eo veniat, quo sua Reverendissima Dominatio vocabit. In scribendo Vestra Reverendissima Dominatio ne sit parca, nec referat se ad litteras Regie Maiestatis aut cuiuscunque alterius, sed ipsam rem mihi omnem late ac distincte perscribat.

Hátán egykorú, de más kéztől: L. Gritti ad Strigoniensem ex Constantinopoli VIII. Martii.

Egy félív papir egyik oldalán. — *Bécsi cs. és kir. házi stb. levéltár: Hung. 1530.*

Közli: Bunyitay Vincze.

20.

Konstantinápoly, 1530 márczius 8.

Gritti Lajos értesíti az esztergomi érseket, hogy a császár sereget és hajóhadat küld segítségükre, nagyobb veszély esetén személyesen fog Magyarországba visszatérni. Gyakoribb s kimerítőbb tudósításokat kér.

Reverendissime Domine frater et amice honorande. Post salutem et mei commendationem. Cesarea Maiestas mandavit subito vobis expediri auxilium terrestre et navale, ut postulant vestra pericula. Quod si adeo premeremini, ut opus esset sua Cesarea Maiestate, redibit in propria persona in Hungariam. Tantum abest, ut vobis sit defuturus. Deinceps non parcatis labori in scribendo; nam non solum breviter scribit vestra Reverenda Dominatio, sed etiam nihil attingit de his, que fieri opporteat. Et bene valeat. Constantinopoli VIII marcii 1530.

Reverendissime Dominationis Vestre frater et amicus
Ludovicus Gritti
Electus Agriensis et summus thesaurarius et orator
Regie Maiestatis.

Egy nyolczadív papir egyik oldalán. — *Bécsi cs. és kir. házi stb. levéltár: Hung. 1530. III. 47.*

Közli: Bunyitay Vincze.

21.

Prága, 1530 márczius 13.

Ferdinánd király meghagyja Désházinak, hogy Maius János királyi titkárnak, kit főesperesnek és zágrábi kanonoknak kinevezett, a tizedet további rendelésig kiszolgáltassa.

Dezhazy Exp.

Ferdinandus etc. Magnifice, fidelis, dilecte! Contulimus honorabili fideli nobis dilecto Joanni Maio secretario nostro archidiaconatum cum canonicatu ecclesie Zagrabiensis, sicut in litteris nostris desuper emanatis continetur. Cum autem intelligamus, te nonnullas decimas de bonis tuis eidem ecclesie quotannis dare debere, nosque eundem secretarium nostrum in servitiis nostris et regni illius existentem fructibus eiusdem beneficii plene gaudere velimus, eapropter tibi firmiter hac serie committimus, ut eidem Johanni Maio vel procuratori suo legitimo, et nemini alteri de prescriptis decimis per te solvendis nunc et deinceps, usque ad ulteriorem commissionem nostram tibi faciendam, satisfacias, easque illi in sortem fructuum suorum sub registro tradas et consignes. Secus non facturus. Datum Prage 13 Martii 1530.

Ex[pedite].

Egy ív papir egyik oldalán, fogalmazat. — *Bécsi cs. és kir. házi stb. levéltár: Hung. 1530. III. 83.*

Közli: Bunyitay Vincze.

22.

1530 márczius 19.

Costilla, minthogy maga egyházi javadalmat nem nyerhet, arra kéri Ferdinánd királyt, hogy a Mruck Jánossal betöltendő esztergomi prépostság jövedelmeiből Ádám nevű fiának száz arany évi fizetést rendeljen.

Serenissime ac potentissime Rex etc.

Intellexi, quendam scribam ex cancellaria Hungarica, Jo[annem] Mruck nomine, petiisse a Maiestate Vestra preposituram Strigoniensem, que multi valoris est. Unde cum ego beneficia ecclesiastica habere non possim, humillime suplico Maiestati Vestre, si illam ei confert, dignetur super eam constituere pensionem centum ducatorum pro filio meo Adam de Costilla.

Hátán: Eadem die Zedlitz 19 Martii 1530 fiat.
Pro Costilla.
40 ducad. por el I ho de el.
19 Martii 30.
Super Casmensi prepositura pro Joanne Buesso 100 ducat. eadem die.

Egy szelet papir egyik oldalán, kelet és aláírás nélkül. — *Bécsi cs. és kir. házi stb. levéltár: Hung. 1530. III. 100.* Közli: Bunyitay Vincze.

23.

Prága, 1530 márczius 25.

Ferdinánd király meghagyja Dal Borgonak, hogy Brodaricsot, a mikor Francziaországból vissza fog térni, okvetetlenül elfogassa és valamely megfelelő helyen fogva tartsa.

Burgo. Salinos. Ferdinandus etc. Magnifice, spectabilis et fidelis dilecte... Ex litteris ipsiusmet Broderici, que ad nos misse sunt *[a lap szélén ugyanazon kéztől:* Zifra in totum] et ex tuis cognovimus eundem sine impedimento ad Lugdunum pervenisse, de quo non parum dolemus; credebamus autem, postquam tibi de eo specialem commissionem feceramus, te omnino provisurum esse, ne tam libere profectus fuisset ad Franciam, idque a te factum expediret. Tibi itaque denuo committimus omni serio, ut quocunque modo possis, tractes et disponas, quo in reditu saltem intercipiatur et in aliquo loco competenti detineatur, ex quo ad manus nostras posthac deduci valeat, et in eo nulli labori et diligentie parcas, cum scias quanto nocumento sint illius et similium hominum practice, et quantum referat eosdem semel in lucem deduci, quod per similem detentionem commodissime fieri poterit... Datum Prage 25 Martii 1530.
Ex[pedite].

Fogalmazat két ív papir hét oldalán. — *Bécsi cs. és kir. házi stb. levéltár: Rom. Corresp. 1530. 25. III. 68b.* Közli: Bunyitay Vincze.

24.

Prága, 1530 márczius 28.

Ferdinánd király megparancsolja a nyitrai püspöknek, hogy azon évenkénti százötven aranyat, melyet a szkalkai apátság átengedéséért Buesso Jánosnak igért, pontosan megfizetni el ne mulaszsza.

Ferdinandus. Reverende, Devote, Dilecte. Exposuit nobis venerabilis devotus nobis dilectus Joannes Buesso, Capellanus noster

quod licet alias facta per eum resignatione abbatie Sancti Benedicti in Skala in favorem Devotionis tue ipsaque pensionem annuam centum quinquaginta ducatorum in loco et terminis in contractu desuper erecto specificatis sibi solvere promiserit et iam decurso anno cum dimidio eandem Devotionem Vestram pro pensionis huius solutione requisiverit, eandem tandem in hunc usque diem obtinere non potuerit in grave preiudicium et damnum suum. Nosque preterea humillime requisivit, quatenus ei super hoc gratiose adesse et opitulari dignaremur. Considerantes itaque petitionem ipsius iustam et honestam et ea, que per Dominationem Vestram promissa sunt, observari et adimpleri debere, idcirco fidelitati tue harum serie firmiter committimus et mandamus, ut mox receptis presentibus prefato Johanni vel legittimo procuratori suo, de pensione ista pro terminis hucusque decursis et non solutis realiter et cum effectu satisfacere ac etiam pensionem futuram et decurrendam locis et temporibus supradictis sine ulla exceptione solvere et contractum utrimque stipulatum tenere et adimplere modis omnibus debeat, seque in his taliter gerat, ut manifeste deprehendere possimus suam obsequendi et nobis parendi promptitudinem et ne ab eodem Johanne super his denuo interpellati ad alia media convenientia descendere cogamur. Secus minime factura. Datum Prage 28 Marcii anno 1530.

Ex [pedite].

Legfelül; Episcopo Nitriensi.

Fogalmazat egy félív papír két oldalán. — *Bécsi cs. és kir. házi stb. levéltár: Hung. 1530. III. 121.*

Közli: Bunyitay Vincze.

25.

Esztergom, 1530 április 5.

Várday Pál esztergomi érsek megparancsolja kiküldött biztosainak, hogy levele vétele után azonnal menjenek Selmeczbányára s ott eskü alatt hallgassanak ki tanúkat arra nézve: vannak-e a papok között olyanok, a kik a lutheránus eretnekséget vallják és nyiltan hirdetik, a bőjtparancsot megszegik, nyilvánosan ágyast tartanak, vagy, a mi még rosszabb, az egyház szine előtt házasságra léptek stb. Az ekként kivett vallomásokat lepecsételve küldjék hozzá vagy helyetteséhez; az illető papokat idézzék meg eléje; a tanuskodni vonakodókat pedig egyházi czenzurával kényszerítsék, hogy az igazság mellett tanúságot tegyenek.

Paulus de Warda Dei et Apostolice Sedis gratia Archiepiscopus ecclesie Strigoniensis locique eiusdem comes perpetuus, ac

Summus Cancellarius et Secretarius Regie Maiestatis, Primas Hungarie et Apostolice sedis Legatus Natus etc. Discretioni vestre insolidum in virtute sancte obedientie et sub excommunicationis late sententie pena districte precipiendo committimus et mandamus, quatenus acceptis praesentibus statim citra ullam moram personaliter ad civitatem Sebniciensem accedatis, ibique ab omnibus utriusque sexus hominibus fide dignis et catholicis, recepto ad sancta Dei ewangelia iuramento corporali, seorsum inquiratis et interrogetis: Si scit pro certo aliquos ex plebanis et sacerdotibus ac clericis, cuiuscunque status et dignitatis existant, laborare heresi Lutheriana? Si palam et publice hanc dampnatam sectam docent et predicant? Si dies ieiuniorum ab ecclesia statutos observant, si ab esu carnium et lacticiniorum ac similium rerum, quarum usus diebus ieiuniorum et quadragesimali hoc tempore prohibitus est, abstinent? Si mulierculas focarias loco uxoris publice tenent, vel quod deterius est, si in facie ecclesie matrimonium contraxerunt? et generaliter in quibus articulis fidei nostre christiane errant et falsa docent? Et post hoc dicta et attestationes eorundem testium fideliter conscribatis conscriptaque clausa et nemini revelata, presentibus etiam inclusis, statim absque ulla crastinatione ad Nos vel vicarium nostrum in spiritualibus mittere debeatis et teneamini. Et nichilominus illos, qui inventi fuerint in hanc labem et heresim lutherianam incidisse, ad terminum reportationis huiusmodi attestationum, ad audiendam iudiciariam nostram deliberationem cum solita certificatione in nostram peremptorie citetis presentiam; testes autem, qui fuerint nominati, si se odio, favore aut timore, prece vel premio a testificacione subtraxerint, per censuram ecclesiasticam compellatis veritati testimonium perhibere. Datum Strigonij quinta die mensis Aprilis Anno Domini Millesimo Quingentesimo Tricesimo.

Idem Archiepiscopus Strigon. m. p.

Eredetije Beszterczebánya város levéltárában. Fasc. 267. Nr. 9.

Közli: Dr. Timon Ákos.

26.

Esztergom, 1530 április 5.

Várday Pál esztergomi érsek Beszterczebánya városának. Fájdalommal értesült, hogy ámbár őseik a katholikus valláshoz mindig híven ragaszkodtak, most mindazáltal találkoznak közöttük némelyek, kik bizonyos plébánosok és prédikátorok hamis tanaitól megmételyezve, Luther kárhoztatott eretnekségébe estek. Főpásztori kötelességénél fogva felhívja őket, hogy az efféle eretnekeket intsék, dorgálják, s ha kell, börtönnel és más efféle büntetésekkel is, az anyaszentegyház egységére visszatérni kényszerítsék. A papokat és szerzeteseket pedig, kik ugyanezen tévelyt vallják és hirdetik, vasra verve küldjék hozzá, hogy őket kihallgathassa.

Paulus de Warda Dei et Apostolice Sedis gratia Archiepiscopus Strigoniensis etc. Prudentibus et circumspectis Iudici et Iuratis, ac universitati Christifidelium civitatis Novizoliensis, salutem in Domino. Quamquam certissime sciamus, dominationum vestrarum progenitores ac maiores earundem in veritate sancte matris ecclesie semper vixisse et veram Christi Salvatoris nostri fidem sincere et religiosissime iuxta ritum et consuetudinem sacrosancte Romane ac universalis ecclesie et sanctorum patrum instituta coluisse: intelligimus tamen (quod non sine gravi animi nostri dolore referimus) inveniri quosdam in civitate ista Novizoliensi, qui falsis doctrinis quorundam plebanorum et praedicatorum ex communitate dominationum vestrarum infecti, non recte cum sacrosancta matre ecclesia sentirent, nec fidem nostram christianam religiose ac pie secundum Deum, iuxta sanctorum patrum constitutiones servarent; sed lapsi in damnatam heresim Lwtherianam, toto in orbe christiano interdictam et explosam, tanquam ab ecclesia catholica precisi errant. Quare nos abhominationi et errori detestabili dispendiisque salutis animarum pro debito officii nostri pastoralis occurrere et mederi volentes: requirimus, hortamur et monemus vos, per viscera misericordie Domini nostri Jesu Christi, perque fidem et religionem vestram ac salutem maiorum vestrorum, ut tales hereticos et in heresim sacrilegam dilapsos vos quoque requiratis, hortemini et moneatis, ac omnibus remediis, etiam carcere et aliis id genus penis, sectam illam blasphemam, falsam et hereticam abiurare et in unitatem sancte matris ecclesie redire compellatis. Presbyteros vero et alias religiosas personas, qui sectam eandem profitentur, docent, aut publice in ambone predicant, vinctos ad nos in compedibus ferreis mittatis. Quod si ex hijs, qui Lwtheranam sectam profitentur, asserant hanc sectam esse veram et catholicam, parati sumus eos audire, et si recte cum ecclesia senserint, approbabimus, sin secus,

aperiemus illis veritatis viam et ab errore revocabimus. Datum in arce nostra Strigoniensi feria tertia proxima post dominicam Judica. Anno Domini millesimo quingentesimo tricesimo.

Paulus
(L. S.) Archiepiscopus Strigon., m. p.

Eredetije Beszterczebánya város levéltárában. Fasc. 267. Nr. 10.

Közli: Dr. Timon Ákos.

27.

Prága, 1530 április 9.

Ferdinánd király meghagyja az olmüczi birónak és esküdteknek, hogy a pilisi apátnak javait, miket Gallay János nálok letett, a most hozzájok küldött Reicherstorffer tanácsossal és titkárral összeirassák és neki, bárhol legyen is, elküldjék.

Ferdinandus etc. Prudentibus et circumspectis Magistro Civium Judici et Juratis Civitatis nostre Olamucensis gratiam regiam. Tametsi per alias nostras litteras vobis seriose commiserimus, ut bona Abbatis Pilisiensis certis scriniis conclusa et per Johannem Gallay penes vos deposita inventariari et describi faceretis, nobis tamen innotuit, vos non attenta commissione nostra, bona ista inventariari non curasse. Cum autem omnino velimus certam eorundem bonorum notitiam habere, idcirco vobis denuo committimus et mandamus omni serio, ut adiuncto vobis fideli nostro egregio Georgio Reicherstorffer, consiliario et secretario nostro de bonis illis omnibus, que Abbatem concernunt et iure depositi ad vos devenerunt et inibi asservantur, mox visis presentibus ac sine ulla exceptione, mora et tergiversatione describi, inventariari et appretiari facere, ac huiusmodi inventarium per vos et dictum Georgium confectum una cum eodem Georgio ad nos, ubicunque fuerimus, transmittere debeatis, non obstantibus quibuscunque. Secus minime facturi, presentibus perlectis exhibenti restitutis. Datum Prage 9ª Aprilis 1530.

Ex[pedite].

Legfelül: Reicherstorffer.

Fogalmazat egy félív papir egyik oldalán. — *Bécsi cs. és kir. házi stb. levéltár: Hung. 1530. IV. 12.*

Közli: Bunyitay Vincze.

28.

Prága, 1530 április 11.

Ferdinánd király a tihanyi apátságot, melyet már Bark Bálintnak adományozott, a törökök által teljesen elpusztított veszprémi püspökséghez csatolja azon feltétel alatt, hogy az egri püspök Bark Bálintot az egri vagy veszprémi püspökségben létező valamely javadalommal kárpótolja.

Nos Ferdinandus Dei gracia rex Hungarie et Bohemie etc. infans Hispaniarum, archidux Austrie etc. memorie commendamus tenore presencium significantes, quibus expedit universis, quod licet nos Abbaciam Tikoniensem per notam infidelitatis moderni Abbatis, in quam idem, eo quod Johanni Zapoliensi et cum hoc Thurcis, fidei Christiane hostibus truculentissimis adheserit, incurrisse dicitur, fideli nostro honorabili Valentino de Bark contulerimus, cum tamen intelligamus episcopatum Wesprimiensem ab eisdem hostibus in tantum esse desolatum, ut ex proventibus suis neque gentes teneri, neque alia onera deinceps ad defensionem regni, supportari possint, Abbaciam prefatam Tikoniensem eidem episcopatui Wesprimiensi tamdiu, dum in pristinum statum redigi poterit, duximus annectendam et adiungendam, ea lege et condicione, quod fidelis Cancellarius noster reverendus dominus Thomas Episcopus Agriensis prefatum Valentinum de Bark in altera predictarum ecclesiarum Agriensis vel Wesprimiensis aliquo beneficio contentum reddere debeat. Quocirca universis et singulis iudicibus, iuratis, ceterisque quibusvis colonis et subditis prefate Abbacie harum serie mandamus firmissime, ut a modo in posterum prefatum dominum Thomam Episcopum aut hominem suum per eum ad hoc deputandum audire eidemque in omnibus obedire et obtemperare debeatis, secus non facturi, presentibus perlectis exhibentibus restitutis. Datum Prage feria secunda proxima post dominicam Palmarum anno domini millesimo quingentesimo tricesimo, regnorum nostrorum anno quarto.

Ferdinand.

Obsignate sunt parvo sigillo
Wylaky.

Hátán: Negotium Vesprimiense.
Paria literarum
Regiarum super
Abbatiam Tykoniensem,
que nunc apud
Andream Choron est.

Egykorú másolat, utánozva az eredeti nyilt levél alakját is. — *Bécsi cs. és kir. házi stb. levéltár: Hung. 1530. IV. 14.* Közli: BUNYITAY VINCZE.

29.

Prága, 1530 április 11.

Ferdinánd király megparancsolja a szepesvári kapitányoknak és serege vezéreinek, hogy János szepesi prépostot és a joghatósága alá tartozó plébánosokat zaklatni vagy károsítani ne merészeljék, sőt inkább támadóik ellen oltalmazzák és megvédjék.

Ferdinandus Dei gratia rex Hungariae etc. Fidelibus nostris egregiis ac strenuis castellanis arcis Scepusiensis exercituumque nostrorum praefectis praesentibus et futuris salutem et gratiam. Quoniam nos fidelem nostrum reverendum Joannem, praepositum ecclesiae divi Martini terrae Scepusiensis, simul cum omnibus bonis ac rebus ac presbyteris iurisdictioni suae subiectis in nostram regiam receperimus protectionem et tutelam specialem: nolentes itaque per quempiam ipsum aut suos plebanos et presbyteros impediri, turbari, molestari seu damnificari permittere, harum serie sub poena indignationis nostrae fidelitati vestrae mandamus firmissime, ne praepositum divi Martini terrae Scepusiensis ac plebanos eiusdem iurisdictioni subiectos molestare aut damnificare audeatis. Quodsi quis contra vos ex iis excesserit: non via facti, sed coram praefato praeposito eorum praelato iure requiratis, et vobis iustitia non deerit; quin potius ab omnibus impetitoribus eos tueri et defendere debeatis. Secus facere sub poena praemissa non ausuri. Datum Pragae feria secunda proxima post dominicam Palmarum. Anno Domini 1530.

Wagner: Analecta Scepusii sacri et profani. I. 374.

30.

Prága, 1530 április 13.

Ferdinánd király meghagyja Bátori István nádornak, hogy a somogyvári apátságra Szalaházy Tamás egri püspököt nevezze ki és annak jogaiba és javadalmaiba vezettesse be.

Comiti Palatino.

Ferdinandus etc. Spectabili et magnifico fideli nobis dilecto Stefano de Bathor Comiti Palatino et Locumtenenti regni nostri Hungarie et Judici Cumanorum salutem et gratiam regiam. Cum intelligamus vobis a Ser^{mo} quondam domino Ludovico Hungarie et Bohemie Rege, fratre et sororio nostro charissimo concessam fuisse facultatem conferendi Abbatiam Simigiensem quoties eam vacare

contigerit, nosque illam ad presens per obitum ultimi et immediati eiusdem possessoris vacantem propter grata, utilia fideliaque servitia multasque alias rationabiles causas nos ad hoc juste moventes Reuerendo, Devoto, nobis dilecto Domino Thome de Zalahaza Episcopo Agriensi ac regni nostri Hungarie Cancellario in testimonium benignitatis et gratie, qua ipsum merito complectimur et fovemus, omnino et pre omnibus aliis conferri et dari velimus: eapropter fidelitati vestre committimus et mandamus omni studio, ut mox receptis presentibus prenominatam Abbatiam cum omnibus pertinentiis et iuribus suis prefato Episcopo rite et legitime conferre et ordinario suo quoad investiendum de illa presentare debeatis ac teneamini; anteferendo eum omnibus et singulis, si qui eandem Abbatiam essent a vobis petituri aut iam petiissent, ac non obstantibus etiam in contrarium quibuscunque, per que voluntati et iussioni huic nostre contrairi posset, quibus omnibus, quatenus opus est, plene derogamus et derogatum esse volumus. Et in hanc vestram collationem in personam prefati Episcopi modo premisso vel factam, vel faciendam exnunc prout extunc et e converso consentimus, eamque de mera potestate nostra Regia approbamus, ratificamus et confirmamus, ita quod idem episcopus ad eandem Abbatiam non expectata ulteriori commissione aut consensu nostro, ordinario loci illius presentari possit et debeat, cui vel quibus ius investiendi ad hoc habenti vel habentibus harum serie firmiter committimus, ut eundem Episcopum mox, visis presentibus, nulla etiam habita confirmatione aut alia commissione nostra, de dicta Abbatia investiant et ut moris est instituant, dando eidem vel procuratori suo possessionem realem et actualem cum fructuum et emolumentorum perceptione, secus nulla ratione facturi; presentibus perlectis exhibenti restitutis. Datum Prage 13 Aprilis 1530.

Fogalmazat egy félív papir két oldalán. — *Bécsi cs. és kir. házi stb. levéltár: Hung. 1530. IV. 16.*

Közli: Bunyitay Vincze.

31.

Linz, 1530 április 13.

Henckel János Erasmusnak. Küldi neki Mária királyné sajátkezű levelét és értesíti, hogy a királyné a neki ajánlott művet fölötte kedvesen fogadta.

Toto fere hoc anno non licuit quidquam ad te scribere Erasme modis omnibus optime, eo quod pulsi patria nullo certo loco subsidere licuerit. Vagati sumus incertis sedibus et in alieno solo tan-

dem consedimus, paucis etiam diebus hunc quoque locum mutaturi. Nam Carolum in Germaniam uenientem salutatum proficiscimur. Litterę tuę Lincii nos offenderunt, quas ex manibus Herę meę accepi, nam per postam (ut aiunt) una cum aliis ad eandem pervenerant, quas cum intellexisset a te missas, petiit a me, ut legeret; gratum fuit, quod sui quoque in eis memineris. Quod autem huius optimę principis singulare erga te studium certius intelligere possis, en tibi ab illa litteras, quas sua manu scripsit, quod nonnisi summis principibus et sibi dilectissimis facere consuevit. Quę cum a tali manu et tam studiosa anima profectę sint, non dubito, quin charas sis habiturus. Mittet, ut spero, propediem et alias, vel, quod magis optamus, in hiis comitiis coram te alloquetur et animi gratitudinem in te testabitur. Si quis enim tuorum libellorum et grate acceptus et in honore habitus est, is est profecto, quem huic Viduę donavisti et consecrasti. Sic enim et amatur et tractatur, ut plerique mirentur, nullum ex eius tam crebro repetita lectione tedium oboriri, quin etiam virgines forma, opibus, genere, pudicitia conspicue, que in Regine officiis sunt, hoc exemplo commote, etsi latine nesciant, tamen libellum habere et in manibus tractare gaudent. Denique a me serio contendunt, ut germanice vertendum curem, quod equidem me facturum recepi. Hic est profecto amabilis tuarum lucubrationum genius, ut, quemadmodum de Homero scribit Plutarchus, nulla unquam legenti tua scripta capiet satietas. Mitto tibi poculum quoddam, exile quidem illud, sed quod summo quondam principi, horum videlicet Marchionum a Brandenburg parenti, in deliciis fuit. Id oro, ut placere tibi sinas. Antoninus noster ut ex litteris eius accipio, a mania, qua gravissime laboravit, prorsus est liberatus, itaque valet ut cum rectissime, quod gaudebis, sat scio, non mediocriter. Faciat Deus optimus, ut tu quoque a calculo liberatus incolumis diu studiis et omnibus bonis feliciter valeas. Podagra mea hoc anno tribus aut quatuor diebus tantum me deiecit. Virum egi, a tergo tamen sequitur monetque me fidei, quam dato libello repudii velim violatam fore. Vale ut opto, et valebis quam feliciter. Ex Lincio Idibus Aprilis Anno Christi 1530.

Tuus Joannes Henckel.

Kívül: Doctissimo et modis omnibus optimo viro d. Erasmo Roterodamo theologię syncerioris principi ac assertori, maiori suo observando.

Buscher: Spicilegia autographorum XI. p. 21. s köv. Közölte Dr. *Bauch* G. a Történelmi Tár 1885. évf. 519—520. ll.

32.

Német-Lipcse, 1530 április 15.

Spetinger István németlipcsei pap levele Schneider Bálint beszterczebányai biróhoz. Ámbár érzi elégtelen voltát, sürgetésökre elfogadta meghívásukat a beszterczebányai plébánosságra; de elfeledte az egész városnak tudomására hozni, hogy ő Esztergomban be van vádolva, hová Verbőczy örömest elvitte volna többi társaival együtt, úgy hogy sehol biztosságban nem volt. Aggódik azért, nehogy miatta a várost valami kellemetlenség, őt pedig az a gyalázat érje, hogy Esztergomba kelljen mennie. Kéri ennélfogva a birót, közölje e körülményt a tekintélyesebb polgárokkal s aztán írjanak neki, mielőtt érte jönnének.

Im 1530 Jar dd 15 Aprilis etc.

Gnade gottes dess almechtigen vaters vnd vnsers Hern Ihu Christi seÿ mitt vns allen Amen. Erszamer weÿser vnd gunstiger Her, ich wolt ewer Herschafft von Herczen ginen, das euch wol ging mitt allen Hern vnd erberen gemein. Gunstiger Her richter, nach dem als ewer Herschafft mitt allen den Hern vnd ganczer gemein mich vnwirdigen hobt erwelt czu einem selsorger vnd ich euch czugesagt hab auff gross gepeth wnd vermanung ewer Herschofft vnd der ganczen sthatt nicht kunth versagen, wie wol mich genuck aussgereth, wie ich nicht genucksam wer czu dem sthand vnd vngelert, vnd nach auff den hetigen tag geren sehe, dass ÿhr mitt einem anderen vorsehen wert, sunder ich las das czu gott vnd an ewere Herschafften vnd gancze gemein, wen ich pesorg, das ewer weÿsheit mitt der ganczen sthat mitt mÿer ÿbel versorgt wert. Vnd ich fercht, gunstiger Her, nach dem als ewer Herschafft mitt allen den Hern vnd ganczer gemein wolwissent ist, vnd ich das vorgessen hab, das ich vor der ganczer sthat hett das angeczeigt, wie ich czu Gron bin vorklogt vnd auff gene czeit, das man vns mitt den anderen bridern geren der schaczmaster, als nemlich der Verbeczy, geren hett hingeprecht vnd ich ninderth sicher bin gewest. Ich pesorg lieber Her richter, das yhr mecht grosse mÿ und arbeth von meinthwegen hoben, vnd ich von den leythen ÿn grosse geferlichkeit kumen. Das ich den was mier das ewere Herschafften nicht ginnethen, darum ich bytt als meine gunstige Hern, wolt siliche sach wol petrachten vnd von der handeln; das der ganczen sthat vnd auch mÿer armen brister nicht ein schmachet widerfier, wen ich ken Gron sÿlt; ich was nicht, wie ich mich des sÿlt erwegen, wen die leytt lossen nicht mitt ÿn reden vnd auch einen nicht vorheren, wie wol ich hett gutt czeignes von Kroke, wie ich da hob gepredigtth, darum ich bÿtt als meinen ginstigen Herrn, wolt silichs

vorbringen vor die Hern vnd vor die elczten auss der gemein vnd mier ein freintliche anthwurt geben, ee das dos man nach mÿer kumth. Ich hett vil mer nach czu schreiben czu ewer herschofft, sunder die czeit die geÿtt es nicht. Ich wil ewer herschofft gott pefolen hoben mitt allen. Geben ÿm Deiczen Lypcz.

Steffan Spetinger
ewere H. williger kaplan.

Kívül: Dem erszomen vnd weysem Herrn falten Schneyder Richter ÿm Newen Sol. stb.

Eredetije Beszterczebánya város levéltárában. Fasc. 209. Nr. 8.
Közli: Dr. Timon Ákos.

33.

Prága, 1530 április 16.

Ferdinánd király Don Lasso Péternek, szent Jakab lovagrendje nagypaizshordozójának és saját főlovászmesterének Szent-György esztergomi prépostságát adományozza.

Ferdinandus... memorie commendamus... quod nos habentes respectum ad multiplicia merita ac grata, assidua et indefessa servitia magnifici fidelis nobis dilecti Don Petri Lasso, militis Ordinis Sancti Jacobi de Spata, magni Scutiferi et Magistri stabuli nostri, que nobis per annos aliquot in regnis nostris Hungarie et Bohemie ac alias honorifice ac magna fide hucusque impendit et impendere non desinit; consideratis item egregiis virtutibus ac probitate et candore morum, quibus eundem Don Petrum ab altissimo preditum et decoratum esse reipsa cognovimus; eidem Don Petro, tanquam persone idonee, sufficienti et benemerite preposituram Sancti Georgii in viridi prato Diocesis et iurisdictionis Strigoniensis ad presens vel per apostasiam aut irregularitatem cuiusdam Ladislai de Capleon vel per manifestam Augustini de Sbardellatis aut cuiusque alterius ultimi et immediati possessoris eiusdem infidelitatem ex eo, quod partes Joannis Comitis Scepusiensis... fovent, incursam... vacantem... damus et conferimus presentium per vigorem. Quocirca Reverendum et Venerabiles... Datum in arce nostra Pragensi in vigilia Pasche anno Domini M. D. XXX. Regnorum nostrorum quarto.

Ferdinandus m. p.

Ad mandatum Domini Regis proprium
Jo. Maius
Reg. Canc. Secretar.

Hártya, alján középütt piros gyűrűpecsét. — *Bécsi cs. és kir. házi stb. levéltár: Hung. 1530. IV. 22.*
Közli: Bunyitay Vincze.

34.

Körmöczbánya, 1530 április 22.

A körmöczbányai városi tanács felszólítja Selmeczbánya város tanácsát, hogy az esztergomi érsekhez küldendő követség ügyében együttesen járjanak el.

Namhafft... Hernn... Wier haben gesternn nach Dato E. W. von wegen des tzuegs ken Gron etzliche artickel vor dem Ertzbischoff, durch welche ehr der Sstetten tzusacht entschuldigen, schreÿben emphangen unnd verstanden. Demnach dieweyl ÿhn dissen tagen haben nie grundtlich khumen daraufs handlen, wellen auff den nechtskunfftigen Suntag das best ÿhn den Artickl beschliessen unnd darnach auff den dienstag beÿ Euch tzu erscheÿnen mit Ewer gesandten yhn dem gelaÿt Botten weÿtter ken Gron hinab tzihen. Bitten E. H. wollet einem tzu dem wolverstendigen verordnen, der auch neben unss das best thwe. Wellen auch in vergleÿchen einen der neben E. H. nach dem besten helff tzu handlen unnd unsere unschuld verfechtten. Gott der allmechtig keht (így) vor allem ubel. Auff der Cremnitz. Am Freytag vor Georgÿ. Im Jar 1530.

Richter und Rath
des Statt Cremnitz.

Kívül: Ersamen... Herrnn Richter und Rhatt der Sstatt Schęmnitz.

Eredetije Selmeczbánya város levéltárában.

Közli: Dr. Karácsonyi János.

35.

Linz, 1530 április 23.

Ferdinánd király ismételten meghagyja az egri püspöknek, hogy Pimpinella Vincze pápai követnek a kapornaki apátságot, ennek hűtelen birtokosa és minden törvénytelen elfoglalójának elmozdításával, késedelem nélkül szerezze meg.

Agriensi.

Ferdinandus etc.

Reverende Devote Dilecte. Per proximas litteras nostras devotioni tue commisimus, ut tantum efficeret, quo reverendissimus in Christo pater dominus Vincentius Pimpinella, archiepiscopus Rossanensis, Sanctissimi Domini nostri cum potestate legati de latere ad nos destinatus, possessionem abbatie in Capornack tue diocesis

adipisceretur, quod nunc quoque fieri volumus. Cumque intelligamus hanc tantum difficultatem superesse, quod modernus abbas nomine nostro per spectabilem et magnificum fidelem nobis dilectum Franciscum de Bathyan, regnorum nostrorum Dalmatie, Croatie et Sclavonie banum in gratiam nostram receptus fuerit, atque ideo hunc non esse frustrandum gratia semel sibi irrogata, nos autem huiuscemodi gratie sibi facte nihil recordemur, neque etiam aliud restare videamus, quam quod in eundem abbatem iuxta demerita sua procedatur, nostra vero benevolentia per hoc qualecunque officium nostrum reverendissimi domini Legati prefati in nos meritis et virtutibus respondeat ipseque in pura et mera spontaneaque liberalitate nostra nihil incommodi sentiat: idcirco Devotionem tuam denuo requirimus omni studio, ut mox receptis presentibus, prenominatum reverendissimum dominum Archiepiscopum quoquo potest modo congruo et necessario iuvet et promoveat, quo per se vel procuratorem suum legitimum realem et pacificam possessionem dicte abbatie sine ulteriore mora nanciscatur ac in ea manuteneatur contra quoslibet illicitos detentores, quos omnino amoveri debere decrevimus, non obstante allegatione et exceptione vel dicti moderni et infidelis abbatis, vel aliorum quorumcunque; volumus quoque, ut cum primum hec eadem abbatia prefato Archiepiscopo tradita et consignata fuerit, nos Devotio tua de eo certificet omnemque possibilem diligentiam et curam in ijs adhibeat, quo nobis constare possit promptitudo serviendi, qua Devotio tua in iis, que sibi committimus, uti solet, sicut eam in iis etiam pro sedulitate et industria sua indubie facturam esse nobis pollicemur, idque erga eandem Devotionem tuam gratiose recognoscemus. Datum Lintii 23 Aprilis 1530.

Ex [pedite].

Fogalmazat egy féliv papir két oldalán. — *Bécsi cs. és kir. házi stb. levéltár: Hung. 1530. IV. 29.*

Közli: Bunyitay Vincze.

36.

Linz, 1530 április 23.

Ferdinánd király értesülvén, hogy a német császár a franczia királytól visszatérő Brodarics István elfogatását elrendelte, Borgónak meghagyja, hogy ez ügyben a pápánál és másoknál a szükséges lépéseket megtegye.

Burgo. Ferdinandus etc. Magnifice... Intelleximus preterea Maiestatem Cesaream dedisse ordinem in tribus aut quatuor locis,

ut Stephanus Brodericus, rediens a rege Francorum, intercipiatur. Tu vero quod reliquum et ad negotium hoc promovendum proficuum est, apud Sanctitatem Suam et alios, ubi operepretium fuerit, supplebis... Datum Lintii 23 Aprilis 1530.

Ex [pedite].

Fogalmazat egy félív papir egyik oldalán. — *Bécsi cs. és kir. házi stb. levéltár: Rom. Corresp. 1530. 23. IV. 2.*

Közli: Bunyitay Vincze.

37.

Linz, 1530 április 26.

Ferdinánd király Oláh Miklós fejérvári őrkanonok, királyi titkár és tanácsosnak, valamint atyafiai és szolgáinak szabad menet- és oltalomlevelet ad.

Ferdinandus etc. Universis et singulis... Abit in medium vestri is fidelis noster reverendus Nicolaus Olah, Custos Albensis, Secretarius et Consiliarius noster presentium ostensor cum fratribus et servitoribus suis, ut in medio vestri, ubi ei commodius videbitur, habitet, quem unacum suis, Dominationibus Vestris unice commendamus, easdemque rogamus, subditis vero nostris firmiter committimus et mandamus, ut... eum excipere ac libere ubique et absque ulla quavis solutione, impedimento, turbatione et gravamine et alio quovis onere ire, proficisci et redire ac ubi maluerit, stare, pausare, morare et habitare permittere velitis... Datum Lyntii 26. Aprilis 1530.

Ex[pedite].

Egy félív papir egyik oldalán, fogalmazat. — *Bécsi cs. és kir. házi stb. levéltár: Hung. 1530. IV. 39.*

Közli: Bunyitay Vincze.

38.

Linz, 1530 április 27.

Ferdinánd király meghagyja a pozsonyi prépostnak és káptalannak, hogy Alamizsnás szent János testét a többi szent ereklyékkel együtt Kerecseni Zalai János pozsonyi főispántól lelettár mellett vegyék át és további rendeletig a maguk templomában helyezzék el.

Ferdinandus etc. Venerabilibus et honorabilibus, devotis nobis dilectis Preposito et Capitulo ecclesie collegiate ciuitatis nostre Posoniensis gratiam regiam et omne bonum. Commisimus magnifico fideli nobis dilecto Johanni Zalai de Kerechen, Comiti Poso-

niensi, ut corpus divi Johannis Elemosynarii, quod cum quibusdam aliis sanctorum reliquiis in castro nostro Posoniensi hucusque servatum est, inventario describi et unacum vasis et paramentis omnibus, quibus idem corpus et reliquie concluse sunt, ad ecclesiam vestram usque ad beneplacitum nostrum transferri et in ea collocari faciat; quare vobis omni studio iniungimus, ut corpus et reliquias antedictas eo, quo decet, honore suscipere et in ecclesiam vestram traducere et locare, superinde vero litteras obligatorias nobis mittere et consignare debeatis, ut ad omnem iussionem et requisitionem nostram illud idem corpus et reliquias per inventarium descriptas nobis reddere et reexhibere velitis, ut hec ad ecclesias et loca, in quibus ante bellorum Turcicorum et superiorum temporum motus et turbinem posita fuerant, sic volente religione et devotione, quam erga illas habemus, reponi et reduci possint. Nostram in eo seriosam executuri voluntatem. Datum Lintii 27 Aprilis 1530.

Ex[pedite].

Fogalmazat egy félív papir egyik oldalán. — *Bécsi cs. és kir. házi stb. levéltár: Hung. 1530. IV. 40.*

Közli: Bunyitay Vincze.

39.

Esztergom, 1530 április 29.

Várday Pál prímás írja Körmöcz városának: örömmel vette nyilatkozatukat, hogy az igaz valláshoz szigorúan ragaszkodnak, mutassanak tovább is jó példát, hogy a Luther tévelyeitől elkábítottak, nyomdokukat követve, térjenek meg. A város plébánosának és más egyházi renden levőknek utasítást küld, mely szerint az igaz hit tanításában és gyakorlatában eljárjanak.

Prudentes et circumspecti viri amici nobis honorandi. Litteras vestras humanitatis et vere religionis plenas ilari animo simul et nuntium d. vestrarum accepimus, et gaudemus profecto d. vestras religionem nostram christianam sincere et iuxta traditiones sanctorum patrum et fidei nostre orthodoxe colere et observare; ac deinceps quoque Jesu Christi Salvatoris nostri precepta et sanctorum eius vestigia imitamini, hortamur in domino, et eum devotionis et pietatis erga dominum nostrum Jesum Christum, filium Dei unigenitum fervorem ostendatis in vobis, quo ceteros quoque exemplo vestro, presertim eos, qui peste Lutteriana infecti essent, ad vite sanctimoniam et veram Christi religionem inducatis, ut sic Deus optimus maximus et in hac vita mortali pacem tranquillitatem et omnes prosperos successus tribuat, ac tandem ad eternam patriam

nos perducere dignetur. Misimus cum hijs alias litteras nostras plebano et concionatori vestro ac aliis etiam personis ecclesiasticis iurisdictioni nostre subiectis, certam informationem continentes, quo pacto doctrinam evangelicam et sacra sanctorum patrum dogmata fideli populo predicare et docere debeant. Alia dicent hi fratres et concives vestri, qui presentes restituent. Datum in arce nostra Strigoniensi feria sexta proxima ante festum beatorum Philippi et Iacobi apostolorum anno Domini 1530.

Paulus
Archieppus Strigonien m. p.

Kívül: Prudentibus et circumspectis dominis iudici et prelatis civitatis Cremniciensis, amicis in Christo honorandis.

Körmöczbánya városa levéltárában őrzött eredetiből. Fons 19. Fasc. 1. Nr. 32. (Kiadva nyomtatásban «Magyar Sion» 1867. évf. 127. lap.)

Közli: Dr. Timon Ákos.

40.

Esztergom, 1530 április 29.

Várday Pál esztergomi érsek a beszterczebányai plébánosnak. Miután a körmöczbányai polgárok küldötteik által előtte kijelentették, hogy ők a szentatyák hagyományaitól semmiben el nem térnek s magukat Isten parancsainak és az anyaszentegyház rendeleteinek mindenben alá akarják vetni: plébánosuk- és prédikátorukhoz bizonyos utasítást küldött, hogy az evangéliumi igazságot s az apostoli hitet híveiknek a szerint hirdessék. Ugyanezen utasítást miheztartás végett neki is megküldi.

Honorabilis nobis dilecte. Intellexeramus superioribus diebus quosdam in montanis illis peste Lwtheriana infectos esse et a vera christiana religione aberrasse. Nos ex debito pastoralis officii nostri per litteras nostras hortati sumus prudentes et circumspectos viros, iudicem et iuratos, ac totam communitatem illius civitatis Bistriciensis, ut ipsi veram Christi religionem et eius precepta ac sanctorum Patrum vestigia sectantes, eos, si qui essent, qui a vera religione Christiana seducti essent, in viam vere fidei Christiane reducerent. Ob hoc Christifideles cives civitatis Crempniciensis miserant ad nos nuncios suos speciales, recognoscentes nos et sanctam matrem ecclesiam, et declarantes sese esse veros christianos et fidei nostre ortodoxe cultores, nec in minimo quidem ab ewangelica veritate et sanctorum Patrum traditionibus dissentire, velleque in omnibus preceptis Dei et sancionibus sancte matris

ecclesie se subiicere. Misimus plebano et concionatori ipsorum certas litteras nostras, sanam et religiosam doctrinam et informationem continentes, quomodo precepta divina et ewangelicam veritatem ac doctrinam apostolorum christifidelibus predicare debeant; quas et vobis etiam misimus, ut secundum hanc informationem nostram gregi dominico, fidei vestre commisso, predicare debeatis. Et ita vobis in virtute salutaris obedientie iniungimus, nec alio quovis quesito colore, nisi iuxta informationem nostram huiusmodi divinam Scripturam enunciare debeatis. Ex arce nostra Strigoniensi feria sexta proxima ante festum beatorum Philippi et Jacobi apostolorum Anno Domini 1530.

Paulus
Archieppus Strigon. m. p.

Kívül: Honorabili viro plebano parochialis ecclesie Býstriciensis, fratri nobis in Christo dilecto.

Eredetije Beszterczebánya város levéltárában. Fasc. 267. Nr. 8.

Közli: Dr. Timon Ákos.

41.

Esztergom, 1530 április 29.

Várday Pál esztergomi érsek főpásztori utasítása a bányavárosi plébánosok és konczionátorok számára.

Paulus de Warda Dei et Apostolice Sedis gratia archiepiscopus Strigoniensis etc. Quoniam, teste divo Bernardo, nichil magis temerarium, magisque presumptuosum in Christianismo est, quam antiquum ecclesie ritum quemque pro suo sensu et arbitratu convellere, traditiones sanctas abolere, ceremonias tollere, usum diuturna consuetudine approbatum rescindere, et hiis explosis commenta nova superinducere. Volumus itaque, ut nichil preter verbum Dei et doctrinam... iuxta tamen sensum et interpretationem doctorum ab ecclesia Romana receptorum et approbatorum ad... nostram populo fideli, reiectis et ablegatis omnibus sýcophanciis, strophiis et calummiis Arrianorum, Sabellianorum, Nestorianorum, Donatistarum, Manicheorum, Waldensium, Wýchýphistarum (így), Hwsistarum, Lw... Anabaptistarum, Oecolampadianorum, Wýglancianorum, Enominianorum (így), et id genus portentorum... predicetur, publicetur et divulgetur:

Statuimus et ordinamus, ut sacerdotes et ministri altarium,

qui quottidie in ecclesia Dei presto ad orandum et offerendum pro populo, veluti ceteris mundiores, esse debent, a conventu feminarum prorsus abstineant; si enim, ut Apostolus inquit, ab uxoribus, ut expeditius orationi vacetur, cessandum est: ministris altaris, quibus cotidiana orandi pro peccatorum (így) incumbit necessitas, nunquam utique coniugali officio vacare permittitur.

Statuimus preterea et ordinavimus gloriosissimos Christi atletas, qui exuti mole corporea, ad amena nos precesserunt paradisi, uti veros et indubitatos nostros ante tribunal Christi patronos et interpellatores, summo religionis cultu studiisque et devotione pientissima ab omnibus coli, revereri et observari.

Statuimus et ordinavimus, ut nemo prorsus concionatorum diocesis nostre asserere presummat, per solam fidei professionem, sine bonis operibus eos, qui iam ad etatem discretionis pervenerunt, salvari posse; habundare enim nos Apostolus vult in omni opere Dei semper, eosque solos vitam consequuturos eternam, qui non solum bone professionis, verum et vite et conversationis reperti fuerint.

Quia ieiuniis et abstinentia cibi ac potus corpora humana temperantur, ut pigriora circum circa desideria carnis effecta, possint digna inveniri resurreccione futura: statuimus, ut omnes diocesis nostre fideles ieiunia ab ecclesia Dei indicta diligenter et studiosissime observent, ab esuque carnium statutis ieiuniorum huiusmodi diebus prorsus abstineant.

Statuimus et ordinavimus, ut festa, que per statuta nostra sinodalia, quo devotius et liberius diebus eiusmodi orationi vacetur et ad verbum Dei audiendum conveniatur, in honorem Dei et sanctorum eius instituta sunt, summa veneratione, cultu et observantia custodiantur.

Statuimus et ordinavimus, ut omnes diocesis nostre fideles semel saltem in anno, iuxta statuta conciliorum et generalem ecclesie Dei consuetudinem et observantiam, per confessionis vocalis et penitentie salutaris remedia omnino et inpretermisse purificentur.

Cum prelatis ecclesiarum id in primis iuxta Apostoli sententiam cordi esse debeat, ut obsecrationes, orationes, postulationes, gratiarum actiones, fructus labiorum confitentium nomini Dei, in ecclesiis cure eorum creditis iugiter et sine cessatione, summa animi devotione fieri, peragi et exerceri faciant: statuimus et ordinavimus, ut omnes orationes, obsecrationes, postulationes, gratiarum actiones, ceremonie ecclesiastice, cultusque divinus, ab olim in

ecclesiis iurisdicioni nostre subiectis in honorem Dei et sanctorum eius, ad devotionem fidelium excitandam servari solite, diligenter et irrefragabiliter nunquam et imposterum absque ulla diminutione serventur, quo quietam et tranquillam vitam cum omni sanctimonia et pietate agere, iramque et indignationem Dei omnipotentis, quam delictis nostris exigendis incurrimus, pluribusque iam annis propterea flagellamur, avertere et gratiam ac favorem misericordiamque eius promereri in tempore opportuno valeamus. Datum ex arce nostra Strigoniensi feria sexta proxima ante festum beatorum Philippi et Jacobi apostolorum Anno Domini millesimo quingentesimo tricesimo.

Paulus
Archieppus Strigon. m. p.

Eredetije Beszterczebánya város levéltárában. Fasc. 267. Nr. 11.

Közli: Dr. TIMON ÁKOS.

42.

Buda, 1530 május 3.

János király helybenhagyván azon alapítványokat, a melyek fejében Báthory István és Bánffy László stb. Krasznamegyében fekvő Máron nevű birtokukat a szilágy-nagyfalvi pálosok klastromának ajándékozták és adták misék végzése kötelezettségével, ezen birtokba a nevezett remetéket a kolosmonostori konvent bizonysága mellett beiktattatni rendeli.

Joannes rex Hungariae «donationi, quam... Magnificus Stephanus Bathory de Somlyo partium regni Transsylvanie locumtenens ac egregius Ladislaus Banffy de Lossoncz, necnon Nicolaus, Christophorus et Gaspar eiusdem, item alter Gaspar condam Emerici ac Ladislaus condam Stephani Banffy de eadem Lossoncz filii ac generosa domina Petronella filia condam Petri similiter Banffy de prefata Lossoncz super totalibus portionibus ipsorum possessionariorum in possessione eorum Maron vocata in comitatu de Crazna existenti habitis... religiosis fratribus heremitis ordinis divi Pauli primi Heremite in claustro beatissime Virginis Marie prope possessionem Naghfalw fundato degentibus pro missa perpetua et refrigerio animarum ipsarum» fecerunt, assensum suum prebet statutionemque precipit. Testimonium conventus Colosmonostoriensis fuit in peracta statutione: «frater Bernardus sacerdos, socius conventus».

Eredetije a kolosmonostori konvent levéltárában. Krazna 2.

Közli: Dr. KARÁCSONYI JÁNOS.

43.

Szeben, 1530 május 20.

Gerendy Miklós erdélyi püspök figyelmezteti az egyházmegyéjéhez tartozó szász plébánosokat, hogy a fegyverszünet tartama alatt a census cathedraticust ne fizessék, s ha erre kényszeríttetnének, a pápai székhez felebbezzenek.

Nicolaus de Gherend electus ecclesie Albensis Transilvan. et thesaurarius regie maiestatis etc. venerabili magistro Luce, artium liberalium doctori, plebano de Berthalom ac sedis Meggyes et Zázsebes aliarumque sedium Saxonicalium nostre Albensis dioecesis decano generali, salutem et favorem. Perlatum fuit ad Nos, quemadmodum plebani districtuum Kykellewár, Holdvilág et Szent László per archidiaconum ipsorum ad solutionem cathedratici census anni presentis urgerentur et forte etiam per censuras ad id compellerentur. Vnde supplicatum Nobis, vt de remedio providere dignaremur opportuno, quo ipsi plebani tuti securique possint manere. Quum autem census cathedraticus de mensa nostra episcopali excisus sit et non desint alie quoque cause, que animum nostrum ad id moveant: volumus antequam tempora redeant pacatiora, saltem durantibus presentibus induciis inter Nos et dominos regnicolas de novo prorogatis et institutis, causam huiusmodi census cathedratici suspendi; ubi autem tempus redibit tranquillius, quid fieri oporteat, tum decernemus. Hortamur itaque vos et vobis committimus firmiter, quatenus acceptis presentibus, omnibus et singulis plebanis predictorum aliorumque districtuum dioecesis nostre, nomine et in persona nostra inhibeatis, quibus et Nos per presentes, ne dictos census cathedraticos aliosque proventus capitulares, coniunctim vel divisim, quemadmodum dudum mandabamus, cuiquam exsoluere presumant, sed teneant paratos apud se, et quid de illis Nos ipsis facere dixerimus, facere debeant et teneantur. Quod si citationibus, monitionibus et censuris ecclesiasticis mine ipsis imponerentur, quandoquidem non pateat modo tutus accessus eo, vbi se iidem plebani iure mediante defendere possint, et alias si sentiant se gravari, interponant appellationem ad Sedem Apostolicam. Si coram vicario propter vim et metum — — appellationem interponere non possent, saltem coram notario publico et testibus id faciant, ita tamen, ut vicario ad suspendendam iurisdictionem huiusmodi appellatio insinuetur. Sed persuademus nobis, ipsos archidiaconos et capitulares tam esse providos, vt stantibus induciis nil novi moliri velint, quod tenorem et articulos induciarum quoquo

modo concutere videretur. Secus ne feceritis. Datum Cibinii die vigesima mensis Maji, anno Domini millesimo quingentesimo trigesimo.

(*L. S.* annularis.)

Haner, Miscellanea Historiam Hungariae et Transilvaniae imprimis Ecclesiasticam illustrantia I. 207—209. *Fabritius,* Urkundenbuch zur Gesch. des Kisder Kapitels. 199—200.

44.

Innsbruck, 1530 május 27.

Ferdinánd király tudatja a szentmártoni apáttal, hogy elzálogosított főpapi botja és kelyhei kiváltásáról csak akkor intézkedhetik, ha az elzálogosítás körülményeit bővebben megírja.

Abbati S. Martinj.

Ferdinandus etc.

Venerabilis et religiose nobis dilecte. Accepimus litteras vestras datas Posonii ante festum sanctorum Philippi et Jacobi, quibus gratiose intelleximus, que circa necessitates vestras et monasterii vestri et circa impignorationem baculi et certorum calicum scripsistis. Cum autem restitutio eorum incommode fieri possit, si non plenior de impignoratione facta detur informatio, eapropter vobis committimus, ut nos per litteras vestras quantocius informetis, ubi et quomodo et cui facta sit hec impignoratio, et quis in manibus suis habeat bona illa; quod ubi nobis constiterit, ordinem necessarium dabimus, ut redimantur. Super ablatione duorum equorum turcicorum et aliarum rerum, de quibus in litteris vestris fit mentio, committemus Gabrieli Creitzer et Prospero, tunc capitaneis nostris, ut restituant, que per eos iniuste sint ablata. De quo vos certiores esse voluimus. Datum Insprugge 27 Maij 1530.

Ex[pedite].

Fogalmazat egy félív papir egyik oldalán. — *Bécsi cs. és kir. házi stb. levéltár: Hung. 1530. V. 39.*

Közli: Bunyitay Vincze.

45.

Innsbruck, 1530 május 27.

Oláh Miklós Maczedóniay László váradi püspök előtt kifejezést ad Báthory István nádor halálán érzett fájdalmának.

Multis iam admonitus rebus cogor, licet invitus, ad te litteras dare. Nam etsi decreveram hoc toto biennio futuro silere propter taciturnitatem tuam, vicit tamen necessitas meos cogitatus. Stephanum Bathoreum Palatinum Hungariae fato concessisse audivi.[1] Mors eius incredibilem omnibus nobis attulit tristitiam. Nam ex obitu eius nihil aliud nos consecutos arbitramur, quam ad pristinas sollicitudines nostras non parum additum esse calamitatis. Magnus ad eum a Joanne rege et ipsius sequacibus habebatur respectus. Nostrarum rerum hungaricarum bene erat conscius, libertatis publicae erat defensor acerrimus. Nunc eius morte non parvam res nostra cepit iacturam. Hac igitur causa coactus sum has meas ad te dare litteras, ut cum sciam te non parva palatino fuisse necessitudine coniunctum, tuis rebus cogitares, et si saperes, sine mora ulla ad regem, in quo et tua et nostra pendet salus, venires. Vale et me ama. Ex Inspruck 27. Maii 1530.

Oláh Miklós levelezése. Magyar Tört. Emlékek. I. Oszt. XXV. k. 67. l.

46.

Augsburg, 1530 június 23.

Ferdinánd király intézkedése aziránt, hogy a nyitrai püspök a szkalkai apátság jövedelmeiből mindazt, a mi Buesso János udvari káplánt illeti, pontosan szolgáltassa ki.

Pro Buesso Liczkano Cap° (Capellano).

Ferdinandus etc.

Fidelis dilecte. Scribimus inpresentiarum reverendo, devoto nobis dilecto Stefano Podmaniczki Episcopo Nitriensi super debito, in quo tenetur honorabili devoto nobis dilecto Johanni Buesso, capellano nostro domestico, occasione cuiusdam pensionis annue sibi super fructibus abbatie S^{ti} Benedicti in Scala reservate ac per annum unum cum dimidio decurse, sicut ex inclusa litterarum nostrarum copia videbis. Volentes autem, ut eidem Johanni de pensione illa omnino satisfiat, idque tua opera et instantia penes

[1] † 1530 május 8.

eundem Episcopum agere et efficere intendamus: idcirco tibi committimus et mandamus omni serio, ut, exhibitis eidem Episcopo annexis litteris nostris, loco et nomine nostro cum eo tantum agere et tractare studeas, quo dicto Johanni Buesso aut legitimo procuratori suo de pensione ista tam pro omnibus et singulis terminis decursis et non solutis realiter et integre, quam etiam decurrendis et futuris successive debitisque semper temporibus satisfaciat, nullamque in iis moram aut exceptionem ulteriorem interponat, sicut pro dexteritate tua in iis oportune facere nosti, nostram in eo seriosam et benegratam executurus voluntatem. Datum Auguste 23 Junii 1530.

Ex[pedite].

Fogalmazat egy félív papir egyik oldalán. — *Bécsi cs. és kir. házi stb. levéltár: Hung. 1530. VI. 20.*

Közli: Bunyitay Vincze.

47.

Augsburg, 1530 július 1.

Oláh Miklós Erasmus Roterodamusnak. Ő is, bár ismeretlen, értesíti Erasmust, hogy Mária királyné a Vidua Christiana-t nagy örömmel fogadta. Mindnyájan igen óhajtják látni és reméllik, hogy eljön Augsburgba; majd akkor tapasztalni fogja, mily nagy tisztelője a levélíró.

Licet non dubitem, quin et antea ex tuorum amicorum litteris plane cognoveras, quantum voluptatis et delectationis Serenissimae Reginae meae Mariae, et nobis omnibus attulerit tuus de Vidua Christiana editus et nomini suo dicatus libellus. Tamen ex me quoque licet ignoto amico velim intelligas, opus illud tuum tam gratum illi fuisse, ut gratius accidere nihil potuerit. Nam et animum eius amantissimi sui coniugis desiderio plurimum exacerbatum mirifice recreavit, et quibus artibus viduitas regenda instituendaque sit, doctissime informavit, effecitque, ut ipsius in te amor et benevolentia mirum in modum augeretur. Quod te nuper ex litteris ipsius ad te propria manu scriptis arbitror plane cognovisse. Magno tenemur videndi tui desiderio. Qui hoc praesertim tempore, dum multorum cum pernicie in rebus fidei disceptatur, maxime hic esses necessarius, ut tuum, quod in rebus esset his dubiis, praesens proferres iudicium. Speramus igitur te huc venturum, si non amicorum tuorum hortatibus, at publicae tranquillitatis causa; ob quam rem plura ad te in praesentia non scripsi. Hoc tamen unum praeterire non sum arbitratus τὸν πολύφημον τὸν σὸν, satellitem regium, qui tuo nomine libellum a te missum reginae praesentarat, nihil

praetermisisse, quod ad bonum, fidum et diligentem tuum clientem pertinuerit, omniaque, quae a te ei fuerant demandata tum apud reginam, quam apud alios sibi deditos, accurate fuisse exequutum. Ego licet ex facie sum tibi ignotus, tamen tam tu es mihi charus et cognitus ex tuorum librorum, quos in horas manibus meis tracto, frequenti lectione, ut etiam his, qui tecum cottidie versentur tuaque fruantur suavi consuetudine, hac una re nequaquam sim cessurus. Cuius mei in te amoris et studii Ursinus Velius, Henkellus, idem ὁ πολύφημος, qui has tibi reddidit, ac quam plures alii tui et mei familiares, optimi sunt testes. Si Deus optimus maximus incolumem te, ut spero, huc advexerit vel aliqua alia mihi dabitur occasio te videndi, tu ipse id experieris, et meam in te observantiam, qua iam pridem propter divinum tuum ingenium et virtutes excellentes tibi sum deditus, coram cognosces; quam ut admittas, meque in tuorum numerum adscribere velis, te vehementer rogo. Vale, meque tui ex animo amantem habe commendatum. Augustae 1-ma Julii 1530.

Oláh Miklós levelezése. 69—70 ll.

48.

Kapornak, 1530 július 1.

A kapornaki konvent előtt Antal kapornaki apát az öregségtől kényszerítve és hogy az istenitiszteletet ne kelljen elhanyagolnia, a kapornaki apátság jószágainak és a kapornaki kastélynak kormányzását átadja édes testvérének, Albert deáknak.

Antonius abbas Kapornakiensis senio coactus et ne cultus divinus negligeretur, coram conventu Kapornakiensi abbatiam suam fratri suo carnali Alberto Litterato cedit.

Eredetije a vasvár-szombathelyi káptalan levéltárában. Litt. eccl. f. A. nr. 27.
Közli : Dr. Karácsonyi János.

49.

Kapornak, 1530 július 2.

A kapornaki konvent beleegyezik Antal apát azon cselekedetébe, melylyel vitézlő Kapornaki Albert deákot, az ő édes testvérét, a zalavári konvent előtt utódjául jelölte ki s őt előre is megválasztja Antal apát utódjának.

Conventus Kapornakiensis cessioni Antonii Abbatis in favorem «egregii Alberti Litterati de ista Kapornak fratris sui carnalis» coram conventu Zalavariensi factae consensum praebet Albertumque praevie iam eligit in successorem Antonii.

Eredetije a vasvár-szombathelyi káptalan levéltárában. Litt. eccl. f. A. nr. 23.

50.

Róma, 1530 július 3.

Dal Borgo jelenti Ferdinánd királynak, hogy a Zapolyay-párti négy magyar püspök, valamint Luther és szektája ügyében miféle tárgyalásokat folytatott a pápával; egyelőre abban állapodtak meg, hogy azon püspökök ellen a törvényes eljárás indíttassék meg s ha megidéztetvén meg nem jelennek, javadalmaiktól megfosztassanak.

Sacra Regia Maiestas... Bene intellectis scriptis V. Maiestatis circa ea, que fienda sunt contra illos prelatos Ungaros, et intellectis etiam, que dominus Balbus circa illa dixerat et communicata prius et disputata et cum oratore Cesareo et cum Cardinale Sanctorum quatuor, et etiam declaratis per me Balbo iis, que precesserant in hoc negotio: conclusi, quod hodie irem ad Papam et simul more solito veniret orator Cesareus et loquerer cum Sua Sanctitate et quod Balbus staret ibi in pallatio paratus et cum esset tempus, etiam introducerem eum, ut deosculetur pedes Sue Sanctitatis et alia diceret, que mihi exposuerat se proposuisse Maiestati V. de reformatione et conditione Bohemorum erga Sedem Apostolicam et etiam de attrahendo Luthero et secta sua, et quod circa hec duo habeat magna fundamenta et tractaverit cum Maiestate V. et multa alia. Et sic hoc mane simul cum oratore Cesareo fui cum Papa et dedi tres litteras Maiestatis V. Sue Sanctitati; duas de Balbi negotiis et tertias circa fienda contra illos prelatos, et super omnia dixi, que debui et orator Cesareus etiam iuvit. Quantum ad res Balbi dixit Sua Sanctitas: habere gratum, quod ita bene expeditum et contentum Maiestas V. miserit eum, et Sua Sanctitas faciet ut V. Maiestas petit. De aliis, que Balbus agitabat animo de rebus Bohemicis et Lutheranis, dixit Sua Sanctitas, quod audiret eum etc. et fuit vocatus, sed non fuit repertus; excusavit postea mecum, quod supervenerat sibi unus dolor, sed quod cras ipse solus ibit ad Suam Sanctitatem.

Quantum ad negotium privationis illorum prelatorum, respondit Sua Sanctitas: me debere recordari, quod prius de privatione Vayvode et Prelatorum ego multum instaveram (így), ut res committerentur prius archiepiscopo Rossano, oratori apud V. Maiestatem, et per Suam Sanctitatem et Collegium fuit mihi demonstratum ob rationes tunc adductas, quod nullo modo poterat fieri, que petebam; et idem fuit mihi dictum, quando Bononie proposui, quod res committerentur Cardinali Campegio tunc venturo ad Germaniam,

et quod etiam nunc confirmabat Sua Sanctitas, quod nullo modo posset fieri illud, quod petebat Maiestas V. de revocanda causa hac extra Collegium et committenda Cardinali Campegio, eo modo, ut continetur in litteris V. Maiestatis, nec posse fieri sine citatione; sed quod Sua Sanctitas bene reperit modum, cum quo satisfieret Maiestati V. ad castigandos et privandos illos pessimos prelatos; et quod posset sic fieri, videlicet, quod committatur Cardinali Campegio, ut in illa causa procederet, et postea relationem mitteret Sue Sanctitati et Collegio; et quod essent illi citati, et si non comparent, privantur postea in contumaciam; si etiam comparerent, quod non est credendum, videbitur que adducerent, et ex latere Maiestatis V. non deerunt rationes pro fine, quem desiderat, et in aliquo possibili non deesset Sua Sanctitas. Et in fine conclusit, quod loquerer cum (Cardinale) Sanctorum quatuor et Sua Sanctitas tractaret cum eo. Et sic recessimus a Sua Sanctitate, et declaravi Sanctorum quatuor omnia, qui respondit, quod mitteret mihi unam cedulam de modo agendi et postea tractaremus.

De dandis postea per Cardinalem Campegium illis archiepiscopatibus et episcopatibus, illis personis, quas Maiestas V. nominabit ipsi Legato, quando erunt primi privati, et de ponendis etiam pensionibus super illa beneficia etc., visum fuit oratori Cesareo et mihi ob bonas rationes, nullo modo esse fiendum nunc sermonem de hoc, sed facta illa privatione, Maiestas V. nominabit illos, quibus volet dare illas ecclesias et pensiones, et sine dubio Papa expediet pro illis, quos Maiestas V. voluerit; ut etiam fuit factum tempore aliorum regum Ungarie, et multo magis fiet pro V. Maiestate, et similiter de pensionibus. Et ita narravi omnia Balbo, qui probavit iudicium oratoris et meum, nec esse aliter fiendum. Si res potuisset obtineri eo modo, ut Maiestas V. scribit, fuisset conclusio celerior et melior, sed non potest; et ideo opus est accipere, quod habere possimus. Et dicit Papa, quod cum sentient illi prelati, quod Legatus procedit in illa causa, sicuti Sua Sanctitas mandabit, nunc magis timebunt, et etiam alii cavebunt; et quanto citius poterit Legatus facere citationem et mittere huc Sue Sanctitati et Collegio processum illum, erit tanto melius; et hoc modo Maiestas V. etiam habebit suum honestum desiderium.

Interrogavit Sua Sanctitas, si Maiestas V. habuerat illud monitorium, quod fuit ei missum paulo ante reditum meum huc, quod fuerat ordinatum Bononie, et si Maiestas V. fecerat illud mandari executioni? respondi me nihil habuisse. Dixit mihi Tisis, quod sine dubio Maiestas V. habuit, quia ipse misit. Tamen postquam Sua

Sanctitas concludit, quod sine monitorio procedi non possit: videtur oratori et mihi, quod ego instem, ut fiat illud dupplicatum, si forte primum esset perditum, sed nominentur nunc particulariter illi *quatuor Prelati, quos Maiestas V. scripsit,* et quod commissio ista mittitur Campegio Legato. Et ita probavit etiam Balbus. Cardinalis Sanctorum quatuor dixit Balbo: se mirari, quando ipse erat apud Maiestatem V. et ordinabantur ille littere mihi scripte, quod ipse Balbus non demonstraverit Maiestati V., quod illud fieri non posset ob illas rationes, quas etiam ipse Balbus intellexerat Bononie.

Sollicitabo, ut fiat expeditio meliori modo, quo fieri poterit, et mittam.

Quando erit procedendum hic, certum est, quod opus erit habere unum bonum advocatum et procuratorem et ei satisfacere, sed etiam opus erit, ut Maiestas V. provideat de modo pecuniarum. Et nunc venit ad me frater Cardinalis de Cesis, qui proposuit Bononie illam excommunicationem contra Vayvodam et alia in illa materia in consistorio, quam propositionem fecit tanquam advocatus fiscalis, ita iubente Pontifice, tamen demonstrat, quod sit particularis res Maiestatis V. et velle adminus XX ducatos; sed si Maiestas V. vult dono, erit sibi honor, sed si non vult dono, quod solvam; excusavi bono modo, et quod scribam Maiestati V. quod certe ego non requisivi, ut illam propositionem faceret, sed Papa mandavit, ut de re tangente fidem et locum. Maiestati V. scribo, quia si vult Maiestas V. quod aliquid dem ei et aliis ubi contingat: iubeat, sed supplico, provideat de hoc et de intertentione mea, ut prius satis scripsi et testor Deum, comedo panem doloris, vivendo tali modo, coactus his modis mendicare continuo vel cum fenore, vel, cum accepi, mutuo... Datum Rome die tertia Julii MDXXX.

Eiusdem V. Maiestatis Serenissime

fidelis servitor
Andreas Burgus.

Kívül: Sacre Regie Maiestati Hungarie, Bohemie etc. Domino meo clementissimo. Cito, cito, cito, cito.

Három, összevarratlan íven, zárópecséttel. — *Bécsi cs. és kir. házi stb. levéltár: Rom. Corresp. I. 5/7. 1.*

Ugyanazon év augusztus 9-ikén kelt levelében már említi: De negotio contra Prelatos illos perfidos iam Maiestas V. etiam debuit habuisse breve, quod misi... *U. o. 27.*

Ferdinánd föntebb említett levele u. o. 1530. 3/9—24/12. 43. s abban a négy főpap: «Paulus de Warda Archiepiscopus Strigoniensis; Johannes Orsag Episcopus Vaciensis; Simon Herdeud Episcopus Zagrabiensis; Emericus Zibach Episcopus Varadiensis».

Közli: Bunyitay Vincze.

51.

Freiburg, 1530 július 7.

Erasmus Roterodamus Oláh Miklósnak. Üdvözli és értesíti, hogy a királynétól semmiféle levél nem érkezett hozzá. Az utóiratban aztán tudatja, hogy mielőtt levelét lepecsételte, mind a királyné, mind Henckel levelét, az utóbbi küldötte serleggel együtt, megkapta.

Erasmus Roterodamus Nicolao Olaho, thesaurario Albensi, secretario et consiliario M. S. Animum istum tuum, humanissime Nicolae, lubens exosculor, tuum nomen inter praecipuos amicos adscripturus. Optimae reginae pietatem et humanitatem singularem frequenter mihi suis litteris depraedicavit Henkellus, cuius auctoritas plurimum apud me habet ponderis. Ceterum reginae nomine ad me nulla venit littera, nec ipsius, nec aliena manu scripta. Si venisset epistola, fuisset mihi in molestissima valetudine magno solatio. Ignosce brevitati, adhuc tenellus sum, et scribo multis. Serenissimae reginae precor omnia fausta laetaque. Bene vale. Friburgi septimo die Julii. MDXXX. Priusquam obsignarem hasce litteras, a caena redditae sunt litterae reginae et Henkelli, una cum ipsius poculo.

Kaprinai, Msc. C. Tomus II. pag. 14. — Oláh Miklós levelezése. Magyar Tört. Emlékek. I. Oszt. XXV. k. 70. l.

52.

Augsburg, 1530 július 22.

Ferdinánd király megelégedéssel veszi követjének azt a jelentését, hogy a hűtlen négy magyar püspöknek állásuk- és javadalmaiktól való megfosztását a pápa Campegius bíbornokra bízta, egyszersmind meghagyja neki, hogy De Cesis bíboros öcscsének a húsz arany honoráriumot adja meg.

Ferdinandus Dei gratia Hungarie, Bohemie etc. Rex... Magnifice fidelis dilecte. Reddite sunt nobis littere tue de quinta et sexta huius, quibus gratiose intelleximus, que de XXV mil. ducatis et privatione episcoporum et prelatorum in Hungaria scripsisti...

Quod negotium privationis antedicte reverendissimo domino Cardinali Campegio commissum est, nobis adprime placet; revera enim dicere possumus, piaculum fore, si de iniquis istis hominibus digna pena non summatur, qui in tot animas ac sangvinem christianum et innoxium atque in ipsam Christi fidem quam trucu-

lentissime sunt debacchati. Jussimus item monitorium illud, de quo tu in presentibus litteris tuis mentionem facis, dominationi sue reverendissime consignari, ut processum et melius et competentius in illos instituere possit.

Vidimus etiam ea, que de XX ducatis scribis, quos frater reverendissimi d. Cardinalis de Cesis de propositione excommunicationis Johannis [Zapolyay], Bononie facta, petit. Et contenti sumus, ut postquam parva est hec pecunia, neque honori nostro conveniat, ut eam nobis donari petamus: tu illi de eisdem XX ducatis satisfacias, quos tibi unacum intertentione tua debita et debenda restitui iubebimus... Datum in imperiali civitate Augusta die XXII-a mensis Julii anno Domini M.D.XXX-mo regnorum nostrorum quarto.

Ferdinandus m. p.

B.[ernardus Cardinalis Trident.]

ad mandatum Domini Regis proprium
Joannes Maius m. p.

Egy félív papir két oldalán a föntebbiek sajátkezű aláírásával, pecsét és czímezés nélkül, de kétségtelenül Borgo András római követnek szólt. — *Bécsi cs. és kir. házi stb. levéltár: Rom. Corresp. 1530. 22. VII. 44.* — Meg van fogalmazata is a szokásos *Ex.* megjegyzéssel. *U. o. 45.*

Közli: Bunyitay Vincze.

53.

Augsburg, 1530 augusztus 15.

Ferdinánd király meghagyja Borgónak, eszközölje ki, hogy a pápa a római magyar pálosoknak azt a házát, melyet nekik V. Miklós pápa adományozott, adassa vissza.

Burgo pro monachis Sancti Stephani. Ferdinandus etc. Magnifice fidelis dilecte. Expositum est nobis pro parte religiosorum fratrum Heremitarum Sancti Pauli Primi Heremite in monasterio Sancti Stephani Prothomartyris Rome degentium: qualiter felicis memorie Nicolaus quintus Pontifex Maximus ex singulari devotione et affectione, qua hunc ordinem complexus est, eisdem fratribus quoddam palatium Rome, de cuius fructu sese commodius sustentare possent, dederit et contulerit, in quo semper pacifice usque ad tempus moderni Sanctissimi Domini nostri, Clementis Pape septimi permanserint, quo comes Albertus Carpeñ, postquam palatium illud aliquamdiu inhabitasset, modo quo potuit, a Sanctitate Sua extorsisse dicitur, unde factum est, quod iidem

fratres iam per quadriennium continuum nullum penitus ex eodem palatio fructum perceperint et quod longe maius est, nullam quoque iustitiam in hac causa, que iam diu indecisa pendet, in Rota contra prefatum comitem assequi et habere possint. Nostri itaque officii, quod piis et religiosis personis debemus, esse censuimus dictos Fratres in reassequendo eiusmodi palatio, quantum in nobis est, promovere et iuvare, id, quod etiam reverendissimus dominus Bernardus Cardinalis Tridentinus, amicus noster charissimus ob tuitionem et commendationem, quam dominatio sua ad tale monasterium habere dignoscitur, a nobis etiam efflagitare visus est: tibi propterea committentes omni studio, ut tam nostri, quam dicti reverendissimi domini Cardinalis intuitu cum Sanctissimo Domino nostro tantum agas, quod rescissa priori donatione, que huic potius veluti in evidentem ecclesie dictique monasterii utilitatem cessure locum dare debet, prefati Fratres in possessionem dicti palatii restituantur et in ea contra quoslibet illicitos detentores et impetitores manuteneantur et conserventur, nostram in eo bene gratam executurus voluntatem. Datum Auguste 15 Augusti 1530.

Ex [pedite].

Fogalmazat egy félív papir egyik oldalán. — *Bécsi cs. és kir. házi stb. levéltár: Rom. Corresp. 1530. 15. VIII. 53.*

Közli: Bunyitay Vincze.

54.

Lőcse, 1530 augusztus 20.

Lőcse városa kötelezi magát, hogy a scsavniki apátsághoz tartozó Wydernik és Teplicza falvakat, melyeket Roszen Mihály apát a városnak 600 frtért zálogba adott, a kölcsönvett összeg megtérítése után az apátság birtokába haladéktalanul visszabocsátja.

Nos iudex et iurati cives civitatis Leutschoviensis fatemur pro nobis et nomine totius communitatis ac denique nostrorum successorum, secundum quod reverendus dominus Michael Roszen, abbas monasterii B. M. V. in Schavnÿk, una cum toto conventu ibidem, duas villas seu possessiones, vocatas unam Wydernik, alteram Teplicza, cum omnibus earum iuribus, utilitatibus et attinentiis, pro certa summa pecuniaria ad sustentationem gentium Regiae Maiestatis in Scepusio tunc temporis existentium, scilicet sexingentorum florenorum hungaricalium monetae bonae impignoravit. Illas praefatas duas villas seu possessiones volumus nos et nostri

successores praefato domino abbati conventuique aut eius successoribus omni tempore, postquam praefata summa pecuniaria totaliter deposita et soluta fuerit, restituere et relegare, volumusque praenominatas duas villas seu possessiones in antiquis earum iuribus, usibus et consuetudinibus manutenere, iuxta antiquam consuetudinem huius provinciae, neque ultra id, quod iustum et licitum est, adstringere, coarctare, seu aggravare. Ob maiorem cautelam praemissorum dedimus has litteras nostras sigillo nostro et totius communitatis consueto communiri. Datum et actum XX. die Augusti. Anno Domini MDXXX.

Wagner, Analecta Scepusii sacri et profani. I. 432.

55.

1530 augusztus 27.

János, a lechniczi és Péter, a menedékkövi monostorok perjelei saját és rendtársaik nevében a kézsmárki birótól és esküdtektől kölcsönvett kétszáz magyar forintért mindkét monostornak összes javait zálogul lekötik a szepesi káptalan előtt.

Nos Capitulum ecclesie Scepusiensis memorie commendamus per presentes, quod venerabiles ac religiosi domini Patres Johannes et Petrus, Priores monasteriorum de Lehnycz et de Lapiderefugii, in suis ac omnium Fratrum in eisdem monasteriis degentium personis coram nobis personaliter constituti, sponte et libere confessi sunt et retulerunt eo modo: quod ipsi pro quibusdam arduis et inevitabilibus ipsorum necessitatibus, ipsos ad presens summe urgentibus, evitandis, totales possessiones prefati monasterii de Lehnycz: Offalw, Lehnycz, Lysnycz, et Raychwald vocatas, necnon totalem portionem possessionariam in possessione Kerthweles vocata omnino in Comitatu Scepusiensi, unacum vineis prefati monasterii de Lehnycz in promontoriis oppidorum Lyzka et Benye in Zempliniensi et Zykzo in Abawywariensi comitatibus existentes, habitas, adiacentes; item totales possessiones prefati monasterii de Lapiderefugii: Kolchwa, Arnoltffalwa, Thamasfalwa, Welkffalwa, Frankwagas, Sonana et Sthoz vocatas, omnino in antedicto Comitatu Scepusiensi, unacum vineis eiusdem monasterii de Lapiderefugii in promontoriis oppidorum Lyzka in antedicto Zempliniensi et Tharczal ac Zykzo in Abawywariensi comitatibus existentes, habitas, adiacentes, simul cum cunctis earundem utilitatibus et pertinentiis quibuslibet, prudentibus et circumspectis iudici et iuratis ceterisque civibus civitatis Kesmark in et pro ducentis flore-

nis monete bone hungaricalibus ab eisdem iudice et iuratis ceterisque civibus prefate civitatis Kesmark, ut iidem domini Patres, Johannes et Petrus Priores dixerunt, plene levatis et receptis, titulo pignoris duxissent obligandas et impignorandas, imo obligaverunt et impignoraverunt coram nobis tali modo: quod dum et quandocunque prefati domini Patres, Johannes et Petrus Priores aut successores eorundem antedictas totales possessiones, portionesque possessionarias et vineas a memoratis iudice et iuratis ceterisque [civibus] civitatis Kesmark redimere et rehabere voluerint: extunc iidem iudex et iurati ceterique cives civitatis Kesmark prescripte, rehabitis prius et ad se receptis predictis ducentis florenis monete hungaricalis bone, prefatas totales possessiones, portionesque possessionarias unacum vineis memoratis dominis Patribus, Johanni et Petro et per consequens sepefatis monasteriis de Lehnycz et de Lapiderefugii sine omni difficultate et processu litigationis remittere et resignare debeant et teneantur; assummentes nihilominus prefati domini Patres, Johannes et Petrus, antedictos iudicem et iuratos ceterosque cives civitatis Kesmark in pacifico et quieto dominio antelatarum totalium possessionum, portionumque possessionarium et vinearum infra tempus redemptionis earundem contra quoslibet legitimos impetitores, causidicos et attentatores tueri, protegere et defensare suis propriis fatigiis, laboribus et expensis harum nostrarum vigore et testimonio litterarum mediante. Datum sabbato proximo post festum Beati Bartholomei Apostoli, anno Domini 1530.

Szepesi káptalani levéltár: Protocollum anni 1522. alias Nr. 2. fol. 57./b

Közli: Bunyitay Vincze.

56.

Csázma, 1530 augusztus 29.

Simon zágrábi püspök, dalmát, horvát és szlavóniai bán szemrehányólag írja Gambz Lukács pettaui kapitánynak, hogy a miket az igazi katholikus ember kötelességéről és a kereszténység üdvéről neki írt, azt semmibe sem veszi; panaszolja továbbá, hogy Pekry Lajos iszonyúan pusztított ama vidéken; végül igazolni törekszik a Zapolyaiakhoz való csatlakozását.

Generose ac egregie domine, amice honorandissime. Dedimus ad G. E. vestram superioribus diebus litteras nostras, quibus officium veri catholici et salutem christiani nominis percupidi G. E. vestre demonstravimus, que si eidem presentate sunt, dubitamus:

nam ad illarum continentiam nullam nobis relationem generosa egregia [dominatio] vestra facere dignata est; que autem coram tractavimus, eidem apprime nota esse possunt. Omnia etenim illa, que utriusque nostrum patrie, immo toti christianitati salutaria fuisssent futura, sed ut nobis conicere licet, non magni momenti apud G. E. vestram illa su[n]t existimata, nam nulla adhuc commissio dominis Hungaris hanc patriam vastantibus, ut quiete et pace perfruamur, secuta est, fortissimum prebentia argumentum spolia et incendia continua Ludovici Pekrÿ, nam eodem die, quo G. E. vestra ex Dombro discessit, pagos et cellas vinarias in vineis Zagrabiensibus sitas toto die, preda abacta, exussit, cuius nos tante furie divino implorato auxilio pro nobis et pro ecclesia nostra aperta vi resistere poteramus, nisi sanguinem christianum effundere et patriam desolare non formidassemus, quem quidem Ludovicum nedum per dominationem vestram coercitum, verum etiam per Kocczÿanier auxiliares copias illi ad ruinam huius regni promissas esse intelligimus, quod quomodo christianis conveniat, G. E. dominatio vestra exacta diligentia perpendat. Scire autem eandem volumus, hesterno die quendam hominem nostrum, quem ad Bassam de Werboczenÿa pro reducendis quibus[dam] christianis animabus, que ex bonis Capituli nostri Siscie prope octuaginta, diebus proximis abducte fuerant, miseramus, absque captivis rediisse, et hoc propterea, quod impiorum, carractere christiano insignitorum plena sint omnia, ductu enim cuiusdam christiani, pretio corrupti, Turci ad bona ipsa Capituli nostri per indagines et loca silvarum, per angustissimos viarum anfractus irrepserant, certificati enim Turci fuerant bona illa Capituli nostri fuisse, qui non essent obedientes Johanni Regi, neque nobis, et ideo Bassa nobis renunciavit, tamdiu illa igne et ferro devastare, quamdiu litteras Johannis Regis de fidelitate Capituli nostri non conspiceret; qui id etiam nobis intimavit, quomodo oratores serenissimorum principum et domini domini Karoli Imperatoris et domini Ferdinandi Regis ad confinia Bozne applicuissent, in conspectum potentissimi Cesaris Turcarum pro pace obtinenda profecturi. Id quantum reipublice Christiane sit profuturum: illi d[em]um dicent, qui salutem illius toto pectore concupiscunt, nostra quidem sententia hi domini Principes peius facere non potuissent; internis enim rebus prius fundamentum ponendum, deinde pax cum illo firmanda erat. Tanta enim illi succrescent cornua, ut si mediatore quopiam Principe pacem voluisset, ut illam tantorum Principum prece elatus contemnat: nuncprimum vaticinari audemus: o miseranda nostra etas, in qua ob privatam

ambicionem tota Christianitas labitur! Sed hec missa facimus, quandoquidem principibus Christianis sic placuit. Quantum vero ad rem nostram attinet, id etiam nobis sub vinculo fidelitatis, qua Ser^{mo} Regi nostro debemus, nunciavit: ut cum primum aliqui motus a dominis Germanis in hoc regnum vel eius confinia contingerent, mox id Regi nostro et Basse ipsi notum faceremus, quoniam Oratores Principum apud Cesarem Turcarum pro quocunque facto requirere proposuisset. Quamobrem credat G. E. vestra, nos aliter facere non audere; sed si que subsidia dominorum Germanorum Ludovico Pekrÿ aut aliis mittentur, ut ea et Regie M^{ti} et Basse de Werbozenÿa, qui id Cesari Turcarum denunciabit, nota faciamus, necesse erit, et propterea neque apud deum, neque apud homines G. E. vestra aut alius quiscunque catholicus nos inculpare poterit. Rogamus tandem G. E. dominationem vestram, ut illum pannum pwrpÿan primo quoque tempore nobis mittere dignetur, cuius precium medio hominis illius, qui nobis pannum afferet, remittemus. Eandem bene valere optamus. Chasme in festo decollacionis Sanctj Johannis Baptiste anno domini 1530.

Simon Episcopus Zagrabiensis
Dalmatie, Croatie, Sclavonieque
Banus manu propria.

Kívül: Generoso ac Egregio domino Luce Gambz Capitaneo Petoviensi etc. amico honorando.

Egy ív papir két oldalán, veresviasz zárópecséttel, csak az aláírás a püspöké. — *Bécsi cs. és kir. házi stb. levéltár: Hung. 1530. VIII. 70.*

Közli: Bunyitay Vincze.

57.

Esztergom, 1530 szeptember 1.

Várday Pál esztergomi érsek Fehérszőlő nevű szőlejét örök alapítványképen az esztergomi székesegyházban emelt Szent-Kereszt-oltárának és a Krisztus-társulat házának adományozza.

Nos Capitulum Strigoniense memoriae commendamus, — quod RR. in Christo Pater et D. D. Paulus de Warda, archiepiscopus dictae ecclesiae Strigoniensis locique eiusdem comes perpetuus, primas et legatus natus regni Hungariae ac summus cancellarius regiae maiestatis, et praelatus noster dignissimus, in medio nostri personaliter constitutus, sponte et libere, animoque, ut dixit, bene deliberato, confessus est et retulit in hunc modum: quomodo ipse,

volens terrenis coelestia et caducis perpetua felici commercio commutare, vineam suam emptitiam, Feher Zewlew communiter appellatam, altari s. Crucis, in dicta ecclesia nostra Strigoniensi exstructo, et domui collegii Christi in vicinatu domus archidiaconatus Barsiensis, de voluntate et consensu nostro expresso, annexuisset, univisset et incorporasset, et per consequens honorabili magistro Joanni de Zentfalwa, socio et concanonico nostro, eiusque in hac parte successoribus, dedisset, donasset et contulisset, prout dedit, donavit et contulit, iure perpetuo et irrevocabiliter eo modo, ut idem magister Joannes et sui in dicta vinea successores, singulis hebdomadis perpetuis futuris temporibus duas missas, unam scilicet singulis diebus dominicis per totum annum ad laudem et gloriam sanctae et individuae Trinitatis; alteram in 26 hebdomadis, singulis sabbati diebus, de assumtione B. M. V. cum collecta de patrono dictae ecclesiae Strigoniensis; in aliis 13 hebdomadis sequentibus, singulis feriis tertiis de b. Anna, matre V. M. similiter cum collecta b. Adalberti; in reliquis vero 13 septimanis, singulis feriis sextis, de s. Cruce cum praefata collecta, celebrare debeant et teneantur. Ad quae praemissa omnia peragenda praefatus magister Joannes personali sua adstantia se et successores suos in hac parte ultronee ac benevole adstrinxit et obligavit. In cuius rei testimonium etc. Datum die Dominico proximo post festum exaltationis s. Crucis, anno Dom. 1530.

Schmitth, Episcopi Agrienses II. 290. *Katona* XX.

58.

Buda, 1530 szeptember 8.

János király János papnak, a dési Mária Magdolna-kápolna igazgatójának, a Nagy-Szamoson egy malomhelyet adományoz, azzal a kikötéssel, hogy az építendő malom egyik fele a dési Szent-István király plébániai egyházat, másik fele a nevezett kápolnát illesse örök időkre.

Joannes rex Hungariae «honorabili Joanni presbitero, magistro capelle beate Marie Magdalene in oppido Dees fundate» unum locum molendini super fluvium Nagy-Szamos intra idem oppidum Dees situm confert ea lege, ut medietas hic construendi molendini ecclesiae parochiali beati regis Stephani in oppido Dees constructae, altera medietas capellae praedictae cederet in perpetuum.

Eredetije előbb a dési ev. ref. egyház levéltárában volt, az arról vett másolat jelenleg Kádár József úr birtoka.

Közli: Dr. KARÁCSONYI JÁNOS.

59.

Augsburg, 1530 szeptember 9.

Ferdinánd király néhai Báthory István nádor özvegyét, Zsófia mazoviai herczegnőt rábeszélni igyekszik, hogy Torquatus János grófhoz, dalmát, horvát és szlavoniai bánhoz menjen férjhez.

Palatinisse.

Ferdinandus etc.

Illustris, syncere grata. Tametsi nemo non commendare possit statum vidue, precipue si honeste et iuxta conditionis illius normam observetur, nobis tamen rem utrinque diiudicantibus nihil etiam improbari debere visum est, si (quod etiam presentis temporis conditio suadere videtur) de commutando statu vestro ea ratio ineatur, que vobis tanto ferme honori et adiumento esse queat, quam si viduo thoro contenta remaneatis. Ea vero in hoc sita esse censebitur, si ad vos vestrasque res et actiones bonaque et iura ac cetera vite humane adminicula magis tuenda et commodius administranda, ea vestro consortio persona iungatur, que vel genere non postrema viteque et morum probitate conspicua, de nobis vero nonnihil etiam merita vestreque lingue et moribus nihil dissona, sed nostro quidem et plurium aliorum iudicio vobis digna vobisque congrua esse videatur, qualem profecto existimamus spectabilem et magnificum fidelem nobis dilectum Johannem Torquatum comitem Corbavie, regnorum nostrorum Dalmatie, Croatie et Sclavonie banum. Cupientes ergo vestre rerumque vestrarum incolumitati consulere et per hoc etiam eundem Torquatum uberiori gratia et beneficentia nobis reddere obnoxium, vos gratiose hortamur et requirimus studiosius, ut ad humilem nostri complacentiam tam honeste petitioni nostre pro vestra in nos obsequendi promptitudine obtemperare, vosque iam dicto Torquato perpetuo connubio sociare velitis. Quod quia vobis et bonis ac rebus vestris felix faustumque fore ominamur, neque fieri poterit, quin utriusque vestrum incrementum et emolumentum ex hoc aliquando emergat, nobis quoque tam gratum erit quam gratissimum, idque erga vos peculiari gratia, dum dabitur occasio, recognoscemus. Datum Auguste nona Septembris. 1530.

Ex[pedite].

Similes littere sunt date pro Wolfgango de Frangepano.

Hátán: Illustri domine Sophie, ducisse Masovie, relicte quondam Stephani de Bathor Comitis Palatini, syncere nobis grate.

Fogalmazat egy féliv papir egyik oldalán. — *Bécsi cs. és kir. házi stb. levéltár: Hung. 1530. IX. 35.* Ugyanezen ügyben *1531. IV. 8.* Közli: BUNYITAY VINCZE.

60.

Augsburg, 1530 szeptember 17.

Ferdinánd király példás büntetés fenyegetése mellett a pozsonyi tanácsra ír, hogy a szerzeteseket és apáczákat engedjék visszatérni s ne csipkedjék el a papok jövedelmeit.

Ferdinandus dei gracia Rex Hungarie et Boemie etc.

Prudentes et circumspecti fideles nobis dilecti. Mandaveramus superioribus diebus vobis litteris nostris, ut monachos et moniales in eorum claustra intromittere et pacifice istic eos vivere sineretis, neque vos in negotia ecclesiastica intromitteretis. Mandaveramus preterea, ne cives qui metu Turcarum aufugerant, damno vel molestia aliqua afficeretis, sed secundum commissionem nostram cum eis ageretis. Mandaveramus item, ut Sebastiano Harber de Buda,' Martino Stainger, iustitiam administraretis: ac ut proventus prepositi, capituli, rectorum altarium, aliorumque ecclesiasticorum et presbyterorum omnium integre persolveretis; commiseramus etiam alia similia. Verum uti ex querelis continuis accepimus, que iam aures obtuderunt nostras, nullam vos habentes mandatorum nostrorum rationem, in hunc diem non intromisistis moniales, bona, res ac proventus claustri earundem partim dissipastis, partim pro vobis usurpastis, in dispendium anime vestre et contemptum nostri mandati, cives fugitivos diversis iniuriis molestiis et damnis affecistis, Sebastiani Harber causam nondum determinastis, Martinum Stainger penes litteras nostras et in contemptum earundem in carcere multos dies servastis, neque ecclesiasticos proventus reddere curatis, taliaque nonnulla alia contra manifestum nostrum mandatum et voluntatem facere non estis veriti, de qua vestra temeritate mirari satis non possumus, nec eam ulterius tollerare. Quamobrem fidelitati vestre rursus et ex superabundanti harum serie mandamus firmissime, ut acceptis presentibus, non expectato ulteriori mandato nostro, moniales et etiam monachos omnes, si nondum intromisistis, restitutis eorum rebus et bonis integre, intromittere, reliqua quoque prefata omnia negotia tali modo expedienda et conficienda curare debeatis, ne posthac super hiis rebus aliqua ad nos veniat querela. Alioquin certi sitis, nos graviter in vos animadversuros, ita videlicet, quod etiam aliis perpetuo manebitis pro exemplo. Alienum enim est a vobis, nullam mandatorum nostrorum apud vos esse rationem. Volumus preterea, ne prefatum egenum hominem Martinum Stainger in persona aut rebus suis vel aliter impedire seu damnificare audeatis, sed visis presentibus ex fideiussoria cautione liberare ipsum debeatis. Secus in quantum gravem indigna-

tionem nostram evitare cupitis, facere non presumatis. Datum Auguste decima septima die Septembris, Anno domini Millesimo Quingentesimo Tricesimo.

Ferdinandus mp. *Wylaky.*

Kívül: Prudentibus et Circumspectis Iudici, Magistro Civium, ceterisque iuratis civibus Civitatis nostre Posoniensis, Fidelibus nobis Dilectis.

Eredetije levél alakjában papiron, a kis kir. pecséttel zárlatán, Pozsony városa levéltárában Lad. 38. fasc. 1. Nr. 23. Közölte *Fabritius Károly* a Történelmi Tár 1881. évf. 243—244. l.

61.

Augsburg, 1530 szeptember 21.

Oláh Miklós Erasmusnak. Mária királyné most is a régi kegyes jóindulattal viseltetik Erasmus irányában.

Salutem. Vix dici potest, prestantissime domine doctor, an plus longioribus tuis quam his brevioribus litteris, quas michi Felix reddidit,[1] fuissem delectatus. Nam ex eis quoque illud intellexi, quod ex longioribus poteram cognovisse: animum scilicet et humanitatem tuam singularem in me futuram. Gratissimum igitur michi fuit, te hac ad me usum brevitate. Et excusationem, qua et tu litteris illis et Felix tuo nomine apud me fuit usus, arbitratus sum non fuisse necessariam. Quare mi domine doctor, presta quę polliceris, te me inter amicos precipuos habiturum. Enitar ego quoque, ut meę amicitię te non peniteat. Regina est ea nunc quoque in te clementia ac pietate, qua antea propter excellentes tuas virtutes semper fuit. Quę ut fiat cumulatior, quantum in me erit, curabo diligenter. Quirinus[2] tuus, cum ad te reverteretur et michi vale dixisset, nolui eum vacuis, ut dicunt, reverti manibus, ut dum prandes cenasque, mei memineris.[3] Vale et me ama, tuumque existima. Ex Augusta XXI Septembris. Anno Domini 1530.

Tuus N. Olah

custos Albensis, secretarius et consiliarius regius etc.

Kívül: Excellentissimo domino d. Erasmo Roterodamo sacre theologie doctori etc. Domino et amico observandissimo.

Burscher, Spicilegia autographorum illustrantium rationem, quae intercessit Erasmo Roterodamo cum aulis et hominibus aevi sui praecipuis omnique republica. XI. 7. Közölte dr. *Bauch Gusztáv* a Történelmi Tár 1885. évf. 347. l.

[1] V. ö. 51. számot. [2] Quirinus Talesius, Erasmus amanuensise. [3] Kanalat és villát küldött volt neki.

62.

Augsburg, 1530 szeptember 23.

Ferdinánd király biztosítja Thuróczi Miklóst, a garamszentbenedeki apátság kormányzóját, hogy mivel kívánságára ez apátságról lemondott, más hasonértékű egyházi javadalommal kárpótolni fogja.

Ferdinandus — — Recognoscimus per presentes, quod licet magnificus Nicolaus comes de Thwrocz, magister curie nostre ex nostra regia clementia et donatione gratiosa erga abbatiam ecclesiae S. Ben. de Juxtagron pro se vel affine suo, per eum vigore premissae donationis nostrae ad eandem abbatiam nominando, plenum ius et omnimodam iurisdictionem habeat, eandemque abbatiam cum suis utilitatibus et pertinentiis infra tempus, quo ipso in servitiis nostris occupato, per emulos nostros de illa fuit eiectus, in reali possessione habuit. Tamen nunc rebus nostris regiis sic expostulantibus, idem Nicolaus Thwroczy ad nostram requisitionem, de nostra gratia confidens, non dubitavit praemissum ius suum et sui affinis nominandi nostrae regiae submittere clementiae et gratiosae dispositioni. Ut igitur dictus Nicolaus Thwroczy de nobis benemeritus et suus affinis de nostra regia gratia et benignitate ampliori certi sint et securi, assecuravimus eos et assecuramus per presentes: quod eisdem de alio ecclesiastico beneficio, in ipso regno nostro Hungariae pro tempore legittime vacante et nemini promisso et dictae abbatiae aequivalenti et simili providebimus et providere contendemus. Harum nostrarum, ob absentiam maioris secreti sigilli nostri hungarici, annulari sigillo nostro obsignatarum vigore et testimonio litterarum. Datum in civitate imperiali Augusta die 23. Mensis Sept. A. d. 1530. Regnorum nostrorum Quarto. *Ferdinandus.*

Esztergomi káptalani ltár. Lad. 10. 2. 2. — Nyomtatásban kiadta *Knauz Nándor:* A Garam-melletti szent-Benedeki apátság. Budapest, 1890. 100. l.

63.

Augsburg, 1530 szeptember 30.

Maczedóniay László váradi püspök, mint a magyar- és tótországi rendek követeinek vezérszónoka, az augsburgi birodalmi gyűlésen V. Károly császártól és a birodalmi rendektől segítséget kér a török ellen.

Oratio ad invictissimum Romanorum imperatorem Carolum V. fe[licem], pi[um], semper augustum ac reverendissimos illustrissi-

mosque principes et reliquos sacri romani imperii status, pro Hungaris et Sclavis. Per reveren. Ladislaum de Macedonia episcopum Varadiensem, serenissimi principis et d. d. Ferdinandi Hungariae et Bohemiae regis etc. consiliarium, oratorem Hungariae, Augustae in comitiis imperii habita pridie kal. Octob. Anno M. D. XXX.

Régi Magyar Könyvtár. III-dik kötet. Irták Szabó Károly és Hellebrant Árpád. Első rész. Budapest, 1896. 91. lap.

64.

Augsburg, 1530 október elején.

Henckel János levele Erasmushoz. Kikel Eck János ellen, ki őt Faber jelenlétében érdes szavakkal megtámadta, a miért a «haeresiarcha» Melanchthonnal oly gyakran érintkezik. Elbeszéli aztán, hogy a strasszburgi szakramentáriusok, Capito és Butzer, lakásán fölkeresték és igyekeztek volna őt nézetöknek megnyerni, de röviden végezett velök. — Az utolsó sorokban ujságolja Erasmusnak, hogy hír szerint Brabancziába teszik át lakásukat.

— — — Cum Eccio nonnisi semel locutus sum, et hoc unico colloquio in presentia Fabri sic me tractavit, ut amplius secum loqui non facile tentem. Movit mihi tunc furioso suo clamore et iniurijs verbis stomachum, quod nisi eum temulentum fuisse crederem, preter consuetudinem meam illi respondissem. Respondi tamen illi unico verbo et quidem clementiori, quam Faber expectasset. Ita devici hominis truculentiam. Nihil erat, quod mihi tandem poterat obiicere, nisi quod cum heresiarcha illo Philippo Melanchthone commercia habuissem plurima. In nullam factionem me unquam subscripsi, nec subscribam, si tamen subscribendum foret, mallem me Philippo, quam Ecciane imperterrite truculentie subscribere. Audivi ab homine, et quidem probatissime fidei, illum aliquot centum hereses tuas collegisse, quarum maximam partem ex Colloquiis annotavit, quas tamdiu premeret, quousque posset habere aliquem, qui sibi errores etiam a te Grece scriptos interpretaretur; ait enim propterea te Greca annotasse, ut doctiores et subtiliores Aristotelici theologi non possent in ea lingua, que ad professionem illorum non pertineat, facile illos comprehendere. Putat forsitan, eos errores in colloquio Echonis delitescere. Audio et alia quedam de te dixisse, que magis sanis risum movere possent, quam digna forent, que insano obiciantur. Legi libellum, sive, ut illi malunt, epistolam apologeticam Argentinensium,[1] que primum, cum

[1] Epistola apologetica ad syncerioris christianismi sectatores per Frisiam Orientalem etc. per ministros Evangelii Ecclesiae Argentoratensis. 1530. Strassburg.

huc appulissem, una cum tua Epistola adversus quosdam rel.[1] mihi donata erat. Non agnovi, illam a Bucero fuisse editam. Cum utramque domi diligenter perlegerem, perduxit quidam ad me Capitonem et Bucerum, quos mentiebatur cives fore Nurenbergenses et velle in quibusdam rebus suis meo uti consilio et opera. Primo colloquio persensi dolum, non tamen se prodidere. Cum viderent in mensa coram me utramque epistolam, querunt quid de illis sentirem. Respondi, in apologia mellitum quoddam esse venenum, meque dolere, huiusmodi mendaciis et lusibus Erasmum retrahi a commodioribus, que ab illo expectaremus. Subrisit uterque; post fucatum quoddam negotium enumeratum abeunt. Altera die audio ab eo, qui illos ad me perduxerat, ipsos fuisse Capitonem et Bucerum. Capito postridie rediit Argentoratum, Bucerus tandem ad me veniens, multis verbis se excusans, cur se primum mihi non prodidisset, cepit tandem multa de opinione sua sanctę eucharistię tractare, volens sententiam quoque meam in hac re agnoscere, quibusque scripturis manducationem corporalem fulcirem, intelligere. Respondi illi brevius, quam expectabat. Tandem abiens, etsi pollicebatur, se altera die rediturum (nam tunc in aulam mihi erat eundum), tamen amplius non comparuit. Rerum gestarum veritatem, de quibus epistola narraverat, non agnovi, qui in hac terra presens non fuerim; videntur tamen ea, quae narrantur, a tumultibus et seditionibus non valde aliena fuisse. Tui igitur erit illorum fumos contempnere, per quos se manifestant mundo, et utilioribus studiis immortale tuum nomen posteritati sincerioribus scriptis commendare... Rumor est, nos in Brabantiam transferre domicilium. Si id certius agnovero, tibi significabo. Dominus te servet incolumem in consolationem multorum bonorum, domine et amice in Christo charissime. Augustę Vindelicorum 1. die Octobris Anno Domini 1530.

Joannes Henckellus
tuus ex animo.

Burscher, Spicilegia autographorum XI. p. 24. s köv. Közölte dr. *Bauch Gusztáv* a Történelmi Tár 1885. évf. 521—523. ll.

[1] Epistola D. Erasmi Rot. contra quosdam, qui se falso iactant Evangelicos. 1530. Köln.

65.

Buda, 1530 október 6.

János király Grittihez Konstantinápolyba írt levelében keservesen panaszolja, hogy a Szendrőből 25—30 ezer emberrel segítségére jött Mehmet bég, a helyett, hogy utasítása szerént Morvaországba és Ausztriába rontott volna be, Magyarországon — többi közt az esztergomi érsek birtokain is — szörnyű pusztítást vitt véghez és sok ezer foglyot hurczolt el magával. E miatt nagy az elkeseredés ellene (János ellen), mert azt hiszik, hogy az ő akaratával érte alattvalóit ez a nagy csapás. Kéri Grittit, mondja el a dolgot Szulejmánnak s hacsak lehet, eszközölje ki, hogy a foglyokat szabadon bocsássák.

Joannes etc. Magnifice etc. In praesentiarum haec, quibus hactenus acerbiora non tulimus, Magnificientiae vestrae possumus scribere, quod superioribus diebus nunciaverat nobis Mehmet Beg, quod in auxilium nostrum vellet venire, qui ut venit cum 25 vel 30 fortassis, ut opinamur, hominum millibus, nos ipsi personaliter cum eo colloquuti fuimus, rogavimusque instantissime, ne in ditione regni Hungariae depraedaretur, ipse vero iureiurando promiserat, nihil penitus in finibus Hungariae damni fieri passurum, ostenderamus enim eam partem Moraviae et Austriae regno nostro conterminam, quae anno superiore integra remanserat, ubi impune, quantum voluisset, ei depraedari licebat, dederamusque ei peritos duces itineris, adiunxeramus etiam M. Petrum Petrovics, qui nobis sanguine iunctus est, quibuscum hinc discedens, non quidem Moraviam, neque Austriam, sed totam illam partem regni nostri, quae adhuc a tot bellorum procellis nondum vastata manebat, non longe a Buda penitus combussit et depraedatus est et septima die, quam a nobis discesserat, tanta captivorum multitudine reversus est, ut vel in triplo eorum numerus, quam ipsorum Turcarum maior esset. Unde nobis praeter immensam regni nostri ruinam, illud peperit, ut omnes amicos et inimicos in eam opinionem induceret, quod ex nostra voluntate hanc calamitatem in subditos nostros edidisset. Qua re non solum regnicolarum nostrorum, qui nobiscum servabant, animos a nobis alienavit, verum etiam illorum principum, qui amici erant et una nobiscum pacem invictissimi Caesaris ambiebant, in odium nostri excitavit.

Interrogavimus eum per internuncios, cur contra iuramentum et promissionem suam, contraque promissa Caesaris, nobis hanc iniuriam intulisset, qui respondit, bona Thurzonis et Episcopi Nitriensis, qui nobis inimici sunt, vastasse, licet praeter ea etiam fidelium subditorum bona, ut Archiepiscopi Strigoniensis et Casparis

Raskay et aliorum multorum, Buda usque, ut praetulimus, afflixit. Petivimus tandem, ut vel illos, qui nobis fideles fuerunt, redderet, sed ipse, quo nobis maiorem indignationem apud omnes pareret, tanta immanitate hinc discessit, ut nullam partem ex tot millibus captivis restituerit.

Nos quid agamus, incerti sumus, neque novimus, quam spem deinceps in auxiliatore ponamus, — — — nihil iam aliud in dies expectamus, quam insurrectionem omnium subditorum nostrorum contra nos, ac extremam perniciem rerum nostrarum.

Quare Magnificentiam Vestram pro Deo oramus atque obtestamur, admoneat ipsum potentissimum Caesarem, tum illustrem dominum Bassam verborum et promissionum suarum, inducatque precibus nostris et ostendat, non ex nostra voluntate Mehmet Begum hanc calamitatem rebus nostris intulisse, et tandem efficiat, si fieri potest, ut miserrimi christiani, qui nihil mali meruerunt, — — — nobis reddantur. — — Nobis... dici vix potest, quantum favoris et benevolentiae M. V. apud subditos conciliabit, alioqui omnes iudicabunt, ex nostra voluntate Mehmet Begum hoc egisse, et ex hoc una maxime ratione probabit Ferdinandus, quod hactenus non potuit, nos cum Caesare in perniciem christianorum coniurasse. — — Budae feria 5. post festum beati Francisci. 1530.

Pray, Epistolae procerum regni Hungariae. Poson. 1806. I. 359.

66.

Augsburg, 1530 október 14.

Oláh Miklós panaszkodik Kálnay Imrének, hogy Ferdinánd király, ünnepies igérete ellenére, mellőzte a püspökségek betöltésénél.

Non possum non conqueri de temporum malignitate, principumque inconstantia. Princeps meus temporibus superioribus, me hanc certe gratiam nihil petente promiserat, et non vanis sed solennibus verbis, uti principum est iusiurandum, in verbo suo regio promiserat inquam, se mihi sacerdotium illud, qualecunque in Hungaria nostra primitus vacaret, collaturum. Nunc vacavit unus item alter episcopatus: utrumque, non servans promissionem, alteri contulit. Vide quanta sit constantia eorum, qui constantiae exemplum aliis praebere deberent. Haec non mea causa scribo; contentus enim, ita vivam, semper fui mea sorte, quae, dum pax est, non est inter alias inferior. Sed vicem eorum doleo, qui sunt tam varii,

quum constantes esse deberent. Vale. Ex Augusta XIV. Octobris MDXXX.

Oláh Miklós levelezése. 91. l.

67.

Augsburg, 1530 október 20.

Ferdinánd király a pécsi kisprépostságot Mihály egyházjogi doktornak és kalocsai prépostnak ajándékozza, felfüggesztvén a pécsi püspöknek előbb ugyancsak tőle ajándékozott kegyúri jogát.

Ferdinandus... rex Ungarie... memorie commendamus... quod nos donationi illi, quam... magnificus quondam Stephanus de Bathor regni nostri Hungarie palatinus, locumtenens noster super prepositura minori ecclesie Quinqueecclesiensis per translationem... domini Ladislai de Macedonÿa... in episcopatum Waradiensem vacante auctoritate nostra ac vigore litterarum suarum superinde confectarum in persona fidelis nostri reverendi Michaelis decretorum doctoris, prepositi Colocensis, fecisse dinoscitur, nostrum regium consensum prebuimus... et... eundem Michaelem doctorem propria nostra experientia habunde preditum esse agnoscentes, eandem preposituram... eidem... conferimus... concedentes, ut idem alteram quoque preposituram Colocensem retinere possit et valeat. Quocirca vobis... Georgio Swlÿok episcopo praefate ecclesie Quinqueecclesiensis... mandamus... quatinus non obstante auctoritate iurispatronatus nostri superinde vobis concessa prefatum Michaelem doctorem, cum primum idem Ladislaus Macedonÿaÿ possessionem dicti sui episcopatus obtinuerit, in possessionem prefate prepositure minoris intromittere... in eandem instituere institui-que facere debeatis... Datum in civitate... Augusta 20-a mensis Octobris anno 1530.

A jászai konvent 1533-iki átiratában. Ennek eredetije a vasvár-szombathelyi káptalan levéltárában. Litt. eccl. f. F. Nr. 12.

Közli: Dr. Karácsonyi János.

68.

Pozsony, 1530 október 26.

Lőrincz fejérvári prépost kéri Ferdinándot, hogy megtekintvén az ő felsége iránti hűségét, s e hűsége miatt szenvedett kárait, de a fejérváriak közt életének folytonos veszedelmét is, adományozza neki a nyitrai püspökséget.

Serenissime Rex et domine, domine michi gratiosissime. Post debitam ac perpetuam fidelium servitiorum et orationum mearum

commendationem. Potuit Maiestas vestra pleno testimonio intelligere inter tot varietates et discrimina rerum, qua fide quave fidelitate ac servitiorum meorum constantia erga Maiestatem vestram hucusque semper extiterim; manifestius tamen ex litteris reverendissimi domini Agriensis, Maiestatis vestre cancellarii declaratum esse Maiestati vestre arbitror, quantum ego iacture, quantum damni bonorum meorum passus sim, quod solus ego Joannis Zapulyensis specialis preda fuerim, prepositura mea rebusque omnibus privatus, per multa et varia pericula hactenus penes ipsum reverendissimum dominum cancellarium permanserim, que omnia Maiestati vestre rescribere supervacaneum esse puto. Verumtamen precipuum munus a Deo maximo datum michi duco, quod sub tutela et nomine Maiestatis vestre per hec usque tempora in persona salvus extiterim. Quamvis autem Maiestatem vestram ex proprio motu ac sua regia liberalitate de hiis omnibus memorem esse sciam, ut vel amissa cum fenore a Maiestate vestra resarciantur; nichilominus tamen data rei occasione, volui Maiestatem vestram pro hiis interpellare, que potissimum in constantiam fidelitatis mee ac vite proprie securitatem et custodiam spectare videntur. Optime namque Maiestati vestre constat Albensium infidelitas, eorundemque erga me odium manifestum, quod pro fide et observantia mea erga Maiestatem vestram ab illis suscepi, nunc quoque sustineo. Hii etenim mei ipsius bonorumque meorum proditores fuerunt, hos et vite insidiatores habui et habeo, et nisi providentius maturiusque michi ipsi consuluissem, vix illorum insidias precavere potuissem; unde fit, ut etiam in futurum minus secure inter illos manendum michi esset. Ut igitur vite mee iam tandem ex gratia Maiestatis vestre provideri michi liceat, supplico Maiestati vestre humillime, quatinus consideratis premissis omnibus, dignetur Maiestas vestra serenissima ex regia sua clementia de episcopatu Nitriensi nunc proxime vacante gratiose michi providere, ut post tot pericula et damna maxima, vitam solam ab insidiis Albensium redimere valeam. Albe enim curia mea omnibus est pervia et ob id inter hostes infensissimos, opinor, minime michi esse securum, nisi tutiorem sedis locum a Maiestate vestra humillime impetraverim.

Et licet sciam nonnullos competitores apud Maiestatem vestram pro illo episcopatu Nitriensi laborasse, facile tamen prepositura mea Albensi Maiestas vestra ex illis unum contentum reddere poterit, que haud minus in proventibus respondere videtur, quam episcopatus Nitriensis. Supplico igitur Maiestati vestre humillime, dignetur Maiestas vestra status et vite mee habere rationem, ac

presentem supplicationem meam admittere gratiose. Expecto a Maiestate vestra benignissimam relationem. Quam ad felices et prosperos successus a Deo maximo conservari cupio, fideliaque servitia mea Maiestati vestre semper commendo. Ex Posonio XXVI Octobris anno salutis millesimo quingentesimo tricesimo.

Vestre Serenissime Maiestatis

servitor et capellanus
Laurentius
Prepositus Albensis etc.

Hátán: Serenissimo Principi et Domino Domino Ferdinando Dei gratia Hungarie et Bohemie etc. Regi, Archiduci Austrie etc. Domino michi gratiosissimo.

Egy ív papirnak két oldalán, egészen egy kéz írása, zárlatán piros gyűrüpecsét maradványaival. — *Bécsi cs. és kir. házi stb. levéltár: Hung. 1530. X. 63.*

Közli: Bunyitay Vincze.

69.

Esztergom, 1530 október 26.

Foglalatja azon föltételeknek, melyek alatt Várday Pál esztergomi érsek az ottani várat Roggendorf Vilmos báróнak, a királyi hadsereg fővezérének általadta, és a melyekben az átvevő biztosítja az érseket és káptalanát, hogy minden javaikban meg fognak tartatni és az érseknek szenvedett kárai megtéríttetni.

Nos Gwÿlihelmus de Rogendorff Baro in Molnnburg, Regie Maiestatis Hungarie Bohemieque, Archiducis Austrie etc. domini nostri clementissimi consiliarius et capitaneus gentium generalis recognoscimus per presentes, quod cum nos his proximis diebus cum exercitu serenissimi domini nostri regis ad recuperandam sedem suam regiam in Hungaria de manibus Joannis Zapwliensis iuxta decursum Danubii in terra et aqua descendissemus et ad arcem Strigoniensem pervenissemus, reverendissimus in Christo pater et dominus, dominus Paulus de Warda, archiepiscopus Strigoniensis, primas Hungarie, legatus natus etc. nobis et exercitui Maiestatis Regie ex arce sua Strigoniensi omnem fidelitatem ostendit ac liberum progressum prebuit, egregiosque Franciscum Nÿarÿ, aulicum regium, et Franciscum Gÿczÿ pro conservando regiminis *(így)* sue Maiestatis in hoc regno sub honestis conditionibus ad arcem suam Strigoniensem acceptavit, eosque in capitaneos ac castellanos eiusdem arcis prefecit; ideo Maiestas sua eundem dominum Paulum archiepiscopum Strigoniensem una cum fratribus suis carnalibus et

etiam dominis de capitulo Strigoniensi necnon familiaribus eiusdem, medio nostri in pristinam gratiam suam recepit, cui nos et in persona Maiestatis sue authoritate eiusdem, qua in presentiarum fungimur, et in nostra quoque propria persona bona fide nostra promittimus, ut serenissimus dominus rex noster prefatum dominum Paulum archiepiscopum una cum capitulo ecclesie sue in suo honore, dignitate, statu, prerogativis, libertatibus, necnon arcibus, bonis et redditibus suis universis indemniter manutenebit, neque eundem vel fratres aut servitores suos ex quacumque ratione in persona rebusque et bonis hereditariis puniri faciet, immo eundem dominum Strigoniensem apud summum pontificem ad dignitatem cardinalatus, si occasio dabitur, ante alios promovebit, in regimine autem hungarico suum locum, honorem et authoritatem habebit; et hos infrascriptos articulos inviolabiliter observabit et per alios observari faciet, et has litteras nostras absque omni dilatione litteris suis manu sua subscriptis et sigillo suo autentico munitis roborabit et confirmabit. Qui sequuntur hoc modo: Quod Maiestas sua iuxta contenta privilegiorum domini Strigoniensis et ecclesie sue super solutionem decime urburarum a Fwgariis ac aliunde in regno Hungarie et partibus sibi subiectis provenientes, necnon perceptione libera dice regie de bonis ecclesie sue authoritateque summi cancellariatus infra spatium unius quartalis anni litteras suas regias manu sua regia subscriptas et sigillo suo autentico munitas, domino Strigoniensi dabit et illas observabit. Item quod pro damnis suis, que superiori anno in decimis et proventibus suis a gentibus et subditis Maiestatis sue suscepit, que circiter ad summam quadraginta millium florenorum extenduntur, exnunc in bona moneta hungaricali flor. mille, in rebus vero sibi necessariis similiter flor. mille satisfaciet. Tandem usque ad complementum unius quartalis anni sex millia florenorum eidem numerabit, pro residuo autem apud Regiam Maiestatem laborabit. Item quod universa bona archiepiscopatus Strigoniensis et capituli eiusdem ecclesie sue una cum omnibus aliis proventibus suis ex nunc absque omni difficultate remitti faciet. Cum autem de decimis comitatuum Posoniensis, Nitriensis, Comaromiensis, Gemeriensis, Thornensis, Zoliensis, Lÿpthoviensis, Thwrocziensis aliisque ubivis existentibus, officiales servitores Regie Maiestatis exactiones fecerint et ille absque magno incommodo domino Strigoniensi remitti non possent, illam tamen integram summam, pro qua dicti comitatus arendari soliti sunt (medietatem ad festum beati Nicolai confessoris iam venturum, alteram vero partem ad festum purificationis beatissime virginis Marie anni 1531),

absque omni defectu in bona moneta hungaricali Regia Maiestas persolvi faciet, nos quoque in persona Regie Maiestatis reddi faciemus. Item illam summam quingentorum florenorum, quam Christoferus comes Zoliensis et Bernardus camerarius Reginalis Maiestatis ac Emericus Bebek pro arenda preteriti anni decimarum suarum comitatuum Zoliensis et Thorna obligabantur, ante festa natalia reddi faciemus. Illos etiam trecentos florenos, quos Joannes Dobrawÿczky Nicolao Olah secretario Reginalis Maiestatis dedit, rectificari faciemus. Item Regia Maiestas bona hereditaria ecclesie Strigoniensis, quacumque necessitate compulsus, non alienabit, sed in suis antiquis libertatibus tenebit. Item quod Regia Maiestas ad supplicationem domini Strigoniensis possessionem Bwssa una cum quodam predio in comitatu Newgradiensi habitam, que per mortem et defectum seminis generose condam domine Katherine filie olim Joannis Ongor, consortis condam Francisci Balassa iunioris de Gÿarmath ad Regiam Maiestatem est condescensa, una cum illis duabus villis, illis similibus ex nunc capitulo ecclesie sue Strigoniensis conferet. Item quod Regia Maiestas ordinet domino Strigoniensi litteras a Fwgaribus super perpetua pensione florenorum octo millium unacum honesto loco mansionis in regnis suis, ut si contigerit Thurcum regno Hungarico potiri, possit dominus Strigoniensis se et suos usque finem vite sue honeste sustentare. Super quibus quidem articulis prescriptis presentes litteras assecuratorias pro cautione domini Strigoniensis dedimus et efficiemus, ut Maiestas quoque Regia easdem roborabit, confirmabit et observabit et per alios, quorum interest aut intererit, firmiter observari faciet. Datum in castris nostris ad Strigonium positis vicesimo sexto mensis Octobris anno domini millesimo quingentesimo tricesimo.

Egyszerű másolat nyilt levélalakban. — *Bécsi cs. és kir. házi stb. levéltár: Hung. 1530. X. 66.*

Közli: Bunyitay Vincze.

70.

Pozsony, 1530 október 26.

Szalaházy Tamás jelenti Ferdinánd királynak, hogy Zapolyay János, Gritti, Czibak, Szerechen, Kápolnay és Nádasdi Budán vannak; továbbá, hogy sem a török lovasok, sem a janicsárok még nem érkeztek meg; hogy Zapolyay Budán akarja dolgainak eldöntését bevárni; végül kéri a királyt, hogy a vágbeszterczei várról ne rendelkezzék, míg újabb jelentését nem veszi.

Serenissime Rex, domine clementissime.

Post humillimam servitutis mee commendationem. Quibus

conditionibus cum domino Strigoniensi super arcis deditione transactum sit, ex litteris domini G. de Rogendorff Capitanei sui generalis intellexit M^tas vestra et iccirco nihil amplius de ea re scribam, quam quod, favente Deo, habet illam arcem in potestate sua. Joannes et Gritti, Cybak, Zerechen, Capolnay, Nadasdi sunt Bude. Nec Turce equites nec Janiceri, qui iactabantur, adhuc venerant. Joanni animus is esse dicitur, ut in arce Budensi eventum suarum rerum expectet; mihi tamen persuaderi vix potest futurum. Nasadisti non multi in insula Leporum erant nudiustertius. Nondum intelligo, quid post Strigonii deditionem Joannes constituerit. Deus optimus maximus vestram M^tem reddat nobis felicissimam. Posonii XXVI die Octobris 1530.

Choron cum meo equitatu Vesprimiensi est in castris M^tis vestre, bene instructo, numerum ex scriptis, ut arbitror, domini Capitanei cognoscet suo tempore M^tas vestra.

Scripseram nuper M^ti vestre de arce Bistrice, que fuit nepotis domini Nitriensis; supplico humillime, ne de illa quovismodo velit interim disponere, donec M^tas vestra ex aliis litteris meis cognoscet, quonam pacto cum magno suo commodo de me dignabitur benemereri possit.

Hátán: Sacre M^ti Regie domino meo clementissimo.

Egy negyedív papir egyik oldalán egészen Szalaházy T. püspök írása. — *Bécsi cs. és kir. házi stb. levéltár : Hung. 1530. X. 65.*

Közli : Bunyitay Vincze.

71.

Augsburg, 1530 november 3.

Oláh Miklós Kretschmár Lőrincz székesfejérvári prépostot értesíti a birodalmi gyűlés határozatairól.

Cupidissimum te esse scio rerum novarum, earum presertim, quae utilitati reipublicae christianae aliquid sunt conducturae; hanc ob causam putavi mei esse officii, te certum reddere hiis de rebus, quae hic agantur.

Audivisse te antea credo ex multorum tuorum litteris, satis diu hic per caesarem Carolum, regem Ferdinandum, ceterosque principes imperii duabus de rebus tractatum esse: de bello contra Turcos inferendo, et de reformando uniendoque schismate, quod in religione christiana est ortum. Utrisque ita (quod felix faustumque sit) est provisum rebus, ut arbitror, omnes bonos ea, quae caesar, rex et ceteri principes concluserunt, aequi bonique consulturos.

Admonebat primum caesar pro sua in religionem nostram pietate, ut est princeps christianissimus animoque ad religionem colendam propensissimo, admonebat, inquam, principes imperii, ut instituta primum sanctorum, religionem veterem nostram, quam maiores nostri a mille vel pluribus annis sacrosancte observarunt, pluris facerent, quam novas has aliquorum neoteriorum virorum nescio quas professiones, et a doctrina institutisque maiorum non aberrarent, sed ea sanctissime colerent, observarent et venerarentur. Multis autem et quidem omni pietate, humanitate et benevolentia plenis verbis ad haec principes ipsos fuit exhortatus, inter quos duo fuere vel tres ad summum, aliquot praeterea civitates: ut Nurinberga, Argentina, Ulma, Francfordia et pleraeque aliae, quae tam piam non admitterent exhortationem; principes ipsi, qui contrarii fuerunt, Joannes dux Saxoniae cum filio, lanthgravius Hessiae et Georgius marchio Brandenburgensis erant, qui non exspectato fine conventus, partim nescio, partim annuente caesare, unus post alium discesserunt. Quorum discessu civitates non parum confirmatae sunt in sua pertinacia.

Caesar, dum ita per eosdem principes rem agi vidisset, etsi mirum in modum, ut debuit, fuerat conturbatus, et omnia quaeque extrema pro rectificando hoc fidei schismate pati intra se deliberaverat: maluit tamen hanc, quaecunque esset, rectificationem aliquantisper differre, quam expeditioni, quae contra Turcas parabatur, aliquid inferre turbationis. Ea enim quam necessaria esset, Turca monarchiam totius orbis machinante, et quam maximos, quum res contra tam potentem hostem agi deberet, exposceret apparatus, iamdudum animo conceperat. Quamobrem negotium fidei ad futurum prorogavit concilium, ut in eo, quod quantocius fieri per communem expeditionem posset, cogeretur, omnium votis postea concluderetur, quo in statu, ordine et constitutione res christiana permanere deberet. De expeditione vero Turcica conclusum est, ut principes imperii quadraginta millia equitum mitterent; caesar, rex et alii principes tantum et ipsi numerum darent. Ea tamen lege imperiales dictas copias polliciti sunt, si usque ad concilium generale pax in Germania servata erit et ab omni belli terrore interea erunt securi: in eaque re caesaris litteris et promissione assecurabantur. Quod caesarem facturum arbitramur; ut enim est natura ad pacem reique publice tranquillitatem, concordiam et quietem natus, ita omnia ultro videbitur facturus, quod facere possit et quod honor et dignitas ipsius feret.

Itaque facturum esse existimo, ut optatam, quamdiu maximis

votis moliti sumus, expeditionem contra Turcas simus habituri, et tantam, quae illorum potentiae et viribus toti terrarum orbi formidolosis facile sufficiat. Non deerit nobis Dei quoque optimi maximi, cuius iram in populum suum propter scelera nostra immissam deprecari debemus, auxilium singulare. Quo freti ac industria, virtute et opera principis nostri, tum viribus non imperialibus modo, sed etiam aliorum principum christianorum arbitror propediem futurum, ut Turcarum tyrannidem simus propulsaturi et respublica christiana, quae tot annis indicibilibus malis est penes obruta, suum florem, decus et gloriam sit recuperatura. Vale et me ama. Ex Augusta 3. Novembris. Anno MDXXX.

Oláh Miklós levelezése. 101—103.

72.

Pozsony, 1530 november 9.

A győri káptalan tiltakozó jelentése Bakith Pál és az ő győri, meg szentmártoni várnagyainak részletesen felsorolt bitorlásairól és kegyetlenkedéseiről.

Nos Capitulum ecclesie Posoniensis damus pro memoria etc. quod venerabilis et egregius, honorabilesque domini Blasius de Varda, decretorum doctor, prepositus, et Johannes de Nagy-Baráthy canonicus ecclesie Jaurinensis in ipsorum ac totius Capituli eiusdem ecclesie Jaurinensis nominibus et in personis nobis per modum protestationis significari curarunt in hunc modum: quod posteaquam serenissimus princeps et dominus dominus Ferdinandus Dei gratia rex Hungarie etc. gubernationem episcopatus predicte ecclesie Jaurinensis egregio Paulo Bakith, capitaneo generali huzarorum Maiestatis Regie, contulisset, possessionemque illius apprehendisset, illico preter voluntatem Maiestatis Regie et dominorum regentium Vienne constitutorum et aliorum omnium consiliariorum et commissariorum regiorum universas possessiones et portiones possessionarias ac telonia in eisdem exigi solita, molendina, piscinas, decimas, quartas frumentorum et vinorum, proventus optionales, et generaliter omnia iura, ipsos dominos protestantes tangentia et concernentia ac ubique existentia et habita a manibus ipsorum dominorum protestantium occupasset, occupatasque et occupata in suos usus convertisset.

Et ultra premissa nobilis Sigismundus literatus provisor ac Blasius Nagh et Ambrosius similiter Nagh castellani in castro Jaurinensi, nec non Balthasar literatus similiter provisor et Stephanus

Thompa et Volfgangus Dely castellani in castro Sancti Martini sacri montis Pannonie per eundem Paulum Bakith constituti, intolerabiles immanitates et sevitias in ipsos dominos protestantes ac alios beneficiatos et sacerdotes, atque plebanos, scilicet (így) jobbagiones et pauperes colonos ad ipsos dominos protestantes pertinentes, exercuissent. Alios ex ipsis jobagionibus et colonis truculenter occidissent, alios crudelibus verberibus affecissent, alios in carceres teterrimos collotenus detrusissent, quorum aliis crura, aliis brachia, aliis diversa membra et ossa fuissent confracta; alios ad diversa et onerosa servitia coegissent, alios, et quam plurimos, pecuniarum extorsionibus, exquisitis quibusdam adinventis occasionibus oppressissent, equos, boves, et alia pecora illorum plurima abstulissent. Nec personis ipsorum dominorum protestantium et aliorum proborum pepercissent, scilicet ipsos diversis ac turpibus et insolitis vituperiis affecissent; eorundem vineas per ipsos cultas vindemiassent, vina eorum in vasis habita abstulissent. Eorum domorum, tam ipsorum dominorum protestantium, quam jobagionum eorundem in comitatu Jaurinensi existentium, que ab incendio Turcarum remanserunt, tecta deiecissent, fornaces destruxissent et harum fotulas in predictum castrum Jaurinense induxissent. Unam testudinem predicti domini Blasii prepositi in domo sue prepositure in eadem civitate Jaurinensi habita sitam, ab ipsisque Turcis intactam, confregissent et universas res ipsius domini Blasii prepositi in eadem testudine repositas et habitas ad ducentos florenos hungaricales se se extendentes, nec non unum currum ferratum, septem florenis hungaricalibus emptum, de curia eiusdem domus sue prepositure abstulissent et eduxissent et que ipsis placuissent, fecissent. Item alios sacerdotes in pecuniarum summis taxassent, unum ex ipsis dominis sacerdotibus, nomine Jacobum plebanum de Berch captum, manibus Turci ad castrandum assignassent, qui quidem Turcus cultro suo iam promptus eiusdem domini Jacobi genitalia ad statim (így) excidisset, nisi solutis triginta sex florenis hungaricalibus se redemisset et liberasset. Et quamvis post tot et tanta per illos patrata idem Paulus Bakith tum ad commissionem prefatorum dominorum regentium, tum etiam supplicationem quorundam aliorum dominorum prenarratas omnes possessiones, portiones possessionarias, telonia, molendina, piscinas, decimas, quartas et optionales proventus, aliaque singula ipsorum dominorum protestantium, uti premittitur, per ipsum Paulum Bakith occupatas et occupata eisdem dominis protestantibus remiserit et resignaverit; tamen prefati provisores et castellani superius nominati, nescitur

unde moti, easdem universas possessiones, portiones possessionarias, telonia, molendina, piscinas, decimas, quartas, optionales proventus, singulaque alia iura ipsorum dominorum protestantium a manibus eorundem dominorum protestantium occupassent, occupatasque et occupata tenerent etiam in presenti et in dies mala malis iniicerent et eas crudelitates in ipsos dominos protestantes eorundemque subiectos exercerent, que nec Turca ipse immanissimus inferret, potentia mediante. Ad quorum quidem protestationem presentes litteras nostras protestationales eisdem dominis protestantibus superinde duximus concedendas. Datum feria quarta proxima ante festum Sancti Martini Episcopi et Confessoris, anno Domini millesimo quingentesimo trigesimo.

Egyszerű másolatról. — *A M. T. Akadémia kézirattára: Történelem. Oklevéltár. Ivrét. 14. sz.* Közli: BUNYITAY VINCZE.

73.

Augsburg, 1530 november 10.

Oláh Miklós Jovius barátjának. Szent Zoërárd és Benedek nyitrai síremlékéről.

Quid caussae fuerit, quod Nitria hactenus praelatum suum non habuerit, hoc primum die sole clarius intellexi. Scis nominatissimum illud Beati Sorardi sepulchrum, in quo ossa huius beatique Viti (így, Benedicti helyett) erant recondita, fuisse Nitriae; illud videre ut videor, tu ipse vidisti, dum aliquando Nitriam eras invitatus, amicitiae cum episcopo ineundae causa. Non videbis posthac neque ibi, neque alibi monumentum hoc praeclarissimum; ut hoc divorum ossa hactenus conservavit, sic deinceps homines vivi in visceribus suis idem conservabunt. Si videtur tibi impossibile, ut vivi sepulchra mortuorum recondant in sua viscera, Viennenses incudes monetariae testimonium huius rei tibi praebebunt non vulgare; nihil iam obstabit hoc sepulchro in monetas conflato, quin Nitria episcopum suum habeat. Utinam bonis res nostra procedat avibus, vereor ne Deus irascatur nobis saevius quam hactenus. Nollem esse vates adversus, sed formidandum procul dubio est, ni Deus ex singulari sua clementia nos a malis custodierit, ne propter sacrilegium aliquid nobis adversi contingat. Ex Augusta X. Novembris MDXXX.

Oláh Miklós levelezése. Budapest, 1875. 104. l.

74.

Augsburg, 1530 november 13.

Ferdinánd király Borgónak írt levelében helyesli ugyan azt, hogy a pápa Brodaricsot ki nem hallgatta, de nem véli helyeselhetni, hogy annak emberét fogadta, ki a kereszténység romlását idézi elő. Zokon veszi, hogy Brodaricsot Rómában el nem fogták és azt jelzi, hogy a török nem Jánosért tört be Magyarországba, hanem azért, hogy majd tavaszkor könnyebben indulhasson a többi országok pusztítására.

Burgo. Ferdinandus etc. Magnifice... Quod Stephanus Brodericus a Sanctitate Sua non fuerit auditus, Sanctitas Sua officio boni pastoris visa [usa?] est; at non item probari poterit, quod hominem illius audierit, qui non alia causa venerat, quam ut communia christianitatis negotia turbaret, et cum hoc videret rerum illarum statum, quo melius Johanni singula referret. Et cum Rome fuerit Stephanus, potuisset capi et detineri saltem indirecte, si alio nomine non videbatur esse tentandum, cum causam agat contra Deum, fidemque et religionem nostram et Sanctitatem Suam, quam si quis tanto affectu et studio insectaretur nosque, sicut ille fecit, adiret, non dubitaremus eum ad Sanctitatis Sue humilem complacentiam retinere, eumque Sanctitati Sue remittere. Quod inter cetera iactavit homo ille, Johannem cum Turco longe meliorem priori concordiam fecisse, ex ultima per Turcos in Hungariam eruptione facta constat, quam bona hec et firma fuerit unio, quam tamen eruptionem neque Johannis causa fecerunt, sed ut iis partibus destructis, proximo vere sine obstaculo per easdem permeare et transire ac in alia christianitatis regna liberius excurrere possint, de quo te certiorem esse voluimus. Datum Auguste 13. Novembris 1530.

Ex [pedite].

Fogalmazat egy félív papir két oldalán. — *Bécsi cs. és kir. házi stb. levéltár: Rom. Corresp. 1530. 13. IX. 24.*

Közli: Bunyitay Vincze.

75.

Klokocs, 1530 november 14.

Torquatus János ferdinándpárti horvát bán figyelmezteti Katzianer János karinthiai, stájer és krajnai főkapitányt, hogy Frangepán Ferencz kalocsai és bácsi érsek — lehet, hogy Krajnán keresztül — nem tudja, mi ügyben, a tenger felé utazik.

Magnifico ac generoso domino Johanni Katczianer, equiti aurato et capitaneo provinciali Carniole etc., domino et filio nobis

charissimo atque honorando. Magnifice ac generose domine et fili nobis charissime ac honorande. Post salutem et nostri commendationem... Intelleximus, quomodo iste frater de Czettinio, qui est partis ipsius Johannis wayvodae, archiepiscopus Colocensis et Bachyensis eius, propter aliqua negotia versus mare proficisceretur. Ignoramus, in qua re? et ipse per Kerchko et ad Sudenicza forte ibit. Quare Vrae M. haec, tanquam fidelis Maiestatis regiae, damus scire. Hominibus igitur, per vias tales, committat eadem dominatio scrutare et invigilare super eum. Nos hic scrutabimus et invigilabimus similiter. Valete. Ex castro nostro Klokoch feria secunda post festum b. Martini Episcopi 1530.

Joannes Torquatus
Comes Corbav. ac Regn. Dal. Croat.
et. Sclav. Banus m. pp.

Balthasaris Adami *Kercselich* de Corbavia De regnis Dalmatiae, Croatiae, Sclavoniae, notitiae praeliminares. Zagrabiae (év nélkül). 346. l.

76.

Buda vára alatt, 1530 nov. 16.

Roggendorf Vilmos, Ferdinánd király fővezére Nyitra várát lakóhelyül és zálogképen Török Bálintnak ajándékozza.

Nos Wilhelmus liber Baro de Rogendorff et Mollenburg, serenissimi principis et domini, domini Ferdinandi Dei gratia Regis Hungarie et Bohemie &c., Infantis Hispaniarum, Archiducis Austrie &c. supremus magister Curie, Consiliarius, et Capitaneus generalis, significamus presentibus, quibus expedit, universis, quod, quum spectabilis et magnificus dominus Valentinus Therek de Ennÿngh, Waywoda Transsilvanus ac gentium nationis Hungarie terrestrium et navalium Regie Maiestatis supremus capitaneus, pro locorum et temporum varietate fideliter et constanter sue Maiestati servivisset et serviret, ob fidelitatemque suam et servitia, universa bona et arces proprias amisisset aliaque plurima damna ab infidelibus Regie Maiestatis et Turcis, etiam cum effusione sanguinis sui, passus fuisset, ita ut generosa domina consors eiusdem, cum liberis et familia sua, ipso interim in servitiis Regie Majestatis occupato, sub alienis tectis, peregrine morari cogeretur, — ideo authoritate prefate Regie Maiestatis, qua fungimur, servitiorum eiusdem domini Valentini Therek Regie Maiestati domino nostro gratiosissimo exhibitorum et exhibendorum intuitu, eidem domino Valentino

Therek, et si ipse casu aliquo (quod Deus avertat) ex hac luce decesserit, Nicolao fratri germano, coniugique et liberis suis pro loco residentie arcem Nitriensem pro nunc vacantem et ad collationem dicte Regie Maiestatis legitime devolutam, dedimus et concessimus, prout damus et concedimus possidendam, hoc modo, ut idem dominus Valentinus Therek ac Nicolaus germanus frater coniunxque et liberi eiusdem arcem ipsam Nitriensem, simulcum omnibus solitis proventibus ad eandem de iure spectantibus teneant et conservent, donec Regia Maiestas de suis gratiosis donationibus, inscriptionibus ac promissis eidem domino Valentino Therek antea factis satisfecerit, vel saltem arcem aliquam munitionibus ac proventibus competentibus eisdem domino Valentino, fratri, coniugique et liberis suis perpetuo donabit, et eum heredesque suos prefatos in huiusmodi arcis realem possessionem locabit. Ita tamen, quod in spiritualibus prefatus dominus Valentinus et sui nihil agere habeant, et neque cultus divinus, aut persone ecclesiastice ad Ecclesiam Nitriensem spectantes, in libertatibus et proventibus eorum, seu etiam collatio beneficiorum, per ipsum dominum Valentinum et suos aliquo modo impediatur, et arce huiusmodi aliqua alia obtenta ipse, fraterque, uxor et liberi eiusdem, statim et in continenti dictam arcem Nitriensem ad manus sue Maiestatis vel capitanei sui integre cum omnibus suis pertinentiis ac rebus in inventario contentis, prout ei tradita fuerat, reddere et restituere, absque aliqua mora debeant et teneantur. Quocirca vobis, Egregiis *Petro Doctori* Administratori proventuum, ac *Thome Laskano,* dicte arcis Capitaneo Regie Maiestatis, nomine Sue Maiestatis firmiter committimus, ut dictam arcem Nitriensem, cum omnibus bonis et pertinentiis, ac munitionibus, ingeniis bellicis, victualibusque in eadem existentibus, iuxta inventarii tenorem, eidem domino *Valentino Therek* liberam, tradere et assignare debeatis et teneamini. Et presentes nostras litteras promittimus R. Maiestatem observaturam ac intra tres menses litteris suis mediantibus confirmaturam. Presentibus perlectis exhibenti restitutis.

Datum in Castris sub Buda positis, feria quarta post festum beati Martini, Anno Domini Millesimo quingentesimo tricesimo.

(L. S.) *Wy. v. Rogendorff* m. p.

Joannes Mark
Secretar.

Eredetije a *kismartoni* főlevéltárban. Fasc. D. Nr. 74. Reposit: 45.

Közli: Dr. Karácsonyi János.

77.

1530 november 16.

Sóvári Soós Ferencz a szepesi káptalan előtt kinyilatkoztatja, hogy noha neje, Orsolya, Sebesi Tamás leánya, a házassági köteléket megsértette és bűnösnek találtatott, annak családjára való tekintetből, ellene törvényes lépéseket nem fog tenni és őt más házasságra felszabaditja.

Nos Capitulum ecclesie Scepusiensis memorie commendamus per presentes, quod egregius Franciscus Soos de Sowar coram nobis personaliter constitutus, sponte et libere confessus est et retulit eo modo: quod licet nobilis domina Ursula, consors eiusdem, filia videlicet nobilis domine Anne, relicte Thome de Sebes, ius vinculi matrimonialis transgressa fuerit, atque eam criminis ream deprehenderit, tamen idem Franciscus Soos nolens nodum et vinculum amicitie fratrum et consangvineorum eiusdem domine Ursule infringere, quinpotius honorem eiusdem familie studens ampliare: contra eandem dominam Ursulam via iuris non processit, sed eam a se liberam et solutam pronunciavit, et quod eadem domina Ursula alteri, cuicunque voluerit, nubendi habeat facultatem, neque unquam post hoc idem Franciscus Soos facinoris prefate domine Ursule vindictam expetere vult, fratribus preterea et consangvineis prefate domine Ursule, quoad prefato Francisco Soos vita comes fuerit, sese amicissimum esse devovit, atque eorum amicitia semper frui studiosissime promisit coram nobis harum nostrarum vigore et testimonio literarum mediante. Datum feria quarta proxima ante festum Beate Elisabet Vidue, anno Domini 1530.

Szepesi káptalani országos levéltár: Protocol. II. 1522. alias Nr. 2. fol. 59.

Közli: Bunyitay Vincze.

78.

1530 november 16.

Orsolya, sóvári Soós Ferenczné, a szepesi káptalan kiküldöttjei előtt vallomást tesz arról, hogy ő vétvén a házassági kötelék ellen, méltatlan arra, hogy őt férje visszavegye, s felhatalmazza férjét, hogy új házasságra léphessen.

Nos Capitulum ecclesie Scepusiensis memorie commendamus per presentes, significantes quibus expedit universis, quod nos ad instantiam et legitimam petitionem nobilis domine Ursule, filie nobilis domine Anne, relicte Thome de Sebes, consortis vero

egregii Francisci Soos de Soowar, dum propter sexus muliebris fragilitatem in nostram vel alterius loci credibilis adire nequivisset presentiam, duos ex nobis, videlicet honorabiles magistros Andream Kolyn de Granch et Stephanum de Lethon socios et concanonicos nostros ad audiendam fassionem prefate domine Ursule, nostro pro testimonio fidedignos duximus destinandos, qui tandem exinde ad nos reversi, nobis conscientiose retulerunt eo modo: quod ipsi feria secunda proxima post festum Beati Martini Episcopi et Confessoris proxime preteritum ad faciem possessionis Sebes predicte, consequenterque domus et curie nobilitaris prefate domine Anne, relicte prefati Thome Sebessi in eadem habite accessissent, ibique prefata domina Ursula coram prefatis testimoniis nostris personaliter constituta, sponte et libere est confessa in hunc modum: quod quia ipsa immemor illius matrimonialis federis, quo prefato Francisco Soos, domino videlicet et marito suo, ritu Sancte Romane ecclesie irretita fuerat, contra salutem anime sue et honorem prefati Francisci Soos, domini utputa sui, leges matrimonii svadente diabolo transgressa fuisset: ob hoc prefata domina Ursula sese indignam esse fassa est, quod idem Franciscus eandem dominam Ursulam ad se reciperet, quin potius eundem Franciscum Soos liberum et absolutum a se pronunciavit, taliter videlicet, quod idem Franciscus Soos cum quacunque voluerit liberam matrimonium contrahendi habeat potestatis facultatem harum nostrarum vigore et testimonio literarum mediante. Datum feria quarta proxima ante festum Beate Elisabet Vidue, anno 1530.

Szepesi káptalani országos levéltár: Protocol. II. 1522. alias Nr. 2. 58b—59.

Közli: Bunyitay Vincze.

79.

Róma, 1530 november 22.

Dal Borgo jelenti Ferdinánd királynak, hogy a pápa nagyon örvendett a királyi sereg előnyomulásán és Buda ostromán, remélve, hogy az előnyomulásnak haszna lesz a lutheránusok ellen is.

Sacra Regia Maiestas... Communicavi postea Sue Sanctitati nova, que erant de felici progressu exercitus Maiestatis V. de castro Strigoniensi et de castro Buda, et obsessa Buda, ex quibus valde fuit leta Sua Sanctitas, et quia sciverat antequam ego irem ad eam, antequam ego loquerer, dixit proficiat Maiestati V. et paterne fuit congratulata, optans ei omnem felicitatem et quod isti felices suc-

cessus multum etiam proderunt contra Lutherianos. Ego autem dupliciter letor de hoc felici successu et de eo, quem spero magis futurum brevi ad recuperationem omnium amissorum... Data Rome XXII. Novembris 1530.

Eiusdem V. Maiestatis Serenissime

fidelis servitor

Andreas Burgus.

Kívül: Sacre Regie Maiestati Hungarie, Bohemieque etc... ad manus Reverendissimi Domini Cardinalis Tridentini. Cito, cito.

Egy ív papir három oldalán, zárópecséttel. — *Bécsi cs. és kir. házi stb. levéltár: Rom. Corresp. 1530. 22—a. Nov. 51.*

Közli: BUNYITAY VINCZE.

80.

1530 november 25.

Eszéky János esztergomi kanonok az ipolysági konvent előtt tiltakozik Várday Pál érseknek az esztergomi káptalannal szemben évek óta gyakorolt önkénykedései ellen.

Nos Franciscus praepositus et conventus ecclesiae beatae Mariae Virginis de Saagh memoriae commendamus per praesentes, quod veniens nostri in praesentiam honorabilis magister Joannes de Ezeek, canonicus ecclesiae metropolitanae Strigoniensis, suo et totius capituli euisdem ecclesiae Strigoniensis nominibus et personis, voce querulosa et lamentabili coram nobis per modum solemnis protestationis et inhibitionis detegere curavit in hunc modum: Qualiter reverendissimus in Christo pater dominus Paulus de Warda, modernus archiepiscopus dictae ecclesiae Strigoniensis, de anno Domini millesimo quingentesimo vigesimo septimo, cuius iam tertia instaret revolutio annualis, cum dictum capitulum omnia fere iura, privilegia, litteras, scripturas et alia iuris documenta super rebus et bonis ipsorum tam possessionariis, quam aliis eorum negotiis emanata, certasque res pretiosas, puta cortinam unam deauratam totaliter ac lapidibus pretiosis et gemmis undique decoratam, ad summam duorum vel circiter millium florenorum auri se extendentem, item casulas, cappas, dalmaticas, auleas, cortinas, tapetia, bancalia et alia pleraque bona pretiosa ad usum, necessitates et ornamenta capellae Annunciationis beatissimae Virginis Mariae et altaris salutiferae Crucis Dominicae, et per consequens [ad] capitulum Strigoniense praedictum spectantia, in summam sex

millium vel circiter florenorum auri hungaricalium sese extendentia, a facie incursus Alemannorum de dicta ecclesia eorum Strigoniensi per currus ad id ordinatos exportari fecissent ad oppidumque ipsorum Zebelleb traducere voluissent et in itinere iam duo ex dictis dominis capitularibus, puta Stephanus Ibranyi et Michael Kereszturi, canonici dictae ecclesiae Strigoniensis, cum curribus et rebus eisdem deputati et constituti, ad possessionem Barathy eiusdem capituli pacifice et sine aliquo impedimento pervenissent: tunc famuli et servitores eiusdem reverendissimi domini archiepiscopi, ipso etiam domino archiepiscopo ibidem existente, dictos currus una cum rebus et bonis praedictis de mandato, voluntate et speciali eiusdem reverendissimi domini commissione manibus armatis invadentes et circumvenientes, vi et potenter eosdem dominos Stephanum Ibranyi et Michaelem de Keresztur una cum curribus rebusque et bonis praedictis ex via publica, quae ad praedictum oppidum Zebelleb ducebat, invitis et reclamantibus canonicis praefatis, deflecti et ad castrum eiusdem reverendissimi domini archiepiscopi Dreghel nuncupatum, in comitatu Honthensi existens, introduci fecissent, potentia mediante. Et licet post aliquot dies idem dominus archiepiscopus, retentis aliis omnibus rebus et bonis praescriptis dictae capellae et altaris sanctae Crucis, capituli eiusdem dicta iura et privilegia, quae voluerat, de castro suo praedicto extradari fecisset, illaque praefatus dominus Stephanus Ibranyi, custos dictae ecclesiae Strigoniensis, versus castrum Chabrag in eodem comitatu situm cum curru uno in itinere iam constitutus festine traducere voluisset: nihilominus tamen expost idem reverendissimus dominus, missis et destinatis quibusdam familiaribus suis et imprimis egregio Thoma de praedicta Warda fratre suo carnali, rursus iura et privilegia ipsa una cum curru, in quo deportabantur, manibus armatis reflecti et denuo ad castrum suum praedictum Dreghel introduci fecisset ibidemque illa et eadem ad beneplacitum suum detinuisset, fractis etiam sigillis et seraturis scriniorum omnibus, ex privilegiisque, quae voluerat, pro usu suo receptis et retentis vel alio, quo libebat, sepositis, potentia mediante. Ex bonis vero pretiosis praescriptis, sic temere et violenter ablatis et in hodiernum usque diem apud se retentis et nunquam restitutis quam plurima diversis personis, sententiam excommunicationis et alias poenas et censuras ecclesiasticas a iure in tales generaliter promulgatas incurrere non formidando, alienavit, distraxit et impignoravit, et inter alia praescriptam cortinam pretiosam et alia vasa aurea et argentea, ad ministerium altaris et cultum divinum iam pridem dicata et consecrata. Ex qua

quidem impignoratione, alienatione et distractione contra omnia iura divina et humana factis idem reverendissimus dominus archiepiscopus intulit damnum praedicto capitulo et capellae et altari sanctae Crucis praedicto plus quam trium millium florenorum auri hungaricalium, salvo pluri.

Item eodem anno circa festum Purificationis B. V. M. decimas quasdam eidem capitulo et omnibus pauperibus capitularibus pro usibus suis profanis contra sanctiones canonicas et officium suum pastorale imponi procuravit, illasque gravissimis minis et terroribus excommunicationum, captivitatum et incarcerationum atque etiam spolii beneficiorum ac amissionis capitis et bonorum ab eodem capitulo et pauperibus canonicis violentissime et impie exegit et extorsit ad ususque suos profanos, ut voluit, convertit, poenas et censuras in tales a iure promulgatas prorsus flocci pendendo.

Item rursus circa festum beati Laurentii martyris eiusdem anni coëgit miserrime idem dominus archiepiscopus capitulum praedictum ad dandum sibi pro custodia arcis suae Strigoniensis pedites trecentos, ad quos exhibendum nullo prorsus iure, usu vel consuetudine idem capitulum obligabatur. Pro quibus quidem peditibus, cum dictos pauperes canonicos tum per incarcerationes varias, tum etiam privationes beneficiorum et excommunicationum censuras magis ac magis premeret, urgeret et vexaret, coacti fuerint pro redimendis iniustissimis huiusmodi vexationibus, non sine gravissima eorum iactura et oppressione, solvere eidem domino archiepiscopo, nondum a Sede Apostolica confirmato, florenos quingentos.

Item circa festum Epiphaniarum Domini de anno Domini millesimo quingentesimo vigesimo octavo rursus pro militibus, quos contra pauperes hungaros, qui partibus serenissimi regis Joannis adhaerebant, expediverat, coëgit et appulit non sine incursione censurarum ecclesiasticarum ad solvendos sibi florenos ducentos. Et circa festum Nativitatis Mariae tunc immediate subsequens iterum ab eodem capitulo et canonicis, rursus contra pauperes christianos, extorsit florenos ducentos. Quibus etiam non contentus, sed ut mala malis accumularet, eodem anno circa festum Conceptionis B. V., volens favorem principis maiorem sibi conciliare, obtulit serenissimo regi Ferdinando de capitulo Strigoniensi florenorum tria millia exigere velle, ex quibus quidem tribus millibus duo millia florenorum irremissibiliter ab eisdem capitularibus per ternas post sese sequentes totius capituli et omnium capitularium capti-

vitates et incarcerationes de facto praesumptas et temerarias iniuriosissimasque ac privationes beneficiorum et excommunicationum in eos promulgationes extorsit et exegit, propter quod pauperes canonici ad tantam devenerunt inopiam, miseriam et calamitatem, ut omnibus fere bonis spoliati plures ex eis cogentur mendicitate incerta victum quotidianum cum gravissimo totius ordinis clericalis scandalo hostiatim [emendicare?]; pro quibus quidem duobus millibus florenorum, cum pauperes canonici nullo pacto illos reddere possent, procuraverat etiam idem dominus archiepiscopus omnia fere bona mensae capitularis per manus saeculares occupari facere, pauperesque incolas possessionum earundem varie et multipliciter bonis eorum spoliari, depraedari et damnificari.

Item quod bonae memoriae reverendissimus quondam dominus Thomas cardinalis et archiepiscopus Strigoniensis vivens adhuc ordinaverat, certas res aureas et argenteas aliasque pretiosas pro dote et decore capellae Annunciationis B. V. M., per ipsum in latere meridionali eiusdem ecclesiae Strigoniensis fundatae, ad summam decem vel circiter millium florenorum sese extendentes, quas quidem res serenissimus condam Ludovicus rex cum dominis praelatis et baronibus regnicolisque suis etiam tempore mortis eiusdem condam domini cardinalis pro simili dote eiusdem capellae penes capellam ipsam et capitulum ea conditione, ut idem capitulum ex rebus et bonis eisdem possessiones aliquas, ex quarum proventibus cultus divinus in capella ipsa perpetuis futuris temporibus peragi et exerceri possit, emere deberet, ultro spontanee et benevole reliquerat. Et quamvis idem capitulum summa diligentia apposita pro possessionibus huiusmodi emendis laboraret, tamen propter varias temporum mutabilitates tumultusque bellicos, quibus regnum hoc Hungariae a tempore mortis eiusdem reverendissimi condam domini Thomae cardinalis, ab anno videlicet Domini millesimo quingentesimo vigesimo primo in hanc usque diem pressum et quassatum fuit, prout modo quoque premitur, possessiones huiusmodi nullo pacto emere potuit, bonaque praedicta gravissimis laboribus et expensis a facie hostium hinc inde per diversa loca et fortalitia transportando et recondendo, ope etiam et auxilio reverendissimorum quondam Georgii et Ladislai archiepiscoporum Strigoniensium, necnon reverendissimi domini Simonis episcopi ecclesiae Zagrabiensis et magnifici domini Petri Erdewdÿ nepotum dicti domini Thomae cardinalis, patronorum videlicet specialium eiusdem capellae, adhibitis, eidem salva et illaesa huc usque conservaverat. Moderno tamen reverendissimo domino Paulo de Warda archi-

episcopo in archiepiscopatum hunc veniente, varias tribulationes, pressiones et anxietates pro rebus eisdem idem capitulum ab eodem domino archiepiscopo propterea, quod bona eadem, ne a capella ipsa distraherentur, manibus eiusdem tradere nolebat, perpessum fuit adeo, ut nonnulli ex dominis capitularibus, qui ex speciali commissione capituli bonorum huiusmodi curam et custodiam habebant, et imprimis praenominatus dominus Stephanus Ibranyi custos et canonicus eiusdem ecclesiae, actu presbyter, vir bonus et integerrimae vitae, temere et de facto, nullo iuris ordine servato, nulloque suo demerito exigente, captus et in diris carceribus per eundem dominum archiepiscopum mancipatus, in carceribusque eisdem per duos vel circiter menses miserabiliter constrictus et inarestatus extiterit. Et licet per captivitatem et incarcerationem eiusdem domini custodis idem dominus archiepiscopus res et bona huiusmodi ab ipsis dominis capitularibus pro tunc extorquere nequiverit: nihilominus tamen expost toto triennio die noctuque variis viis, modis et artibus excogitatis pro eisdem habendis assidue laboravit. Et nunc puta circa festum Conceptionis V. M. proxime praeteritum et sequentibus diebus, omnibus viribus et conatibus suis adhibitis, per captivitatem et incarcerationem totius capituli ipso die festi Conceptionis V. M. post officium vespertinum et completorii peractum, per Franciscum Ghiczÿ et Andream Kermendi castellanos aliosque satellites suos manibus armatis, ipso domino archiepiscopo praesente et id fieri mandante, scandalosissime coram populi multitudine procuratas, et tandem die dominico immediate sequenti per similes et iteratas venerabilium dominorum praefati Stephani Ibrányi custodis et Antonii de Kayar [1] lectoris, dominorum canonicorum eiusdem ecclesiae, mox post officium missae maioris peractum captivitates et incarcerationes, mandando eisdem, quod nisi res et bona praedictae capellae manibus suis per totum eum diem traderent et assignarent, nullo pacto de carceribus exirent; et subsequenter per similes captivitatum, carcerum, verberum, excommunicationum et spoliorum beneficiorum bonorumque omnium pauperum capitularium comminationes, eosdem capitulares ad locum eorum capitularem, ipso domino archiepiscopo ibidem in ecclesia personaliter existente, ingredi et ut vota sua ad impertiendum res et bona praedicta sibique tradendum dare, aliquosque e medio ipsorum pro reportatione illorum deligere et litteras ad egregios dominos Franciscum et Sigismundum Forgach

[1] Hibásan: Kugar.

de Gÿmes, qui bona eadem in castro ipsorum Gÿmes in deposito fideliter custodiebant, ut illa restituerent, scribere deberent, violentissime compulit et coëgit. Et licet plures ex dominis capitularibus tunc ad sacristiam, locum videlicet eorum capitularem, inviti venerant, parati et captivitates et carceres et verbera et spolia omnia ipsis comminata sustinere, priusquam ad alienationem bonorum huiusmodi cum periurio et censurarum ecclesiasticarum incursione devenirent, vota sua nullo pacto ad praemissa praestitissent: alii tamen comminationibus praedictis territi, puta Thomas de Zyn archidiaconus Sasvariensis, Franciscus de Vaja, Mattheus de Azzonfalva, Andreas de Ujlak, Benedictus de Papa, Cherubim de Zenthes, Petrus de Leodio et Lucas de Czegled, qui vix quartam vel quintam totius capituli partem, qui triginta et novem in toto sunt, fecerunt, voce querulosa et lachrymabili ad reportandum et manibus dicti reverendissimi domini bona eadem tradenda consenserunt. Quod cum idem dominus archiepiscopus adhuc ante fores sacristiae, in qua canonici ipsi erant, personaliter existens intellexisset, iussit, ut sine mora litterae expeditoriae ad praefatos dominos depositarios pro restitutione bonorum eorundem expedirentur; quo facto, durante adhuc vi et metu huiusmodi, iidem praedicti capitulares, qui reportationi et traditioni bonorum huiusmodi consenserant, litteras huiusmodi expediverunt, et dum claves capsulae, in qua sigillum capitulare autenticum reponi et custodiri consuevit, apud eosdem non essent ob idque litterae eaedem sigillari non possent, praefatus dominus archiepiscopus mox fabrum suum ferrarium in sacristiam advocari et capsulam ipsam absque clavi aperiri sigillumque excipi et litteras, ut voluit, sigillari per duosque ex dominis capitularibus, videlicet praefatum Stephanum Ibranyi et Joannem Kermendinum, capitulo minime ipsos ad id deligente, ad praefatos dominos depositarios pro rebus et bonis praedictis reportandis similibus vi et metu compulit et coëgit.

Item idem dominus reverendissimus archiepiscopus possessiones dicti capituli Pald, Gyarmath, Nana, Libad, Ebed, Thelgyes et Lethkecs per satellites suos saepissime invadi, spoliari et devastari fecit et procuravit. Et insuper praefatam possessionem Pald circa festum b. Catherinae v. et m. de anno Domini millesimo quingentesimo vigesimo septimo praeteritum per officiales et iobbagiones suos oppidorum Zalka et Kemend — — manibus armatis invadi, spoliari et praedari et totaliter devastari procuravit: pauperes iobbagiones, direptis eorum omnibus bonis, quae in domibus habebant, etiam vestibus, quibus corpora sua tegebant, camisiis, cingulis,

pileis et calceamentis spoliando nudosque eos relinquendo, verberando, vulnerando et conculcando; mulieres similiter tam maritatas, quam viduas, atque etiam virgines similiter spoliando, denudando et in terram deiiciendo, conculcando ac dire et acriter scandalosissime verberando adeo, ut pleraeque matronae honestissimae de partubus, quos in utero immaturos gestabant, abortivos etiam fecerint.

Item, quod circa festum Epiphaniae Domini de anno Eiusdem millesimo quingentesimo vigesimo septimo praefatus dominus archiepiscopus venerabilem magistrum Andream Vary; de anno vero millesimo quingentesimo vigesimo nono similiter circa idem festum Epiphaniarum Domini alterum magistrum Andream Velike de Zerem Ujlak, canonicos dictae ecclesiae Strigoniensis ac ambos actu presbyteros, nullis eorum culpis exigentibus, non confessos, non convictos, imo nullo prorsus processu iuridico de eisdem praehabito, capi et incarcerari fecit, quos ad nullorum pro eis supplicantium intercessiones eliberari voluit, donec a praefato magistro Andrea Vary trecentos, a magistro vero Andrea de Zerem Ujlak sexaginta florenos hungaricales violentissime extorsit et exegit, sententiam excommunicationis in tales a iure latam incurrere non formidando.

Item, quod de anno praesenti primum in festo Paschae, et deinde secundo in Ascensionis Domini festivitatibus praefatus dominus archiepiscopus venerabilem et egregium dominum Wolffgangum Paxi, praepositum collegiatae ecclesiae sancti Stephani prothomartyris in arce Strigoniensi fundatae, ac canonicum praedictae ecclesiae Strigoniensis, actu presbyterum ac vitae irreprehensibilis virum, coram toto capitulo praedicto ac aliis nonnullis probis viris, nullis omnino demeritis suis exigentibus, turpissimis vituperiis affecit, minando eidem etiam praecipitationem ex moeniis eiusdem arcis Strigoniensis. Praeterea circa festum Nativitatis b. Joannis Baptistae in anno proxime decurso praeteritum venerabilem et egregium Dominicum de Galaad dominum canonicum eiusdem ecclesiae Strigoniensis, in ordinibus sacris constitutum Budae coram populi multitudine; subsequenter vero circa festum Nativitatis B. V. M. proxime praeteritum honorabilem Petrum Hagymas actu presbyterum, tunc eiusdem domini archiepiscopi, nunc autem regiae civitatis capellanum, vitae et conversationis honestae virum, in praedicta ecclesia Strigoniensi sub officio matutinali, in choro eiusdem ecclesiae, omnibus chori eiusdem presbyteris adstantibus ac dominis psallentibus inspicientibus, nullis penitus culpis suis exigen-

tibus, dire et acriter alapis caedendo verberavit, excommunicationis, et consequenter per ingestionem sese divinis officiis etiam irregularitatis sententias et poenas contra tales a iure latas incurrere non curando.

Quae omnia et singula idem magister Joannes in animum revocando protestatus est, se et dictum capitulum, necnon personas singulares praenominatas noluisse, neque velle ab ipso reverendissimo domino archiepiscopo et satellitibus hominibusque suis, singulariter singulorum et totius capituli iniurias computando, pro sexaginta millibus florenorum auri hungaricalium pati et sustinuisse. Et nihilominus idem dominus protestando nominibus, quibus supra, tam praefatum dominum archiepiscopum, quam alias quascunque personas ab reportatione, traditione, alienatione, distractione, dilapidatione dictorum bonorum praedictae capellae; serenissimum vero dominum regem et quoscunque alios a receptione et similibus alienatione, distractione et in usus quoscunque conversione, hactenus quomodolibet factis aut in posterum fiendis inhibuit contradicendo, et contradixit inhibendo publice et manifeste coram nobis, harum nostrarum vigore et testimonio litterarum mediante. Datum in festo sanctae Catherinae virginis et martyris. Anno Domini millesimo quingentesimo tricesimo.

Kaprinai-gyűjtemény. 4r. 44. köt. 309—317. ll.

Közli: Rapaics Rajmond.

81.

Eperjes, 1530 deczember 1.

S. Antal eperjesi káplán tudatja a beszterczebányai tanácscsal, hogy prédikátorrá történt meghivatását elfogadja s menti magát, hogy azonnal nem mehet; de legyenek egy kis elnézéssel: mihelyt lehetséges, el fog menni, s ha szükséges, egy diakonust is fog magával vinni.

Gnodt vnnd fridt vonn got dem vater vnnd vnserenn Herrnn Jesu Cristo sey alle Zceydt mit Euch vnd allen auserwältn Amen. Gunstige Namhafftige Hernn vnnd freundt. Nochdem mÿr Ewer Ershame weysheit schrifflich auffenbardt hat denn beruff zcv dem gotlichem wordt Ewerer Cristlichenn gemein furzcvtragen durch mich vnwirdiges werykgeczew des Herrns, vnd also eyne burde meynen Schuldern vngeleich myr ist auffgeleget: szo zcimpt mÿr doch nicht sulchs abzuschlagn, dyweyl der Her rufft. Ich haff ÿnn eÿnen festenn gelauben, das der, der mÿr dÿ burde aufflegt, wird

auch krafft gebnn dy burde zwtragnn. Nw ist das der auffzcugk, dasz ich nicht iczund, iczundt, bey euch bÿn. Ich hab keynen furman geshen, als ÿr anzaygt; dorczw khan es auch nicht geschen, dÿweyl Ewer lÿbe wol vorstanden hot, wÿ es vmbn die Keszmarker stedt: also dasz ich an grosse ferlikaidt auch des lebens mich auff die Strosse machen khan. Ich bÿtte Ewer lybe, ÿr woldt ein kleynn mitleydigen habn vnd den Hern bittn, das Her mich zcu euch schicke, szo es seyn gottlicher wÿlle yst. Der Her Paul Koch wyl mich mit seynen eygenn wagenn ins Szoll fueren zcu seyner czaidt. Lost mich auch vorsehenn: ob der Erwirdige Her Ewer Szellsorger ÿr keÿnen Dÿacon ad Capellam bedarff, ÿch wolde eynen mit mÿr bringenn. Domit haldt euch got ÿn seyner veterlichen gnodt, Amen. Datum zu Eperies am Donerstag noch Andree 1530.

Antho: S.
Ewer wylliger diner ynn got.

Eredetije Beszterczebánya város levéltárában. Fasc. 108. Nr. 13.

Közli: Dr. Timon Ákos.

82.

Buda vára alatt, 1530 deczember 9.

Roggendorf Vilmos, Ferdinánd király főkapitánya, András doktor óbudai prépostnak, mint Zapolyai hívének, összes ingóságait és jövedelmeit lefoglaltatni parancsolja.

Ad capitulum veteris Budae. — Venerabiles domini, amici honorandi, salutem plurimam. Andreas Doctor non solum Joanni Zapolyensi, hosti patriae a Maiestate regia et omnibus regni ordinibus proscripto favet, sed etiam caput est illius factionis usque adeo, ut aperte eum apud exteros quoque praedicet, auctoritati regiae Maiestatis domini nostri clementissimi aestimationique adversetur derogetque, et in rebellione infidelitateque sua tam diu perseveret, ut sub id tempus, quo recepti estis in gratiam, in presentem usque diem expectatus non rediit. Idcirco indignum putavimus praeposituram istam maiorem nomine eius deinceps detineri. Volumus et vobis firmiter nomine regiae Maiestatis et sub gravi indignatione committimus, ut mox, acceptis praesentibus, reposita vel mora vel excusatione, cum omnibus rebus, pertinentiis et proventibus in domo eiusdem existentibus, collectis vel colligendis, exclusis hominibus dicti Andreae, ad manus egregii Ioannis Mruk secretarii suae

Maiestatis bellici, occupandam possidendamque tradere ac omnes proventus exolvere debeatis. Secus nullo modo facturi. Ex castris ad Budam positis feria sexta post festum Conceptionis beatissimae Mariae Virginis 1530.

Wilhelmus de Rogendorf,
Supremus Capitaneus Regiae Maiestatis.

Pray, Epistolae procerum regni Hungariae. I. 366. *Körmöczy Imre,* Emlékek a magyar katholika egyház multjából. II. füzet. Bécsben, 1860. 42. l.

83.

Buda, 1530 deczember 21.

János király Laski Jeromosnak hűsége és szolgálatai elismeréseül a savnyiki apátságot hatezer aranyforintért elzálogosítja.

Nos Joannes Dei gratia Rex Hungarie, Dalmatie, Croatie etc., Marchio Moravie ac Lusatie et utriusque Slesie dux etc. memorie commendamus per presentes significantes, quibus expedit, universis, quoniam nos, sicuti aliis frequenter litteris nostris fassi sumus, fidem, integritatem, constantiamque et fortitudinem spectabilis et magnifici Hieronymi de Lasko, Palatini Siradiensis et Waywode nostri Transylvaniensis, quibus ipse nobis ab initio Regni nostri, nulla sumptuum, nulla periculorum ullorum habita ratione astitit et profuit, ita etiam nunc, quid nobis gravi obsidione pressis exhibuit, nolumus obticere; utpote qui relictis aliis omnibus negociis, presertim vero legatione, ad quam ipsum miseramus, audito eo, quod nos obsidione premamur, maxima festinatione et diligentia omnia egit omniaque fecit, ut obsessis nobis opem tulisset, existentibusque adhuc in obsidione hostibus et eis aliquibus captis et occisis, magno vite sue periculo ad nos Regiamque nostram ingressus est. Pro cuius tanta fide, constantia et magnanimitate, ut sic gratitudinis nostre vestigium et memoria in ipso et successoribus eius lucesceret, redderemusque illum ad alia obsequia nostra ardentiorem, duximus sibi abbatiam in Sczawnick in comitatu Sepusiensi sitam, in sex millibus florenorum puri auri et iusti ponderis titulo pignoris dandam et obligandam, prout damus et obligamus tenore pręsentium mediantium cum omnibus suis villis, possessionibus, pręsdiis, portionibus et quibuslibet iuribus possessionariis ad dictam abbatiam ab antiquo spectantibus, ac pariter cum omnibus suis utilitatibus, proventibus, decimisque ac quibuslibet terris arabilibus cultis et incultis, agris, pratis, campis, sylvis, nemoribus, montibus,

vallis aquisque et piscinis ac fluvijs sub suis veris et antiquis metis existentibus memorato Hieronymo de Lasko suisque heredibus et successoribus infra tempus redemptionis eiusdem et eorundem pro sex millibus florenorum in auro, titulo (ut supra) pignoris duximus obligandam et inscribendam, ipsumque in reale dominium dicte abbatie immittendum, harum nostrarum vigore et testimonio litterarum mediante. Datum Budę ipso die festi sancti Thome apostoli anno domini MDXXX.

Egyszerű másolat egy félív papir egyik oldalán. — *Bécsi cs. és kir. házi stb. levéltár: 1530. XII. 14.*

Közli: Bunyitay Vincze.

84.

Pozsony, 1530 deczember 24.

Szalaházy Tamás Ferdinánd királyhoz írt levelében azt, hogy a királyi sereg Buda ostromának felhagyásával akkor vonult vissza, mikor az ellenséget az éhség csaknem egészen megtörte volt, nem a legjobb és legártatlanabb uralkodónak, hanem a nemzet vétkeinek és a sereg hibáinak, féktelenségének tulajdonítván, mindenre kéri urát, hogy összeszedve minden erejét, Buda visszafoglalását siettesse, mert az később csakis a török császár leveretése után fogna sikerülni. Végül saját nyomorult helyzetére híván fel a király figyelmét, annak orvoslásáért könyörög.

Serenissime Rex domine clementissime.

Post humillimam servitutis mee commendationem. Quod exercitus Maiestatis vestre soluta obsidione Budensi retrocesserit hostesque inedia pene confectos reliquerit, Turcis et infidelibus risum ac voluptatem de se prebuerit, nobis autem, qui post Deum et Maiestatem vestram in hac expeditione precipuam huius regni liberandi spem posueramus, incredibilem solicitudinem, multis desperationem pepererit, ex domino capitaneo et ex hiis, qui interfuerunt, Maiestas vestra plane, ut arbitror, intellexit. Ego neque superiores adversos casus, neque hoc precipuum et memorabile infortunium Maiestati vestre, optimo et innocentissimo principi, sed nostris et exercitus delictis et licentie ascribendum existimo. Nondum mihi constat, utrum dispositis presidiis dimittatur exercitus, aut quid tandem dominus capitaneus habeat in animo. Si dimissus fuerit, periculum evidens, sin ociosus retinebitur, iactura Maiestatis vestre iam nimis usitata impromptu est. Quid nunc miseris Transsilvanis in mentem veniet, ubi audierint, hostes inclusos et fame propemodum necatos restitisse tum et in eo victores evasisse, Budam novo Turcarum presidio et commeatu, sicuti indubitanter futurum arbitror, muni-

tam intellexerint? Nolo narrare incommoda, que ex soluta hoc modo obsidione nata sint, ne animum Maiestatis vestre satis alioquin, ut opinor, dolore saucium magis exulcerem; illud, quod vehementer timeo, non possum silentio preterire: timeo (utinam vanus hic evadat metus), ne deinceps hostes Maiestatis vestre quantumcunque firmum et numerosum et maximis et multis tormentis bellicis instructum Germanorum exercitum vilissimo quoque castello intrepide sint expectaturi. Suplico Maiestati vestre, ne quitquam more interponat, quominus rem maiore adhuc, quo poterit, conatu urgeat. Erit negotium dificilius ac maioris opere, quam si nunc capta Buda hostibusque sublatis extrema manus huic molestissimo et diuturno bello esset imposita; verum si in estatem reiecta fuerit expeditio, vereor, ne prius in acie profligandus sit Turcarum Cesar, ac tum demum Buda recuperanda. Sed ad hec, que agenda sunt, certum habeo Maiestati vestre nec animum deesse, nec consilium. Deum precor, ut pares animo vires suppeditet.

Serenissime Rex, ego in hoc carcere Posoniensi atque in summa egestate prorsus consenui, nec video, quid hic servire Maiestati vestre possim, solus presertim, nam alii ita iampridem suis rebus prospexerunt, ut quisque domum se receperit, mecum preter familiam ac dominum prepositum Albensem et Colocensem nemo est, hi quoque ex prelatis facti mendici, quo se conferre debeant, ignorant.

Est quidem in mea potestate Vesprimium, sed is locus quum parum per se tutus sit, tum per eos, quos in presidiis totum hunc annum alui, adeo proventibus et omnibus commodis exhaustus, ut nihil omnino in meum usum relinquatur. Agriam hostes habent, quamvis meo nomine per hoc biennium Caspar Seredi decimas fere quinque comitatuum exegerit, ex quibus sancte affirmare possum ad me unicum quadrantem non pervenisse, propterea quod Seredi omnes eos proventus, qui certe non mediocres fuerunt, in alendo equitatu Maiestatis vestre consumpsit.

Hec ideo ad Maiestatem vestram scribo, ut intelligat id, quod antea quoque sepius a me est repetitum: me neque hic manere diutius ob fastidium et inopiam posse, nec esse locum, quo me citra periculum et discrimen conferre valeam, quamvis dies et noctes id precipue cogitem, quonam pacto liceat hinc evolare. Deus optimus maximus vestram Maiestatem reddat felicissimam. Posonii in vigilia Nativitatis Domini 1530.

Eiusdem Maiestatis vestre

servus humillimus

Agriensis.

Rumor est inter Maiestatem vestram et Joannem pactas esse inducias, quas nec probare possum, nec improbare, propterea, quod ignorem adhuc, utrum pacte sint an non; si pacte, utrum ex dignitate et commodo Maiestatis vestre et absque subditorum detrimento. Utcunque sit, opto actiones omnes Maiestatis vestre feliciter evenire, quamvis non possum non timere, ne ex hiis induciis, si que sunt, Turca plus commodi, quam Maiestas vestra aut Joannes sit reportaturus.

Kívül: Regie M^{ti}

Egy ív papir három oldalán, zárlatán piros gyűrűpecséttel. — *Bécsi cs. és kir. házi stb. levéltár: Hung. 1530. XII. 18.*

Közli: BUNYITAY VINCZE.

85.

Kassa, 1530.

Batízi András hitújító működésének első nyoma.

«Szentegyházbéli dicséret» czimen megírja az első ismert magyar protestáns egyházi éneket. A versfejekből ez jön ki: ANDREAS BATISINVS KASSOVEE. Az utolsó vers így szól:

Ezt szerzették kincses Kassában nem régi időben,
Születet után mikor írnának enni időben,
Kis Karácson után ezerötszáz az harmincz időben.

Az éneket közli *Szilády Áron:* Régi Magyar Költők Tára. Budapest, 1880. II. 55—57.

86.

1530.

Sacramentáriusi vita kezdete.

«Adhuc igitur ante annum 1530 seu ante exhibitam Confessionem Augustanam quaedam Ecclesiae superioris & inferioris Vngariae coeperunt profiteri Euangelium per Lutherum nobis restitutum. Nam anno Christi 1530 docuit in Ecclesia Cassouiensi Parochus seu Pastor eiusdem, Antonius Transyluanus,[1] qui in literis eodem anno die S. Margaritae (quas una cum sigillo vidi) ad vicinum Epperiensem Pastorem itidem Euangelicum, & Concionatorem ipsius

[1] Egyháztört. Emlékek. I. 397.

Antonium,[1] datis, significat, se iam pridem accepisse literas à D. Martino Luthero, quibus hortetur ipsum ob amorem Dei, ad constantiam. Ea occasione ipse quoque commonefacit praetactos vicinos de praestanda constantia in eadem Confessione & queritur de Johanne Praedicatore Cibiniano, quod ab ipsorum instituto alienatus, Sacramentariorum innitatur (haec enim sunt verba ipsius) doctrinis. Ac colligi potest ex illa epistola, statim ab his vicinis refutatum esse Cibinianum illum Praedicatorem, inuehere conantem in Ecclesiam dogma Sacramentariorum, imo & Anabaptistarum.»

Severinus *Sculteti,* Hypomnema sive Admonitio brevis... Bartphae 1599. fol. 17.

87.

Munkács, 1530.

«Nos Joannes Brygha Plebanus oppidi Mwnkach» bizonyítja, hogy a Nádasdi által nagyságos Laski holmijáért hozzá küldött emberek semmit sem találtak. Mwnkach 1530.

Joannes Brygha plebanus oppidi Munkács testimoniales edit.

A gróf Nádasdy-család levéltárából másolta Ábel Jenő.

Közli: Bunyitay Vincze.

88.

1530.

Az egri püspökség tizedeinek bérlete. — Elocationes decimarum Episcopatus Agriensis.

Decime Episcopatus Agriensis isto modo solent arendari.

Decime frugum comitatus Hewesiensis.

Patha solet arendari	fl.	—	VI^{c}
Paztho solet arendari	fl.	—	I^{c}
Naghewes solet arendari	fl.	—	V^{c}
Kyshewes solet arendari cum frugibus et agnellis	fl.	—	II^{c}
Debrewelge solet arendari...	fl.	—	II^{c}

[1] L. föntebb a 81. számot.

Decime vinorum eiusdem comitatus.

Patha arendatur	fl.	—	I^c	XXXII.
Paztho arendatur	fl.	—	I^c	LX.
Gyewnges non arendatur	fl.	—	—	—
Debrewelge arendatur	fl.	—	I^c	XX.
Tharyan arendatur	fl.	—	I^c	XXVI.
Apcz arendatur	fl.	—	I^c	XXV.

Decime frugum comitatus Borsodiensis.

Mohy non arendatur, facit capecias		I^m	V^c	LXXXXVI.
Miskolcz non arendatur, facit cap.		I^m	VIII^c	XVIII.
Arlo solet arendari	fl.	—	II^c	XL.
Kaza arendatur	fl.	—	II^c	—

Decime vinorum eiusdem comitatus.

Emewd arendatur	fl.	—	I^c	XXXII.
Miskolcz arendatur	fl.	—	II^c	XX.
Chaba arendatur	fl.	—	III^c	—
Zentpether arendatur	fl.	—	I^c	LXXX.
Zenderew arendatur	fl.	—	—	LV.
Warbowelgew arendatur	fl.	—	III^c	—
Kazawelgew arendatur	fl.	—	I^c	LXXX.
Daroczkewesd arendatur	fl.	—	—	LXXX.
Zentmarthon arendatur	fl.	—	—	XXII.

Decime frugum comitatus Wywariensis.

Naghzykzo arendatur	fl.	—	I^c	XX.
Wywar arendatur	fl.	—	VI^c	—
Rozgon arendatur	fl.	—	VI^c	LXXXXI.

Decime vinorum comitatus eiusdem.

Zykzo arendatur	fl.	—	II^c	XX.
Gagwelgew arendatur	fl.	—	—	LXXX.
Bodokwallya arendatur	fl.	—	—	LXXXVI.
Zeplak arendatur	fl.	—	—	XXXIIII.
Thelkybanya arendatur	fl.	—	—	LXXX.
Nadasd cum frugibus arendatur	fl.	—	—	LXXXX.
Fiszetallya *(így)*[1] arendatur	fl.	—	—	LXXXV.
Rwzka arendatur	fl.	—	I^c	V.

[1] Recte: Fizeralya, (Adatok az egri egyházm. tört. II. 342.)

Decime frugum comitatus Zempleniensis.

Zemplen arendatur	fl.	—	VI^{c}	VIIII.
Nagh Myhal arendatur	fl.	—	VI^{c}	XXX.
Warano et Stropko arendantur	fl.	—	IIII^{c}	LXXX.
Homonna arendatur	fl.	—	III^{c}	—
Helmecz arendatur	fl.	—	III^{c}	—

Decime vinorum eiusdem comitatus.

Zemplen arendatur	fl.	—	I^{c}	XXXVI.
Nagh Mÿhal arendatur	fl.	—	—	LXXV.
Galzech arendatur	fl.	—	—	XL.
Vtraque Benye arendantur	fl.	—	I^{c}	—
Homonna arendatur	fl.	—	—	XII.
Warano arendatur	fl.	—	—	XXXVI.
Bary arendatur	fl.	—	I^{c}	XL.
Zerdahel arendatur	fl.	—	—	XXXII.
Lyzka arendatur	fl.	—	IIII^{c}	—
Tholczowa arendatur	fl.	—	II^{c}	XXXV.
Pathakolazy arendatur	fl.	—	—	LXXXX.

Comitatus Sarosiensis.

Totus iste comitatus exceptis liberis civitatibus infrascriptis arendatur	fl.	—	VIII^{c}	LXXV.
Eperyes arendatur	fl.	—	—	LXXXX.
Cibinium arendatur	fl.	—	—	L.
Barthffa arendatur	fl.	—	—	LXXV.

Comitatus de Zarand.

Totus iste comitatus cum frugibus, vinis et agnis arendatur in auro	fl.	I^{m}	II^{c}	—

Decime frugum comitatus de Zabolcz.

Kallo arendatur	fl.	—	III^{c}	X.
Nadwdwar arendatur	fl.	—	II^{c}	—
Dada arendatur	fl.	—	I^{c}	XL.

Decime frugum comitatus Beregiensis.

Kyswarda arendatur	fl.	—	V^{c}	—
Kazon arendatur	fl.	—	I^{c}	LXXX.
Wary arendatur	fl.	—	I^{c}	IIII.

Cherebora eiusdem comitatus.

Wary arendatur --- --- --- ---	fl.	—	II^c	XL.
Kazon arendatur --- --- --- --- ---	fl.	—	II^c	III.

Decime agnorum.

Vtraque Hewes reservatur ad usum castri et facit agnos IIII^m II^c LXVIIII.

Redemptiones agnellorum --- ---	fl.	—	— II. den.	VII.

Borsod.

In agnis solet arendari --- --- ---	fl.	—	—	LXXV.

facit agnos I^m II^c XL.

Wywar.

In agnis solet arendari --- --- ---	fl.	—	—	XVIII.

Beregh.

In agnis solet arendari --- --- ---	fl.	—	—	XLII.

Saros.

Decime agnorum arendantur ---	fl.	—	—	VI.

Zemplen.

Decime agnorum arendantur --- ---	fl.	—	—	XLII.

Zabolcz.

Decime agnorum arendantur ---	fl.	—	IIII^c	—

facit agnos V^m IIII^c XIIII.

Zarand.

Arendatur cum toto comitatu et facit agnos II III^c LXXXXVIII.
Et iste comitatus premisso modo in frugibus, vinis et agnis arendatur in puro auro --- --- --- --- --- fl. I^m II^c

Négy ív papir 14 oldalán, aláírás, pecsét nélkül. — *Bécsi cs. és kir. házi stb. levéltár: 1530. S. d. 55.*

Közli: Bunyitay Vincze.

Keltezetlen, de a levéltári lajstromozás és a tartalom szerint 1530-hoz tartozó iratok.

Documenta sine determinatione temporis exarata, sed in tabulario, unde depromta sunt, anno 1530-mo adscripta.

89.

A zágrábi egyház kanonokjai, folyamodnak a királyhoz, hogy egyházuk számára (Jozefics) Ferencz zenggi püspök személyében suffraganeust és püspöki helyettest nevezzen ki.

Serenissime et Invictissime princeps domine nobis clementissime post nostras in Domino devotas orationes, humillimam commendationem.

Sedes ecclesiastica ecclesie nostre Zagrabiensis per defectionem alterius partis nunc vacat, caretque prelato, qui et in sacramentis et in spiritualibus providere possit et deberet. Nam illinc chrisma sacrum non datur et qui velint sacros ordines suscipere, qui conferat non habemus. Ecclesie combuste et vestimenta non possunt consecrari, pueri chrismari, hinc vero multa per sacerdotes et laicos oriuntur, que non deberent oriri; idcirco non est bonum sine antistite esse, et oves sine pastore errant. Suplicamus humillime sacre Matti vestre, et ut per hoc magis atque magis auctoritas sacre Mattis vestre crescat ac amplietur, dignaretur nobis reverendum in Christo patrem dominum Franciscum episcopum Segniensem in sufraganeum et vicarium generalem in spiritualibus preficere et constituere, qui ad omnia hec provideret et interim defectus hos supleret, necessarium enim est valde. Nam in talibus non parum dispendii patimur et etiam a subiectione sacre Mattis Vestre non pauci alienantur, qui alias omnes subessent et obedientiam prestarent, si talem haberemus antistitem. Generosam expectantes relationem.

E. S. M. V[re]

humillimi fideles capellani
Canonici ecclesie Zagrabiensis.

Hátán: Supplicatio Canonicorum ecclesie Zagrabiensis pro Suffraganeo et Vicario in spiritualibus constituendo.

Egy félív papir egyik oldalán kelet nélkül. — *Bécsi cs. és kir. házi stb. levéltár: Hungarica. 1530. S. d. 60.* Közli: Bunyitay Vincze.

90.

1530 október 20. táján.

Emlékirat, melyben azon módozatok jelöltetnek meg, melyek szerint az esztergomi káptalan ügyei az érsekkel szemben szabályozandók volnának. 1530.

Memoriale Domino illustri et magnifico domino Wilhelmo de Rogendorff et Mollenburgk Capitaneo Generali etc.

In primis expediat unas litteras preceptorias Regie Mattis capitulo sonantes, ut quemadmodum Dominatio sua illustris eidem capitulo nomine Regie Mattis commiserit, ne in castrum ad peragenda divina officia ingrederentur, sed exterius in aliqua ecclesia perficerent: ita et nunc secundum commissionem suam nequaquam ingrediantur, sed extra castrum in aliqua ecclesia perficiant, quamdiu aliam informationem a Regia Matte habuerint, etiamsi archiepiscopus eos sub pena ad hoc compellere vellet.

Expediat unas litteras preceptorias Regie Mattis dominis commissariis sonantes, in quibus mandat Maiestas Regia, ut capitulum ab omnibus, tam in personis, quam rebus et bonis ac proventibus et presertim a tirrannide archiepiscopi protegatur et defendatur, et quod quoslibet compellant ad integram solutionem proventuum eiusdem capituli et dignitatum quoque in eodem capitulo existentium.

Item medio d. sue M. declaretur Regie Maiestati, quod omnia ornamenta capelle condam Thome archiepiscopi abstulisset et pene omnia eiusdem capelle bona Joanni Scepusiensi per captivitates (így) dare fecisset et certam partem pro se retinuisset et quod etiam ornamenta altaris condam Georgii archiepiscopi pro se abstulisset, et capitulo restituere recusaret.

Item committatur per Maiestatem Regiam commissariis, ut omnia bona capelle et altaris legitime capitulo per archiepiscopum restituere faciant, per omnia gravamina, etiam per occupationem bonorum et proventuum suorum, usque ad plenariam satisfactionem.

Item quod illis quoque capitularibus, a quibus aliquam summam pecuniarum violenter extorsit vel proventus aliquorum abstulit, rectificet et ipsum archiepiscopum ad plenariam solutionem compellant.

Item ut dominus Rogendorff scribat capitaneo castri, ut restituat casulam unam, indumentum altaris unum, calicem unum, duo

paria ampullarum de argento, quia non sunt Damiani episcopi, sed ecclesie.

E. M. V.

uti patrono et defensori
pio, unico et singulari.

Egy félív papir egyik oldalán kelet nélkül. — *Bécsi cs. és kir. házi stb. levéltár: Hungarica. 1530. S. d. 77.*

Közli: Bunyitay Vincze.

91.

1530 október 26. előtt.

Emlékirat arról, hogy az esztergomi érsek birtokai, jövedelmei, kiváltságai és előjogai a király által biztosíttassanak; a bányatized szedésére János királytól nyert okirata régi kiváltságai értelmében megerősíttessék; azon esetre, ha a törökök az érsekséget elfoglalnák, a király 8000 forintnyi örökös fizetést adjon; azon károk fejében, miket a királyi seregek neki okoztak, 40.000 forinttal vagy a közösen megállapítandó összeg erejéig őt kárpótolja; Bebek, Serédy és mások a felszedett dézmák visszatérítésére köteleztessenek stb.

Memoriale.

Item. Assecuratio dom. Strigoniensis per Regiam Mattem et capitaneum suum generalem, ut eundem in archiepiscopatu Strigoniensi, arcibus ac aliis bonis, proventibus, libertatibus et prerogativis suis indemniter conservabit.

Item. Quod litteras Regis Joannis, quas iuxta contenta privilegiorum domini Strigoniensis super solutione decime, urburarum, perceptione dice regie bonorum suorum et authoritate summi cancellariatus dedit, exnunc roborabit et confirmabit vel illis similes dabit.

Item. Pro dampnis domini Strigoniensis, quos capitanei et gentes Regie Mattis in bonis suis hereditariis ac decimis comitatuum Posoniensis, Nittriensis, Comaroniensis, Lipthoviensis et certis aliis decimis et rebus suis intulerunt, que facerent flor. 40.000 vel circiter, Regia M^{tas} faciat rectificare et solvere eidem domino Strigoniensi unacum debitis Sbardalatis et Michaelis literati flor. 10.000, ex quibus exnunc domini regentes et officiales Regie Mattis persolvant in rebus flor. 2000, in bona vero moneta flor. similiter 2000 vel *(a többi hiányzik).*

Item. Pensionem flor. 8000 perpetuam in casu, quo archiepiscopatum Strigoniensem Turci occuparent, Regia M^{tas} domino Strigoniensi iuxta priorem oblationem suam ordinet, una cum honesto loco mansionem, ut posset se alere.

Item. Regia M^{tas} de cardinalatu et gubernamine huius regni iuxta suam oblationem medio Sbardalatis ne obliviscatur.

Item. Regia M^{tas} bona hereditaria ecclesie sue et aliarum, prout fama erat, non alienet.

Item. Bona universa domini Strigoniensis ac decime comitatuum Posoniensis, Nittriensis, Comaroniensis alieque omnes remittantur, mandetur domino Nyarÿ capitaneo Comaromensi et aliis, quibus intererit.

Item. Mandetur Bebek utrique, ut pretia decimarum comitatuum Gewmeriensis et Torna per eosdem ablatarum ac alias pecunias exactas super bonis domini Strigoniensis restituant, deinceps autem non se ingerant in proventus suos.

Item. Mandetur Christofero comiti Zoliensi, ut pretia decimarum comitatus Zoliensis biennio iam percepta domino Strigoniensi restituat et in proventus bonorum suorum non se ingerat.

Item. Mandetur Joanni Dobrawyczky, ut proventus piseti domino Strigoniensi absque omni defectu restituat.

Item. Dentur littere ad oppidum Rosnÿo et pertinentias suas, ut dom^{um} Strigoniensem tanquam dominum ipsorum naturalem officialesque suos audiant et de proventibus eiusdem ordinariis, preteritis et presentibus integre respondeant, eidemque rebelles non sint.

Item. Mandetur domino Caspar Seredÿ, ut si qui proventus domini Strigoniensis non redderent, ad solutionem compellat et si oppidani de Rosnobanya rebelles essent, ad domandos eos dom^{o} Strigoniensi sit adiutorio et neminem permittat ad possessionem ipsius oppidi et pertinentiarum suarum preter dom^{um} Strigon^{em} tamquam dominum ipsorum naturalem.

Item. Possessio Bwssa cum quodam predio ibidem existente unacum aliis duabus villis, quae nominabuntur, capitulo Strigoniensi non impellat [így] per Regiam Mattem donetur et conferatur.

Item. Quod trecenti coloni donandi per Reg. Mattem domino Strigoniensi pro fratribus et servitoribus suis conferantur.

Item. Gratie faciende omnibus, qui ad gratiam redierint.

Egy ív papir három oldalán, kelet nélkül. — *Bécsi cs. és kir. házi stb. levéltár: Hungarica. 1530. S. d. 92.*

Közli: BUNYITAY VINCZE.

92.

Azon föltételek, melyek alatt az esztergomi érseknek hivatalban megmaradását — mi óhajtandó — olyképen vélik rendezhetőnek, hogy az mind a király, mind az érsekre nézve tisztességes legyen.

Videretur mihi honestissimum, quod M[tas] Regia tamquam pius et misericors princeps vel parceret archiepiscopo Strigoniensi, si erravit, vel de iure committeret causam suam, et si puniendus vel privandus est, puniretur vel privaretur.

Item videretur mihi, quod R. Archiepiscopus, si in archiepiscopatu manutenebitur, prout est pium, ut manuteneatur: deberet suis proventibus manutenere arcem Strigoniensem et pedites illic existentes. Et omnia alia facere, quae ei incumbunt facienda.

Item videretur mihi iustum et honestum, si posset manuteneri arx cum sexaginta militibus, quod non ibi tenerentur centum vel plures.

Item videretur honestum, si possunt haberi milites pro duobus florenis quolibet mense, quod non darentur eis sex neque octo; ut relatum est mihi, quod dantur, quia non est iustum.

Item mihi videtur honestum, quod relinqueretur domino archiepiscopo modus, quo se posset etiam honeste intertenere et solvere vera debita, quae contraxit annis preteritis ad intertenendum se et arcem suam et scirentur debita per serenissimum regem.

Item videretur, quod cura ecclesiastica et regimen canonicorum suorum etc. ad eundem archiepiscopum spectaret solum, et cultus divinus celebraretur, ut debet, et a nullo alio penderent presbiteri quam ab eo.

Item quod decime vel alii proventus dandi ser[mo] regi pro militibus essent ex certioribus et verioribus archiepiscopatus et non ex intricatis et incertis proventibus.

Item quod esset archiepiscopus in illa secunda arce sua hac conditione, quod tempore suspicionis belli posset rex mittere illuc gentem suam etc., prout tractabitur.

Item si inveniretur posthac archiepiscopus directe vel indirecte tractare aliquid contra serenissimum Ferdinandum et probaretur hoc esse verum, quod statim privaretur sine aliqua remissione. Et si posset haberi in manibus, puniretur prout de iure.

Multa alia possunt considerari, sed haec sunt necessaria et quae utrique parti conveniunt, tam Ser[mo] Regi, quam Archiepiscopo,

et honesta est tractatio. Remittens tamen me semper ad M[tem] suam, cui commendo quantum possum in omnibus honorem suum.

Egy iv papir két oldalán, kelet nélkül. — *Bécsi cs. és kir. házi stb. levéltár: Hungarica. 1530. S. d. 78.*

Közli: Bunyitay Vincze.

93.

Az esztergomi érsekség jövedelmei, előbb az ország azon részéből, mely a Ferdinánd, és azután abból, mely a János király hatósága alatt volt, továbbá a dézma haszonbéréből, vámokból, pizetumból és más forrásokból vármegyénkint befolyt jövedelmek.

Summa proventuum Archiepiscopatus Strigoniensis.

Arenda decime comitatus Posoniensis facit --- --- ---	fl.	4000
Arenda decime comitatus Nitriensis propter Thurcarum desolationem facit --- --- --- --- --- --- ---	fl.	2200
Arenda decime comitatus Comaromiensis propter damnum a Thurcis susceptum facit --- --- --- ---	fl.	200
Arenda decime Selyz, Ben ac Chehy propter damnum a Thurcis illatum facit --- --- --- --- --- ---	fl.	200
Arenda decimarum Paztoh et Lwudan facit--- --- ---	fl.	400
Arenda decime comitatus Zoliensis facit --- --- --- ---	fl.	400
Arenda decime comitatus Thornensis facit --- ---	fl.	500
Arenda medietatis decimarum comitatus Gemeriensis facit--- --- --- --- --- --- --- --- --- --- ---	fl.	1200
Arenda decime comitatus Lipthouensis facit --- ---	fl.	400
Summa facit fl. VIIII[m] V[c]		

Alii proventus corporales:

Pisetum Crempniciense unacum molendino frugum facit	fl.	3200
Piscatura usonum ad summum facit --- --- --- ---	fl.	800
Census ordinarii totius archiepiscopatus vnacum pecuniis falcature et christianitatis facit --- --- --- --- ---	fl.	1200
Thelonia faciunt ad summum--- --- --- --- --- ---	fl.	100
Summa: fl. V[m] III[c]		
Defectus proventuum in decimis, bonis, possessionibus archiepiscopatus Strigoniensis facit plus quam saltem hoc anno --- --- --- --- --- --- --- ---	fl.	300
Summa igitur proventuum archiepiscopatus Strigoniensis, que sub manu Mattis Regiae est, facit--- ---	fl.	14800

Johannes autem Waywoda in proventibus archiepiscopatus possidet:

Mediam partem comitatus Gemeriensis, que facit	fl.	1200
Decimam totius comitatus Newgradiensis, que facit ...	fl.	800
Decimam comitatus Thurocz et Arva, que facit	fl.	700
Proventus piseti Transylvaniensis cum pecuniis sinodalibus presbiterorum faciunt ad minus	fl.	700
Pactata presbiterorum ultra Tibiscum	fl.	200
Proventus possessionis Macha et piscatura laci eiusdem ville facit	fl.	200
Summa fl. III^{m} VIII^{c}		

Egy ív papir két oldalán, kelet nélkül. — *Bécsi cs. és kir. házi stb. levéltár: Hungarica. 1530. S. d. 80.*

Közli: Bunyitay Vincze.

94.

A király azon kérdésére, mi maradna az esztergomi várőrség fentartására, ha az érsekség jövedelmeinek fele az érseknek hagyatnék? a királyi kamara részéről az a válasz adatott, hogy ezt — minthogy a jövedelmeknek az érsek által készült kimutatása különbözik a kamara által készítettől — csak úgy lehet biztosan megtudni, ha a jövedelmek forrásai, bevehetőségük és mennyiségük pontosan megállapíttatik.

Sacratissime Rex etc.

In negotio Strigoniensi dominis de Camera exposui Mattem Vestram scire cupere: si media pars proventuum archiepiscopo relinquatur in sustentationem et alimoniam suam, quid ac quantum residuari posse existiment pro Matte Vestra ad intertentionem presidiorum arcis Strigoniensis et Dregel.

Et quod significent, quos certos et fixos redditus Mattas Vestra habere possit ex illis proventibus pro se et presidiis tenendis; et quot ac que stipendia sint [in] arce Strigoniensi, et quomodo illa possint imminui vel detruncari, si tanta facultas non amplius sit futura in proventibus, quanta forsan hucusque fuisset.

Lectaque cedula proventuum, sicut eos ipse archiepiscopus descripsit, hoc in responsis accepi.

He quoque in quodam registro, quod ad manus meas consignarunt, hinc aliquos comitatus descriptos in quantitate et numero proventuum nonnihil dissimiles, quos quidem proventus nesciunt an sint puri et soli, et an omnes ex illis comitatibus soleant provenire, vel an sint decime sole aut si sine decimis ad tantam summam ascendant; tamen quantum ipsi in suo registro reperiunt,

proventus illi omnes certi et incerti non excedunt summam 16^{m} et 800 florenorum, que summa minor est ea, que in cedula archiepiscopi est expressa.

Levavit item archiepiscopus plures redditus in utilitatem suam, sed nescitur, an hoc, quod levavit archiepiscopus, sit levatum ex illis prescriptis comitatibus, vel ex aliis proventibus, qui ultra illos prenotatos superessent, nec est aliqua claritudo in registro, sed omnia sunt commixta et intricata.

Neque sciunt taxare decimas, neque etiam cogitare possunt, qui magis certi possint esse proventus inter illos, cum loca, unde proveniunt, nesciant; decime vero nonnisi in genere sunt descripte, et opus esset, ut taxarentur et videretur, ex quibus locis provenirent, sic statim colligi posset, qui magis essent fixi et certi redditus, aliter non possunt iudicare.

Quot sint stipendia in arce? videri potest in registro; neque improbarent, si possent sumptus et stipendia illa imminui, sed stante conductione illorum stipendiariorum, qui modo sunt in arce, et arce illa in manibus tertii existente, nesciunt, quomodo bene posset hec imminutio fieri. Nam si ita decetero fuerint alendi, ut hactenus, nedum 14^{m} flor., quos archiepiscopus dicit se habere sub M. V^{ra}, ad hoc suppetent, sed nec maior summa poterit sufficere.

Putant itaque domini, ut omnino M^{tas} V^{ra} curet informari de certis et incertis reditibus ecclesie Strigoniensis; et maxime de certis et fixis, super quos se fundare et stipendiarios assecurare possit, habitaque clara et bona informatione certorum proventuum, bonam et iustam partem pro se et militibus tenendis reservet, et cetera omnia relinquat archiepiscopo. Ultra hec nihil aliud ad presens potuerunt iudicare.

Fogalmazat egy ív papir két oldalán, Szalaházy T. kanczellár írása. — *Bécsi cs. és kir. házi stb. levéltár: Hung. 1530. S. d. 82.*

Közli: Bunyitay Vincze.

95.

A király ragaszkodik előbbi válaszához, mely szerint kívánja, hogy az esztergomi jövedelmek fele az esztergomi vár őrségének fentartására fordíttassék; egyébkint beleegyezik, hogy e kötelezettség évi tízezer aranynyal megváltassék.

Maiestas Regia persistit in priori responso, petendi medietatem fructuum ecclesie Strigoniensis pro intertenendis presidiis arcis Strigoniensis, quorum stipendia propter conclusionem Mattis sue semel cum eis factam, diminui aut detruncari non possent; vel si

medie partis contributio non placeat, contenta erit Mattas sua cum decem millibus ducatis auri singulo anno, et hoc in fixis et certis proventibus, quos M^tas^ sua pro se accipiet. Et hec est ratio, videlicet quod cum presidiis est ita transactum et conclusum, cur M^tas^ sua nequeat ad alia descendere.

Quod intertentio ista diutius non duret, quam durante bello et suspicione belli, itidem contenta est M^tas^ sua.

Et si dominus Strigoniensis se interea talem gesserit, ut actu deprehendere possit M^tas^ sua fidem et officia ac benemerendi studium archiepiscopi, se quoque gratiose erga eum geret.

In arcem Dregel M^tas^ sua imponet stipendiatos aliquos sue Mattis sumptibus alendos, quamcunque necesse fuerit.

Et ista intertentio nunc incipiat et fiat collectio proventuum Regie Matti obventurorum per homines Mattis suae, et per alios archiepiscopo cessuros fiat collectio per homines archiepiscopi. (így)

Hátán: Causa Strigoniensis.

Fogalmazat egy félív papiron, kelet nélkül. — *Bécsi cs. és kir. házi stb. levéltár: Hung. 1530. S. d. 85.*

Közli: Bunyitay Vincze.

96.

Maius János értesíti a trienti bíboros püspököt, miként járt el azon megbizatásában, melylyel az esztergomi érsek ügyében a pápai noncziushoz küldetett volt, kit kevésbbé őszintének mond s ki az érsekre vonatkozólag több kívánalmát előadta.

Rev^me^ et Illust^me^ Princeps et dom^e^ dom^e^ gratiosissime.

Retuli omnia, quae mihi erant commissa ut dicerem Rev^imo^ Domino Nuntio super petitis suis; acceptavit aliqua, reliqua reiecit in maiora dubia.

In negotio domini Strigoniensis accepit a me articulos, quos debeat observare et adimplere Strigoniensis. Et denuo inter illos tacenda, dicenda locutus mihi varius esse visus est. Quod si mihi cum eiusmodi ingeniis luctandum diu fuerit, nescio si semper illam Socraticam possim exercere patientiam, tamen amore Ser^mi^ domini Regis et dominationis Vestrae Rev^mae^ et Illust^mae^ facio, que debeo.

Intellectis autem omnibus, dixit sibi nonnulla videri etiam expedienda aut saltem deliberanda super iis, si dominus Strigoniensis de eis aliquam facturus sit mentionem, videlicet:

Ut sciat Strigoniensis, que cautio sibi sit danda, quando extra arcem alibi manebit, quod non detineatur aut incarceretur, et an

libere vel vinctus aut una vel duabus personis manere debeat Posonij aut Tirnaviae?

Item si summa proventuum archiepiscopatus se non extendat ad summam solutionis peditum et intertentionis ipsius Strigoniensis, quid vel unde eam accipere aut agere debeat?

Et si dicat, se aliqua bona ecclesie sue vendere velle, quid respondendum?

Et an M^{tas} regia hoc anno, quo peditum solutio continuabitur, sit habitura homines seu collectores suos in proventibus illis vel non?

Pro ducatis 3800, debitis camere, apostolice vellet nuntius, quod deputaretur solutio ex proventibus archiepiscopatus, etiam non obstante solutione peditum.

Item. Ex quo dominus Strigoniensis est obligatus in multis debitis in amplissima forma camere apostolice: quid agendum?

Quod Sbardalato committatur, ut sicut nunc exegit decimas Posonienses pro R^{mo} domino Strigoniensi, eas deinceps exigat pro Matte Regia et reponat eas ad partem vel in sequestrum, donec causa Strigoniensis apud Mattem Regiam fuerit conclusa et terminata.

Eiusdem dominationis V^{rae} Rev^{me} et $Illust^{me}$

humilis servitor
Joannes Maius.

Kívül: ad manus proprias Reverendissimi et Illustrissimi Domini mei gratiosissimi Domini Cardinalis et Episcopi Tridentini.

Egy félív papir egyik oldalán, piros zárópecsét maradványával, kelet nélkül. — *Bécsi cs. és kir. házi stb. levéltár: Hung. 1530. S. d. 86.*

Közli: Bunyitay Vincze.

97.

Emlékirat, mely tizenöt pontban magában foglalja az esztergomi érseknek: prímási állásának függetlenítésére, birtokainak önálló kezelésére, tekintélyének fentartására, jövedelmeinek beszolgáltatására vonatkozó kívánalmait.

Memoriale pro expeditione negociorum domini Strigoniensis apud Regiam Maiestatem.

Cupit dominus Strigoniensis, ut omnes proventus archiepiscopatus sui remittantur, et habeat mansionem honestam in arce Strigoniensi penes ecclesiam suam, domusque sue, in quibus tempore

Hispaniorum habitabat, liberentur alieque domus omnes in arce, que non sunt dominis capitaneis et militibus in ipsa servientibus necessarie, simul cum omnibus rebus domino Strigoniensi in arce Strigoniensi existentibus remittantur.

Item. Quod dominus Strigoniensis sit a dominis capitaneis arcis securus, quod littere assecuratorie domini Rogendorff et capitula omnia inter ipsum et dominum Strigoniensem de ordine servando in arce et authoritate domini Strigoniensis facta et conclusa per eos observabuntur. Contentus est dominus Strigoniensis, ut infra illud tempus, quo pax firma inter Mattem Regiam et alteram partem conficietur, arx ipsa hoc modo custodiatur; facta tamen pace perfecta, iuxta litteras domini capitanei supremi arx ipsa domino Strigoniensi libera relinquatur.

Item. Dominus Strigoniensis infra tempus premissum non curat habere secum familiam magnam in arce, contentabitur cum honesta et competenti familia, prout Maiestati videbitur.

Cupit insuper dominus Strigoniensis habere locum, honorem, statum et authoritatem tam in consilio, quam extra consilium in regno Hungarie tamquam Archiepiscopus Strigoniensis et Primas Hungarie; hoc pacto enim poterit ex amore et corde sincero servire Regie Maiestati.

Item. Mattas Regia mandet Martino Sidonio et Francisco Gyczÿ, quod manus suas excipiant de proventibus domini Strigoniensis, hoc enim tempore solus vult curare administrationem proventuum suorum, etiam illorum, si quos ex voluntate et mandato Mattis Regie dominus Strigoniensis ad solutionem peditum in arce Strigoniensi existentium debebit convertere.

Item. Mattas Regia per litteras suas manu sua regia subscriptas mandet firmiter omnibus comitibus, vicecomitibus, iudicibus et universitati nobilium, dominisque prelatis ac baronibus ac alterius status et conditionis hominibus comitatuum Posoniensis, Nitriensis, Comaroniensis, Zoliensis, Lippthoviensis, Ghemeriensis, Strigoniensis, Thornensis, Barsiensis, ut decimas et alios proventus domini Strigoniensis ad manus suas hominumque suorum et nullius alterius exolvant et administrent.

Item. Mandet Mattas Regia per litteras suas Johanni Dobrawyczky camerario Crempniciensi et collège suo, ut proventus piseti domini Strigoniensis de camera et cusione Crempniciensi pisetario suo libere percipere permittant, et quod pisetarius ipse plenam habeat authoritatem officium suum exercendi, ita ut ferramenta, prout hactenus, custodiat et intelligat numerum marcarum ad

cameram provenientium, lugam quoque, sub qua monete ipse cuduntur.

Item. Mandet preterea sua Mattas dominis Emerico et Francisco Bebek, ut ad proventus domini Strigoniensis nullatenus se ingerant, immo in administratione illorum ad manus domini Strigoniensis hominumque suorum sint adiutorio; quoniam Franciscus Bebek est comes comitatuum Gemeriensis et Thornensis, officium itaque suum requirit.

Item. Maiestas Regia mandet civibus Crempniciensibus, ut molendinum frugum domini Strigoniensis eidem remittant, vel cum eodem de arenda ipsius concordent.

Item. Ultra hoc mandet Mattas Regia eisdem civibus Crempniciensibus, Sebniciensibus ac Bistriciensibus aliisque civitatibus montanis, ne ad iurisdictionem domini Strigoniensis spiritualem se ingerant, sed permittant presbiteros et plebanos sub iurisdictione sua ubique existentes libere iuxta demerita eorum corrigere.

Item. Mattas Regia mandet Christofero de Thwryn comiti Zoliensi, ne se in exigendis proventibus domini Strigoniensis intromittat, necnon administrationem illorum ad manus domini Strigoniensis tamquam comes adiuvet.

Item. Mattas Regia mandet domino Valentino Therek, ut decimas domini Strigoniensis ex toto comitatu Nitriensi ad manus domini Strigoniensis aut hominum suorum, tamquam comes eiusdem comitatus, administret.

Item. Mattas Regia mandet capitaneo Comaroniensi, ut ex parte dice regie preterite et future bonorum domini Strigoniensis habeat patientiam et permittat illas percipere libere domino Strigoniensi iuxta privilegia sua.

Item. Mattas Regia mandet domino Ludovico Pekry, ut decimas domini Strigoniensis in comitatu Lippthowiensi et Thwrocz provenire debentes non impediat, necnon administrationem illorum omni posse suo adiuvet ad manus domini Strigoniensis et hominum suorum.

Item. Agatur preterea apud Mattem Regiam, quod Damianus episcopus, vicarius domini Strigoniensis, et alter servitor eiusdem, qui absque omni eorum demerito capti sunt, et alter eorum tortus, liberentur.

Egy ív papir három oldalán, kelet nélkül. — *Bécsi cs. és kir. házi stb. levéltár: Hungarica. 1530. S. d. 88.*

Közli: Bunyitay Vincze.

98.

Jelentés azon perről, melyet De Senis Baptista az esztergomi székesegyház Szűz Mária kápolnájának javadalma végett az esztergomi káptalan ellen folytatott.

Strigoniensis.

Item Baptista de Senis familiaris prepositi habuit contra canonicos et capitulum Strigoniense tres sententias conformes et executoriales cum fructuum et expensarum condemnatione super capellania Beate Virginis ad latus ecclesie Strigoniensis, que de iure patronatus ac collatione et dispositione dicti capituli et canonicorum existit.

Jus autem dicti domini Baptiste est, quod capella ipsa vacavit per obitum ultimi tunc possessoris et tanquam de beneficio devoluto ad Sedem Apostolicam fuit provisum domine [így] Babtiste, qui tandem in auditorio Rote contra canonicos et capitulum in iudicio contradictorio processit et tres sententias conformes, ut supra dictum est, obtinuit executorialibus subsecutis. Et aliud non obstat preterquam, quod mediante gratia Regie Mattis obtineatur possessio dicti beneficii vigore executorialium.

Deinde super fructibus et expensis potest etiam cum capitulo concordari aut concordia fieri.

Iste est casus totius negotii.

Egy félív papir egyik oldalán, kelet nélkül. — *Bécsi cs. és kir. házi stb. levéltár: Hungarica. 1530. S. d. 94.*

Közli: Bunyitay Vincze.

99.

Salius Jeromos kéri a királyt, hogy miután Sidonius Márton, az ő nagybátyja, az esztergomi olvasókanonokságról lemondott és ahhoz való jogát őreá ruházta, annak jövedelmeit, miknek élvezetében az érsek megakadályozza, neki addig is, míg tanulmányait bevégzendi, kiadatni rendelje.

Serenissime ac Invictissime Rex et domine domine clementissime.

Maiestati Vestre Sacr^me^ humilime expono, quod cum superioribus mensibus indulgentia clementique consensu Regie Mattis Vestre Martinus Sydonius, Mattis V^re^ secretarius, avunculus meus, lectoratum cum canonicatu et prebenda, quos in ecclesia Strigoniensi antea ex Regie Mattis V^rae^ munificentia obtinuerat, ob adversam suam et gravem valetudinem resignaverit, omneque ius suum in me transtulerit, mihi tamen hactenus fructus omnes denegati,

eiusdemque beneficii interminata est privatio per revermum dominum archiepiscopum, nisi ad futuram angariam omnibus sacris initiarer, inque semis anni spatio presbyteratum assumerem. Verum quia a cunabulis ipsis ingens me semper tenuit literarum ardor (in quibus etiam me aliquantum profecisse videor), neque quicquam magis in votis habeam, quam ut bonis artibus animum excolere possem: itaque Sacrme Regie Matti Vestre omni, qua decet, humilitate supplico, ut, quia eadem antea me supradicto beneficio clementer donare, factamque resignationem admittere dignata est, dignetur adhuc eadem Mattas Vestra Regia pietatis intuitu quatuor annorum terminum gratiose mihi concedere, per quos, ut antea, literis operam dare et cepta studia continuare, ac nihilominus fructuum omnium supradictorum beneficiorum perceptionem pro intertentione mea habere possim, mandatumque desuper ad Rmum dominum archiepiscopum et capitulum ac capitaneum Mattis Vestre Strigonii existentem destinare, quo illi de substituto meo contenti, mihi fructus illos sine contradictione aut impedimento aliquo debitis temporibus, ut ceteris canonicis porrigant, absentia mea in aliquo non obstante. Quod ego humillimis meis ad Deum precibus pro felici perpetuoque regimine Regie Mattis Vestre assidue promereri studebo.

E. S. M. V. Regie

Humilis servitor
Hieronimus Salius.

Egy félív papir egyik oldalán, kelet nélkül. — *Bécsi cs. és kir. házi stb. levéltár: Hungarica. 1530. S. d. 95.*

Közli: Bunyitay Vincze.

100.

1530 október 26. után.

Az esztergomi érsek a királyhoz küldött követjeinek adott utasításaiban hosszasan előadja azon okokat, melyek miatt személyesen meg nem jelenhetik a király előtt, s késznek nyilatkozik akármely helyén az országnak magát a király s az országnagyok jelenlétében igazolni.

Informatio nuntiorum Reverendissimi domini Strigoniensis ad Regiam Maiestatem missorum.

Item. Premissa commendatione fidelium servitiorum Revermi domini Strigoniensis, nuntii dicant Regie Matti, ipsum dominum Strigoniensem accepisse binas litteras sue Mattis, in quibus mandat Mattas sua eidem, ut absque omni mora se in curiam Regie Mattis, ubicunque Mattas sua Deo duce constitueretur, conferat, ut

cum personaliter apud Mattem suam foret, negotia sua omnia, pro quibus sue Matti per certos nuntios supplicavit, commodius expediri possint.

Item. Nuntii dicant, ipsum dominum Strigoniensem diu antehac etiam non vocatum ad Mattem Regiam accessisse, sed propter infirmitatem suam et defectum expensarum nequaquam fieri potuit, quoniam proventus fere omnes archiepiscopatus Strigoniensis duorum annorum preteritorum per capitaneos et subditos Regie Mattis sunt occupati, ablati et distracti; coactus itaque fuit dominus Strigoniensis arcem suam Strigoniensem ere alieno ad pignora sua et firmissimas quoque litteras suas obligatorias contracto, pro regimine suae Mattis tenere et conservare. Decime etiam ille, que iuxta assecurationem domini Rogendorff post festum Beatorum Simonis et Jude anni 1530 domino Strigoniensi administrari debebant, nondum sunt administrate. Illa quoque summa florenorum 6000, quos dominus Rogendorff pro damnis domini Strigoniensis solvere debebat, hactenus minime est restituta.

Item. Ultra hoc de proventibus anni presentis usque ad summam florenorum 6500 per Joannem Vayvodam et suos subditos sunt occupati.

Item. Preterea dominus Strigoniensis pro debitis suis preteritis duobus annis pro conservatione arcis sue et gentium suarum contractis coactus est obligare de decimis suis presentis anni ad summam florenorum 7000.

Item. Exercitus Thurcorum duce Mehmethbek tantam combustionem et desolationem tam in bonis, quam iurisdictione domini Strigoniensis fecit, ut hoc saltem anno patitur damnum in proventibus suis ad summam florenorum circiter 3000 et ultra: his igitur causis dominus Strigoniensis vix poterit quintam partem proventuum suorum pro anno presenti percipere, quibus omnibus, si etiam recte administrabuntur, servitia divina debite peragere, seque et suos paucos servitores, quos habet, alere, edificia quoque arcis, que valde necessaria sunt, perficere difficulter poterit, qui quidem proventus per certos subditos Regie Mattis etiam hoc anno impediuntur.

Item. Dominus Strigoniensis postpositis omnibus his difficultatibus et necessitatibus suis, ad litteras prescriptas Regie Maiestatis et admonitionem dominorum commissariorum iter suum versus Regiam Mattem continuare volens, usque Sempthee, ubi dominos episcopum Agriensem, Thurzonem et ceteros alios dominos consiliarios reperit, profectus fuerat, ad quem quidem locum

expectabat in sortem proventuum piseti ab officiali suo Cremniciensi certam summam pecunie; ultra hoc tulerat secum vestimenta sua satis cara, tempore serenissimi quondam regis domini Ludovici, tempore officii thesaurarii empta, ut illa domino Thurzoni pro expensis suis ad viam, aut venderet vel eidem impignoraret. Sed ex quo Mattas Regia undecumque mota infra hos dies universa bona et proventus archiepiscopatus Strigoniensis contra libertates totius Regni Hungarie, ad cuius observationem Mattas sua tempore coronationis sue firmissimum prestitit iuramentum et contra litteras assecuratorias domini Rogendorff supremi capitanei Mattis sue, in quibus idem domino Strigoniensi tam in persona Regie Mattis, quam sua propria persona, fide sua christiana mediante de observandis omnibus immunitatibus et libertatibus ipsius domini Strigoniensis et ecclesie sue firmiter promisit, de manibus eiusdem domini Strigoniensis per se occupare fecit: hoc igitur casu infelici dominus Strigoniensis nec in sortem proventuum suorum, neque ad res suas, quas vel vendere, vel impignorare volebat, expensas necessarias ordinare potuit. Igitur ad Mattem suam Regiam personaliter nequaquam proficisci potuit. Misit tamen homines suos ad suam Mattem tam pro excusatione sua, quam iniuriis eidem illatis et a seculo in regno Hungarie inauditis. Supplicent igitur nuntii Matti sue, tamquam christianissimo, iustissimo et clementissimo principi et domino suo gratiosissimo, dignetur dominum Strigoniensem in pristinam gratiam suam recipere, habens rationem de honore, statu, dignitate et libertate ipsius ecclesieque sue, et litteras quoque domini capitanei supremi iustas et honestas litteris suis confirmare et observari facere, bonaque et proventus archiepiscopatus eidem remitti iubeat. De aliis quoque supplicationibus domini Strigoniensis gratiosam faciat relationem. Mandet insuper omnibus dominis et aliis, qui proventus domini Strigoniensis hactenus turbarunt et nunc quoque turbant, ut a talibus se omnino abstineant, ut illi ad manus domini Strigoniensis et hominum suorum et nullius alterius libere administrare possint.

Si autem Mattas Regia aliud non vult habere, quam ut ad intertentionem peditum Hispanorum de proventibus archiepiscopatus aliqua solutio fiat, certum est, ut dominus Strigoniensis ex causis superius declaratis duobus annis de proventibus suis parum percepit, et ad eam inopiam devenit, et in tantum se ere alieno gravavit, ut si etiam omnes proventus suos integre perciperet, vix ex ea inopia se hoc anno sublevare posset; nihilominus paratus est, vel in proventibus aut in pecuniis paratis iuxta limitationem domi-

norum Agriensis et Thurzonis solutionem Hispanorum adiuvare, dummodo Mattas Regia conservet dominum Strigoniensem in libertatibus suis et ecclesie sue iuxta ordinationem et contenta litterarum domini capitanei supremi. Ultra hoc etiam poterit Mattas Regia illam quoque provisionem, quam eadem (ut fertur) in Germania domino Strigoniensi facere vellet, in solutionem peditum Hispanorum convertere; alii etiam modi in Hungaria inveniri poterunt, unde pedites Hispani contententur. Clare constat omnibus Mattem Regiam esse christianum et iustum principem; convenit igitur, ut non modo cum domino Strigoniensi, qui est Primas Hungariae, sed cum minimo quoque nobile iuste et iure regni Hungarie procedat.

Si autem Mattas Regia credit, dominum Strigoniensem contra ipsam vel scriptis, vel nuntiatis aut factis suis graviter deliquisse: Mattas sua prefigat unum certum terminum et locum in Hungaria, ubi convocentur omnes domini prelati et barones, proceresque eiusdem regni, paratus est dominus Strigoniensis coram Regia Matte et omnibus dominis et proceribus se et honorem suum defendere et ita se expurgare, ut cognoscent sua Mattas et domini, ipsum dominum Strigoniensem ita semper se gessisse, unde dominus Strigoniensis non damnum vel iniuriam a Matte Regia pati, sed omnem gratiam sue Mattis promereri dignus iudicabitur.

Hátán egykorú kéztől: Informatio Strigoniensis ad Maiestatem Regiam.

Egy ív papir három oldalán, kelet nélkül. — *Bécsi cs. és kir. házi stb. levéltár : Hungarica. 1530. S. d. 100.*

Közli : Bunyitay Vincze.

101.

1531 januárius 3.

V. Károly császár felkéri nővérét, Mária királynét, a Németalföldek kinevezett kormányzónőjét, hogy udvari alkalmazottait, kik az eretnek tanokhoz szítanak, bocsássa el. Ilyenekül jelöli meg udvarmesterét, kamarását, udvarhölgyét és hitszónokát (Henckel Jánost).

— — — — — — — — — — — — — — —

De vos serviteurs vous savez ce que lors vous en dys, que me sembloyt pour lors souffissant, veu la confiance que je faysoys et fays en votre constance, laquelle ne fayt doute neut seu ny sauroit estre changee per personne; mais quil estoit bien quils se tinssent, et sy vous en dysoyent ou cognissiez, quils en fussent attaches,

que les chatyssiez ou chassysiez, en voye en ceste heure, ma seur, non pour ce, mais pour ceque ce (que) en Allemagne ce souffre ou ce tient pour legier, en pays bas ne ce convient en fason du monde souffrir, et ce tient pour pesant... Et affin que sachez ceuls que lon ma nomme, sont votre mestre dostel, camergraf, prescheur, aumonyer, dame d' honneur.

Lanz: Correspondenz des Kaisers Karl V. Lipcse 1844. I. 417. l. — Idézve *Frank Vilmos,* Henckel János Mária királyné udvari papja. 11. l.

102.

Buda, 1531 január ius 6.

János király Laski Jeromos erdélyi vajdának a szepesvármegyei scsavnyiki apátságot tizenkétezer forintért elzálogosítja.

Nos Joannes dei gratia Hungarie, Dalmacie, Croacie etc: memorie commendamus per presentes litteras nostras, quod nos considerantes fidem, integritatem, constantiam, aliaque fidelia servitia fidelis nostri spectabilis et magnifici Hieronymi de Lasko palatini Syradiensis et wayvode nostri Transsylvaniensis ac Siculorum nostrorum comitis, que ipse sacre primum huius regni nostri Hungarie Corone, ac deinde Maiestati nostre pro locorum et temporis diversitate, summa fide et constantia exhibuit et impendit: horum igitur intuitu, nos quoque ipsum wayvodam nostrum gratia et liberalitate nostra regia prosequi volentes, abbatiam in Schewnyk, in comitatu Scepusiensi sitam simulcum universis oppidis, villis, possessionibus, prediis, portionibusque ac aliis iuribus possessionariis ad ipsam abbatiam de iure et ab antiquo spectantibus pertinereque debentibus memorato Hieronymo de Lasko suisque heredibus et posteritatibus pro summa duodecim millium florenorum auri veri et iusti ponderis infra tempus redemptionis eiusdem abbatiae inscribendam duximus et obligandam harum nostrarum vigore et testimonio litterarum. Datum Bude in festo Epiphaniarum domini anno eiusdem MDXXXI.

Egyszerű másolat egy félív papir egyik oldalán. — *Bécsi cs. és kir. házi stb. levéltár: Hung. 1530. XII. 14.*

Közli: Bunyitay Vincze.

103.

Felső-Lendva, 1531 január 21.

Széchy Istvánnak a győri káptalantól bérelt belmurai tizedekért 200 frtot kellett volna fizetnie «Gyeri zenthmarthon»-ban, de mivel e hely idegen kézbe került, kérdi a káptalantól, hol és kinek fizesse ki?

Stephanus Széchy interrogat Capitulum Jauriense, ubi et cui pretium conductionis decimarum circuli Belmura solvat, cum locus praevie determinatus «Gyerizenthmarthon» i. e. Monasterium sacri montis Pannoniae ad manus alienas devenerit?

Eredetije a győri káptalan magánlevéltárában. Theca XV. Nr. 2594.

Közli: Dr. Karácsonyi János.

104.

Krems, 1531 február 2.

Oláh Miklós Kálnay Imre erdélyi főespereshez: Nagy zavarban van, kövesse-e Mária királynét Belgiumba, vagy ne?

Mirari fortasse et cupis scire, quid caussae fuerit, quod per totum Januarium praeteritum nullas neque ad te, neque ad alios meos amicos dederim litteras. Nunquam mi Kalnay fui perturbatior, quam hiis ipsis diebus, quibus tacui. Omnia mea negotia, quocumque me vertam, video in praecipitio esse. Regina itura est ad Belgas, vocatione Caroli caesaris, cum qua iturus ne sim, an mansurus? nihil est? quod magis dubitem. Si proficiscor, timeo nationes non mihi bene notas, regionem nescio quam mihi incognitam. Si manebo, quo me divertam, nescio. Bona mea omnia direpta sunt et occupata in Hungaria, res in praedam versae. Omnia, ut tu melius scis, qui propinquior es hosti, quam ego, sunt periculis plena. Nec video tutum esse aliquem locum in patria commorandi. Quid igitur melius sit facto? nescio. Inter duo mala minus est eligendum. Inops nunc sum consilii, quid statuendum sit aut quid fugiendum. Quare si quid mihi dare consilii poteris, rogo subvenias amico. Vale. Ex Cremps. II. Februarii MDXXXI.

Oláh Miklós levelezése. Budapest, 1875. 123. l.

105.

Gyalu, 1531 február 4.

Statilius János erdélyi püspök Mihály prethei-i plebános, fődékánhoz intézett soraiban köszönetet mondván a szász papságnak, felhívja őket, hogy számára a kizdi és kosdi dekanátusokból hat hintóslovat küldjenek, amint azt Adorján doktor már megírta, és biztosítja őket oltalmáról.

Venerabilis nobis dilecte, salutem. Intelleximus benivolentiam et observantiam vestram et fratrum vestrorum erga nos. De quibus gratias agimus vobis. Itaque hortamur vos et rogamus, ut equos sex curriferos a decanatibus Kyzd et Kozd ordinare, sicut ad decanatus dictos Doctor Adrianus scripsit, et remittere nobis debeatis. Defensionem autem — — — — plebanorum dioecesis Albensis facere certe volumus, veluti pro parte eorundem plebanorum Doctor Adrianus nos nomine vestro rogavit, modo a vobis certiores reddamur. Et bene valete. Ex castro nostro Gyalw quarta februarii 1531.

Joannes Statilius
Episcopus Transilvanus,
Consiliarius Regie Maiestatis etc.

Kívül: Venerabili Michaeli d. d. Plebano in Parathya et Decano generali, in Christo nobis dilecto.

Haner, Miscellanea historiam Hungariae et Transsilvaniae imprimis ecclesiasticam illustrantia I. 209. *Fabritius,* Urkundenbuch zur Gesch. des Kisder Kapitels 200—201.

106.

Krems, 1531 február 5.

Oláh Miklós Kálnay Imrének: Elhatározta magát, hogy magyarországi javait káplánja gondjaira bízva, a királynét követni fogja.

Sapientis esse scio, consilium tempori accommodare. Magna iactabatur animus meus, ceu navis in tempestatibus maris, perturbatione, an eundum mihi in Flandriam cum regina sit, vel in patria cum meis manendum. Res, quid ex utraque parte contingere posset, diligenter mecum versabam. Tandem putavi necessitati esse parendum, et relictis rebus meis omnibus hungaricis sacellani mei curae et industriae, reginam sum secutus, quamcunque in partem fortuna me detruserit. Cupiebam proximis meis litteris a te intelligere, quidnam consilii mihi dare posses, rebus hisce meis turbatis et sollicitis. Nunc cum ipse mecum statuerim, quid faciam: non est, cur te oneres hac cogitatione. Eam potius curam, quam mihi con-

silio dando praestiturus nunc esses, impertiare rebus meis, si in Hungaria perseveraturus es, domesticis, et tam consilio, quam rebus aliis, quibus opus fuerit, sacellano meo presto esse non graveris. Nihil hoc gratius facere poteris. Vale. Crempsii. V. Februarii MDXXXI.

Oláh Miklós levelezése 124.

107.

Buda, 1531 február 5.

János király frater András, Szent-Ágoston-rendű váczi perjel s választott pécsváradi apát kérésére Lajos királynak 1523-iki adománylevelét megerősíti és átírja.

Nos Joannes Dei gratia Rex Hungarie... memorie commendamus, quod fidelis noster religiosus frater, Andreas prior Ordinis Fratrum Heremitarum beati Augustini Episcopi, in claustro beati Jacobi apostoli in oppido Waciensi fundato degentium, electus abbas Pechvaradiensis... presentavit quasdam litteras donationales... Ludovici Regis... quarum tenor talis est: *(lásd föntebb I. kötet 92—3. ll.)*

Nos igitur dicta supplicatione annotati Fratris Andree... nostre... porrecta Maiestati regia benignitate exaudita... prescriptas litteras donationales... Ludovici Regis... confirmamus... Datum Bude in festo beate Agathe Virginis et Martyris anno Domini millesimo quingentesimo tricesimo primo, regnorum vero nostrorum anno quinto.

Hártya, függő pecséttel. *Budai orsz. lt. D. L. 23.795.*

Közli: Bunyitay Vincze.

108.

Krems, 1531 február 6.

Szalaházy Tamás egri püspök és királyi kanczellár Szászvárosi Oláh Miklós fejérvári őrkanonokot és a tapolczai apátságnak a királynétól kinevezett kormányzóját, mivel az apostoli szentszéktől engedélye volt több összeférhetetlen és esetleg szerzetes javadalom birására, a tapolczai apátság kormányzásába püspöki jogánál fogva beiktatja.

Thomas Episcopus Agriensis Nicolaum Oláh de Szászváros, Custodem Albaregalensem, ab apostolica Sede indultum plura beneficia incompatibilia etiam regularia obtinendi habentem a reginaque in gubernatorem Abbatiae de Tapolcza (in comitatu Borsod) nominatum iure suo episcopali gubernio eiusdem Abbatiae praeficit.

Pannonhalmi konvent orsz. lt. c. V. 1. P.

Közli: Dr. Karácsonyi János.

109.

Eperjes, 1531 februárius 6.

Anthonius Philadelphus eperjesi predikátor tudatja Beszterczebánya város birájával, hogy husvétig Eperjesen kell maradnia, de azután kész hozzájuk predikátorul menni.

Cristum.

Ersamer wolweyser Her vnnd gunster Freund. Ewer lybe Schreybenn vnd Ermanen habe ych garwol vorstanden vnnd des frÿssches gedechtnis bynn. Ader ych weyz nicht, wöran ych byn, dyweyl yr mir yn so gar langer Zeidt ser begertest andwort auff mein stecz Schreybenn ny gethon habt, unnd itzo urpluczlich schicket ungewarnet doch noch myr yn so ferlichenn tagenn, yn wÿlchenn man fur vnd nochdem furman geraubet hot, so ych doch yn solcher ferlicher Zeidt brÿwlich beyde regenten geystlich unnd werdlich der Erbarnn Stad Newsol gebetenn hab sich zw besehen mit einen andern. Ich wolde dennoch meinen beruff genugk gethan haben yn Gott genoden zw seiner Zceidt, vnnd dorauff habe ich etwa vorsichert ein Erbarenn Rodth zw Eperÿes yr prediger zw pleybenn byss auff Ostern; sw weiss ych nicht, wo ych yn die Sachenn byn ader wy ich ym recht thedt, Nochrede forchte ych Vnbstendikeyt halbenn. Sw bytte ich noch umb gotts wyllenn, yr woldet ein kleine mitleydungh habenn meiner halbenn; ych wyl ob got wyl alle meinen vorseumnis einbringenn, vnnd mich zw Euch fugen auff Esthe das ych kan mit dem Herrn paul koch. Yr solt Euch weyter nicht unheiligen meinet halbenn; kundet yr aber yn dysser Zeydt nicht an einen sunderlichen prediger sein, so bÿtte ych euch durch gotts wylle, yr woldet Ewer gemein besorgen mit eÿnen gotsgelorten Mhan. Ych wÿl dennoch meinen beuegeben noch zeychenn: dy der furman dem Herrn Pfharherrn uberandworten sol zw bewaren und noch Hosternn Euch zw... (olvashatatlan). Domit seydt got beuolen. Auss Eperies Am tage Dorothee 1531.

Anthonius philadelphus
Ewer wylliger Diner vnd vnwyrdiger bodt
des Gotlichen wort.

Eredetije Beszterczebánya város levéltárában. f. 108. Nr. 52.

Közli: Dr. Timon Ákos.

110.

Esztergom, 1531 február 19.

András esztergomi prépost kéri Szalaházy Tamás egri püspököt és Ferdinánd kanczellárját: eszközölje ki, hogy a király rá ne nehezteljen, mivel érseke parancsára a pózeni gyűlésre elment; kéri továbbá, hogy az esztergomi káptalantól elfoglalt szenyéri kastelyt (Somogym.) adatná vissza.

Reverendissime et gratiosissime Domine, Domine et patrone colendissime. Humillimam mei et servitiorum meorum commendationem. Non dubito habunde iam Dominationi Vestre Reverendissime liquere, autumno proxime decurso reverendissimum dominum meum Strigoniensem me invitum prorsus ac renitentem, ut ad conventum Posnaniensem pro pace regni huius erumnosissimi et undiquaque laceri paranda, si quo pacto fieri posset, proficiscerer, adegisse, promittens apud Dominationem Vestram Reverendissimam quoque, quo iter hoc meum boni consuleret, et ne quid offendiculi ob id mihi a Regia Maiestate obtingeret, effecturum. Ubi tametsi honoratissime semper de Maiestate sua, quoties memoria incidit, publice et privatim testibus etiam oratoribus eius loquutus sim, nec aliud preter pacem omnibus bonis expetendam, conficiendam tractaverim, nihilominus, dum interim exercitus Maiestatis Sue Strigonium adplicuisset, omnia bona mea in predam convertit et plus sexaginta vasa vinorum ademit et prepositura quoque destituisset, nisi reverendissimus dominus meus Strigoniensis, non nescius iussu et nomine eius, pacisque dumtaxat causa me illuc profectum, ex animo conatibus eiusmodi obstitisset et possessionem preposliture tradere abnuisset. Que quum verissima sint, supplico Dominationi Vestre Reverendissime humillime tanquam domino et patrono meo gratiosissimo, velit pro innata sua humanitate innocentiam meam commendatam habere, efficereque apud Maiestatem Regiam, nequid mihi ob iter hoc susceptum succenseat, testem enim Deum invoco, nihil prorsus verbo vel facto illic egisse, quod non ad summam eius laudem, gloriam, honorem et utilitatem attinuisset. Quod si Maiestas Sua induciis annalibus, quas in conventu ipso confecimus, subscripserit, novique rursum pro federibus pacis ineundis tractatus ordiantur, nihil addubito, omnia pro voto Maiestatis Sue cessura.

Ceterum autumo, non nescire Dominationem Vestram Reverendissimam, egregium dominum Andream Choron, familiarem eiusdem, castellum capituli huius Zenyer ex manibus magistri Andree de

Wylak, olim capellani eiusdem, his diebus nulla prorsus causa legitima occupasse occupatumque in hunc usque diem, excluso officiali capituli, detinuisse et detinere, pro quo recuperando miserunt nunc unum e medio ipsorum ad eandem. Supplico itaque ego quoque Dominationi Vestre Reverendissime humillime, dignetur pro alta generis et animi sui nobilitate pauperibus illis, iam toties tum per Thurcas, tum etiam Germanos et domesticos satrapas afflictis et despoliatis compati et castellum ipsum restitui facere. Fuerunt enim semper et sunt hodie quoque una mecum fidelissimi servitores et capellani Maiestatis Regie, nec unquam vel latum unguem a fide et obedientia eius deflexerunt. Et eandem Dominationem Vestram Reverendissimam felicem faustissimamque diu ad vota valere exopto meque et servitia mea perpetua iterum atque iterum humillime eidem commendo, a qua gratam in his expeto relationem. Strigonii XVIIII februarii 1531.

Eiusdem Dominationis Vestre Reverendissime

humilis servitor
Andreas doctor
prepositus Strigoniensis.

Kívül: Reverendissimo et gratiosissimo Domino meo, Domino Thome episcopo Agriensi et Cancellario Regie Maiestatis Hungarie dignissimo, Domino colendissimo.

Egy ív papir két oldalán, piros záró gyűrűpecsét nyomával, egészen egy kéz írása. — *Bécsi cs. és kir. házi stb. levéltár: Hung. 1531. 13.*

Közli: Bunyitay Vincze.

111.

Debreczen, 1531 február ius 19.

Lippay Ferencz rendtartományi főnök ajánlja a szebeni franczískánusokat és a küldött új pater Custos-t Pemfflinger Márk királybiró mindenkor tapasztalt szives jóindulatába.

Pro utriusque hominis optata salute orationes in Domino Jesu devotas, cum servitiorum meorum commendatione. Juxta haec, novi vestram Egregiam Dominationem semper fuisse pium patrem et patronum favorabilem nostrae religionis, et signanter fratrum nostrorum in vestra regia civitate existentium. Et propterea ago magnas gratias una cum omnibus patribus et fratribus nostris vestrae Egregiae Dominationi, rogando eandem, ut etiam deinceps eadem benivolentia et favore prosequatur ipsos pauperes fratres nostros. Con-

fidenter enim tanquam ad patrem pium recurrimus ad vestram Egregiam Dominationem, datque nobis audaciam recurrendi vestra innata benignitas et pietas, a nobis saepius experta. Rogo etiam vestram Egregietatem, ut si aliqua minus bene gesta sunt inter fratres nostros vel ab eis, vel si aliqando vobis ipsi displicuerunt, Vestra Egregietas sua sapientia et prudenti consilio dignetur moderare et actus eorum ad rectum dirigere, ut semper solet Egregia Dominatio vestra. Quam felicissime semper valere cupio. Cui etiam me ipsum et Ordinem nostrum unice recommendo. Datum in sacro conventu nostro Debreceniensi. In Dominica Quinquagesimae, Anno salutis 1531.

Hunc etiam patrem Custodem novum vestrae Egregietati unice commendo.

Eidem V. E. D. deditissimus fr. *Franciscus de Lippa,* ordinis minorum indignus Minister provinciae Hungariae sanctae Mariae.

Kívül: Egregio Domino Marco, Judici Regio Cibinien. Domino patrono ac protectori nostro gratiosissimo ac favorabilissimo.

Eredetije a szász nemzeti levéltárban V. 323. C. P. Közölte *Fabritius K.,* Pemfflinger Márk élete. 169. l.

112.

Esztergom, 1531 február 28.

Pál esztergomi érsek levele János királyhoz, melyben hivatkozva hű szolgálataira s azon körülményre, hogy a németek az ő nagy betegsége idején, s várnagyainak hűtlensége miatt foglalták el az esztergomi várat, — kéri a királyt, hogy fogadja vissza kegyelmébe.

Serenissime Princeps et Domine, Domine mihi gratiosissime. Humillimam mei et fidelium servitiorum meorum commendationem. Fertur non deesse quosdam emulos meos apud Maiestatem Vestram, qui honori meo adversantur et perperam de me obloquuntur. Cogor innocentie mee tuende causa has litteras ad Maiestatem Vestram dare, existimans, mea imprimis interesse bonam famam meam ac honorem, integritatemque nominis conservare ac defendere, ut non recte de me sentientes cognoscant se et de me sinistre obloqui cessent, quoniam nil unquam quippiam admisi, quod mihi vitio verti possit. Omne studium meum fuit, et in hoc sum totus, quod sanctissimo domino Pape eiusque sancte Sedi Apostolice fidem illibatam ac iuramentum, quod in altare Domini publice prestiti, observem, et contra Maiestatem Vestram nil admittam, quod nomen

meum obfuscare possit. Et ut fides, devotio atque observantia mea erga Maiestatem Vestram prompta et syncera clarior sit, credo Maiestatem Vestram recenti tenere memoria, me ante susceptum imperium domui Maiestatis Vestre bene et pro voto eiusdem servivisse et post cladem illam defletam in Mohacz susceptam electionis tempore Maiestatis Vestre in regem ante alios dominos et barones puro et fideli animo hesisse et favisse, ac constantissime in suscipiendo diademate regio astitisse, quo adepto bonum et fidele consilium regendi habenas imperii Maiestati Vestre prebui. Maiestas Vestra autem volens ecclesiis Dei consulere, quarum prelati in bello ceciderant, me ex ecclesia Agriensi excipiendum et Strigoniensi preficiendum statuit, quam tamen una cum arce post aliquot menses serenissimus rex Ferdinandus, ingentibus copiis regnum hoc ingressus, viribus Maiestatis Vestre et mihi imparibus et ad resistendum non suppetentibus, admotis muro machinis expugnavit et mihi ademit. Sic pro fidis meis erga Maiestatem Vestram obsequiis et Agria olim mea et Strigonio destitutus, nudus quasi et omni ope ac expensis penitus derelictus fui, adeo quod Maiestatem Vestram cum paucis sequi nequierim. Considerans tandem plenum esse periculi, ecclesiam sub manu laica relinquere, adieci animum, ut illam, si quo pacto fieri posset, iterum recuperarem. Divina favente clementia effeci, ut et arx et ecclesia salva et libera mihi regenda redderetur. Tandem cesare Thurcorum regnum ingrediente et Maiestatem Vestram rursus in solio suo regio collocante, Maiestas Vestra citra omnem culpam meam, livore tantum malevolorum meorum mota, cepit mihi gravissime succensere et indignari, adeo quod statu quoque et ecclesia mea destituere me decerneret, nec ullo pacto ab eiusmodi proposito avelli posset, nisi aliunde mihi favore non sine gravi capitis et vite periculo quesito, mitior tandem facta in pristinam gratiam me reciperet, iuramento nihilominus fidelitatis arctissimo a me preter morem regni hactenus servatum exacto. Maiestati Vestre fideliter obsequutus sum, sed cum per occupationem bonorum ecclesie et subtractionem omnium proventuum meorum ad extremam egestatem devenissem, accessit etiam, dum copie Thurcorum, duce Mehmeth beek, ad tutelam regiminis Maiestatis Vestre (ut creditur) adducte essent, varieque et miserabiliter bona ecclesie igni et ferro devastassent et innumeram pene Christianorum multitudinem in fedam servitutem abegissent, ex altera vero parte exercitum quoque Germanorum adversum me et ecclesiam meam accellerare certo agnovissem, pluribus et nuntiis et litteris Maiestati Vestre supplicavi, dignaretur milite et pecuniis opem ferre, ne arx

ad manus hostiles deveniret, quoniam ego omni spe destitutus non sufficerem ad conservationem arcis. Et licet Maiestas Vestra gratiosam semper mihi fecerit relationem, pollicitaque est opem ferre, nihilominus, undecunque id accidit, opitulari non potuit. Ego vero inter tot mala positus adeo tunc gravi decumbebam egritudine, ut mortuo similior quam vivo ab omnibus diiudicarer. Nolens tamen contra sanctissimum dominum nostrum Papam, eiusque sanctam sedem Apostolicam ac iuramentum, quod in consecratione mea prestiti et contra Maiestatem Vestram ac libertates ecclesie facere, cum Francisco Nyary et altero Francisco Gyczy, quos castellanos arcis constitueram, de custodia et conservatione arcis tale pactum firmissimo iuramento eorundem coram personis ecclesiasticis et militaribus tacto manibus sancto evangelio firmatum, certis et honestis conditionibus inieram, ut arx ipsa in omnem eventum apud manus meas salva et libera remaneret. Verum adveniente interea exercitu Germanorum tractante mecum nuntio capitanei supremi de admissione ducentorum peditum in arcem, antea quam nuntio respondissem, castellani, nondum restitutis mihi litteris conditionis pacti initi, contra iuramentum ipsorum, quod firmissimum recens mihi prestiterant et contra promissionem, quam fecerant, me ignorante et invito ac in lecto decumbente circiter quadringentos pedites in arcem admiserunt, quos destitutus ego et servitoribus et sanitate, si etiam quantumcumque voluissem, expellere non fuit possibile, ex quo gravissime egritudini mee tam acerbissimus meror accessit, ut nocte sequenti per dimidiam fere horam mortuus mihi et aliis visus sum, adeo ut omnes sensus et memoriam perdiderim. Sic res cum Germanis in arcem receptis acta est. Quod si quis Maiestati Vestre in alium finem interpretatur, non recte de me iudicat. Supplico Maiestati Vestre, domino meo gratiosissimo, nolit verbis eorum aures fidemque adhibere, quin potius gratia et favore solito me fidelem et obsequentissimum capellanum suum amplecti et gratia sua fovere. Novit Maiestas Vestra me voluntati sue nunquam et nusquam defuisse, prestiti quod optimus quisque prelatus prestare debuit. Reliqua dicet is nuntius meus, qui Maiestati Vestre presentes restituet, cuius verbis ac mihi fidem facere dignetur. Me et servitia mea fidelia Maiestati Vestre commendo. Ex arce Strigoniensi ultimo die Februarii anno Domini 1531.

Eiusdem Vestre Serenissime Maiestatis

humilis servitor et fidelis capellanus
Paulus
Archiepiscopus Strigoniensis m. p.

Kívül: Sacre Regie Maiestati Hungarie, Dalmatie, Croatie etc. Domino meo gratiosissimo. — *Ezalatt más, de egykorú kéztől:* Erzbyschoff zu Gran an Janusch.

Egy ív papir három oldalán, pirosviasz zárópecséttel; csak az aláírás a prímásé. — *Bécsi cs. és kir. házi stb. levéltár: Hung. 1531. II. 27.*

Közli: Bunyitay Vincze.

113.

Boroszló, 1531 márczius 2.

Névtelen tudósítás a vajda (János király) mozgolódásáról, s hogy a törökök és lutheránusok együtt és egyszerre szándékoznak támadni; Laszki is nem a béke kedvéért ment Törökországba.

Ex literis cuiusdam datis Vratislavie secunda Martii 1531.

Preterea significo vobis confidenter, mihi a quodam secrete dictum esse, qui paucis comitatus huc venit: qualiter Turcus per medium Waywode cum insigni quadam persona in Polonia facit unam practicam secretam, que ex eo loco latius ibit usque in Germaniam et specialiter usque ad duos [*kitörülve:* hansones] viros; et quod inducie trimestres et id etiam, quod Hieronymus de Lasco sub colore tractande latioris pacis ad Turcum profectus fuerit, non nisi ex mera fraude fiant, eoque res tandem ducatur, ut et Turci et Lutheranorum valida et repentina irruptio et impetus uno, eodemque tempore fiant; interim vero serenissimus Rex Romanorum semper in spe conficiende pacis alatur et distineatur. Similem quoque practicam in Moravia vigere et exinde latius proserpturam.

Maius császári titkár írása. Más kéztől a lap szélén: non à copier, non envoié. — *Bécsi cs. és kir. házi stb. levéltár: Hung. 1531. III. 14.*

Közli: Bunyitay Vincze.

114.

Székesfejérvár, 1531 márczius 16.

Szaniszló székesfejérvári prépost előre figyelmezteti az összegyülendő karokat és rendeket, hogy csak akkor bízhatnak országuk felszabadításában, ha egy szívvel-lélekkel ragaszkodnak ahhoz a királyhoz, kit egyhangulag választottak, t. i. Jánoshoz. Kéri továbbá, hogy gondoskodnának az elpusztított székesfejérvári egyház helyreállításáról s elrablott javainak visszaszerzéséről.

Reverendissimi, Spectabiles... Relatum est mihi proxime iam elapso die nonnullos ex Dominationibus V., qui in Babolcha con-

venerant, quod faustum, felixque sit exordium, universos dominos, prelatos, proceres et barones cis Danubium adusque conterminos Germanie ac in regnis Sclavonie ac Croatie existentes per litteras vestras fecisse convocari, dietamque in oppido istius ecclesie mee Belawar ad Dominicam Letare proxime venturam promulgari, quo pro pio, sancto et salubri opere vehementer gratulatus sum... Quod si divine miserationis pietate concordiam stabiliveritis ac sincero corde et affectu, habentes pre oculis non privatum, sed publicum commodum, in pium et clementissimum dominum nostrum, dominum Joannem Regem Hungarie uno voto et suffragio per Dominationes Vestras et alios regnicolas totius regni electum et coronatum affectus vestros (si qui videlicet hactenus utcunque aliter ex Dominationibus Vestris sensissent vel a Sua Maiestate defecissent) sincere declinaveritis: magna et ingens erit fiducia recuperande libertatis regni et pacis, quamque concesserat.

— — — — — — — — — — — — — — —

Ecclesiam Albensem plurimis donariis tum a Sancto Rege Apostolo nostro et vestro, tum a suis successoribus, ac proavis et parentibus Vestrarum Dominationum donatam fuisse: apertissime tenetis. Lucebant in ea citra intermissionem lampades variis in locis subfixe, sonabat templum totum ab aurora adusque horam undecimam, fumabant altaria lucernis succensis, frequens aderat ministrorum tam clerorum *[így]*, quam aliorum numerus; nunc vero Sanctus Rex, qui depilata barba pauperibus concertantibus elargiri elemosynam solebat, in cunctis bonis et possessionibus ecclesie Albensi donatis depilatus est, unde iam cuncta divina silere, nisi Dominationes Vestre aliter inde consuluerint, compelluntur; lucerne iam ferme extincte sunt, rectoratus altarium quasi desolati, rarus clerus: obsecro igitur et peto Dominationes Vestras, attentissime, velint eedem de remissione bonorum istius ecclesie salubrius consultare, ne templum hoc sanctum ab Apostolo vestro Sancto Stephano divino dicatum officio, in quo eiusdem Sancti Regis et aliorum Sanctorum Regum extant reliquie et sepultura, nidi passerum sit receptaculum... Ex Alba feria quinta proxima post festum Beati Gregorii Pape anno Domini millesimo quingentesimo tricesimo primo.

servitor
Stanislaus
Prepositus Albensis etc. m. p.

Kívül: Reverendissimis, Spectabilibus ac Magnificis et Egregiis universis et singulis Dominis Prelatis, Baronibus in proximo con-

ventu in oppido Belawar pro Dominica Letare celebrari indicto constitutis et existentibus, Dominis et amicis plurimum observandissimis et honorandissimis.

Egy ív papirosnak három oldalán, piros zárópecsét maradványaival; csak az aláírás a prépostê. — *Bécsi cs. és kir. házi stb. levéltár: Hung. 1531. III. 33.* (Egész terjedelmében kiadva: *Fraknói Vilmos,* Magyar Országgyűlési Emlékek. I. 365—369.)

Közli: BUNYITAY VINCZE.

115.

Esztergom, 1531 márczius 18.

Várday Pál érsek újra felszólítja a selmeczbányai tanácsot, hogy kutassa fel a városukban levő lutheránusokat és a kik tévedéseiket vissza nem vonják, azokat megkötözve Esztergomba küldjék.

Prudentibus et circumspectis viris iudici et iuratis ac consulibus civitatis Sebniciensis dominis et amicis nobis honorandis. Prudentes et circumspecti Amici nobis dilecti. Scripseramus ad vos anno proxime preterito, debito officii nostri pastoralis ita exigente, ne a veritate evangelica doctrinisque apostolorum discedere deberetis: qui sanguine suo fidem nostram christianam redemptoris nostri Ihesu Christi ac sacrosanctae catholicae Ecclesiae vestigia imitantes conservarunt, et nobis viam ad aeternae beatitudinis premia consequenda demonstrarunt, neve variis et peregrinis demoniorum doctrinis, hoc est, sectae lutheranae, quae toto orbe christiano pro heresi reputata et condemnata est, adherere deberetis. Renuntiaveratisque tunc nobis medio notarii vestri et per alios quosdam insignes concives vestros, nihil prorsus heresis huiusmodi hactenus inter vos pullulasse, neque in posterum pro virili vestra ullatenus pullulari sinere, quod a vobis tunc grato et iucundissimo admodum animo acceperamus. Nunc tamen diversa longe de vobis cum gravissimo cordis nostri dolore intelligimus: relatum namque est, sectam illam pestiferam et blasphemam publicitus de novo inter vos vires et incrementa sumpsisse atque triumphare, sacerdotes quoque spurcissime sub pretextu matrimonii contra ritus et sanctiones sanctorum patrum, sanctaeque Romanae Ecclesiae fornicari, aliaque sexcentum eiusmodi scandala in religionem christianam in dies committi et patrari, quae res quantum nobis moeroris et angustiarum secum adtulerit, soli deo omnipotenti et conscientiae nostrae palam est: quare rogamus et hortamur amicitias vestras denuo, committimusque vobis in virtute salutaris obedientiae fir-

missime, quatenus, mox acceptis presentibus, diligentissime per totam ipsam civitatem vestram universumque illius territorium per probos et vere catholicos viros de heresi huiusmodi sectae lutheranae condemnata, siqui infeliciter infecti invenirentur, inquiri faciatis, et si qui inventi abominationem huiusmodi coram populi multitudine perpetuo abiurare, detestari et abominari nollent, hos omnes vinctos compedibus, manibus huius officialis nostri, qui presentes vobis reddet, ad nos deportandos dare et assignare velitis et alia quoque, quae nomine nostro in hanc rem vobis agenda dixerit, exequi curabitis, quos bene valere optamus. Ex Arce nostra Strigoniensi, die decimo octavo Martii Anno Domini 1531.

Paulus
Archiepiscopus Strigoniensis,
manu ppa.

Eredetije Selmeczbánya város levéltárában. Fasc. XXV. Kiadva *Breznyik:* A selmeczbányai ág. ev. egyház és lyceum története. I. 65—67.

Közli: Dr. Karácsonyi János.

116.

Esztergom, 1531 márczius 18.

Várday Pál érsek újra felszólítja a körmöczbányai tanácsot, hogy nyomozza ki, kik városukban a lutheránusok s a kik tévedéseiket vissza nem vonják, azokat megkötözve küldje Esztergomba.

Prudentes et Circumspecti Amici nobis dilecti. Scripseramus ad vos anno proxime preterito stb. — *Az előzővel szóról-szóra egyező levél.*

Eredetije Körmöczbánya város levéltárában. f. 1. Nr. 33.

Közli: Dr. Timon Ákos.

117.

Brünn, 1531 április 1.

Ferdinánd király titkárának, Majus Jánosnak a tornai főesperességet adományozza s beiktatását és az esperesség jövedelmeinek kezéhez való adását elrendeli.

Ferdinandus etc.

Egregie fidelis dilecte. Contulimus honorabili fideli nobis dilecto Johanni Maio, secretario nostro, archidiaconatum ecclesie

de Torna, Strigoniensis diocesis, per obitum ultimi et immediati eiusdem possessoris Thome Datar vacantem, quem cum per eundem Maium propter longa, grata, fidelia et utilia servitia, que nobis et sacre huic corone prestitit et adhuc prestare non desinit, pacifice et quiete possideri et administrari velimus, eapropter fidelitati tue harum serie committimus et mandamus omni serio et studio, ut statim receptis presentibus et non expectatis aliis litteris seu iussionibus nostris, nostra auctoritate et potestate tibi in hac parte attributa et concessa, dicti archidiaconatus possessionem realem et actualem nomine prefati Johannis Maii intres, adipiscaris et apprehendas ac prefato Johanni vel procuratori suo legitimo in illius administratione et colligendis proventibus quibuscumque ad eum de iure et ab antiquo spectantibus omni auxilio et favore nostri causa efficaciter contra quoscunque assistere debeas et tenearis. Secus sub obtentu gratie nostre non facturus. Datum Brunne prima Aprilis 1531.

Ex[pedite].

Fogalmazat egy nyolczadív papir egyik oldalán. — *Bécsi cs. és kir. házi stb. levéltár: Hung. 1531. IV. 9.*

Közli: Bunyitay Vincze.

118.

1531 április 3.

Zsófia mazoviai herczegnő, néhai Báthori István nádor özvegye, Alsó- és Felső-Kochán birtokot tartozékaival együtt a varasdi ferenczrendűeknek visszaadja oly feltétel alatt, hogy ha valamikor el akarnák adni, csak neki vagy maradékainak adhassák el.

Nos Capitulum Ecclesie Chasmensis memorie commendamus tenore presentium significantes, quibus expedit, universis, quod cum nos ad instantem et legittimam petitionem illustris domine Sophie ducis Masoviensis etc. relicte spectabilis et magnifici quondam domini Stephani de Bathor, alias palatini Regni Hungarie etc. ad audiendam et nobis suomodo referendam infrascriptam fassionem duos ex nobis, videlicet venerabiles magistros Michaelem de Marthon Pathaka et Jacobum organistam, fratres et concanonicos nostros duxissemus destinandos, qui tandem exinde ad nos reversi nobis unanimiter retulerunt eo modo. Qualiter ipsi sabbato ante Dominicam Palmarum proxime preteritam ad civitatem Warasdiensem et per consequens claustrum religiosorum fratrum ordinis Sancti Francisci in eadem civitate Warasdiensi et comitatu similiter Waras-

diensi sub nomine et titulo Sancti Johannis Baptiste constructo existens accedentes, ibique iam fata illustris domina Sophia coram ipsis personaliter constituta sponte et libere dixit et confessa est in hunc modum. Quod licet alias serenissima domina Maria regina Hungarie vidua etc. eidem illustri domine Sophie duci etc. suisque heredibus et posteritatibus universis totales possessiones Also et Felsew Kochan vocatas unacum castro et civitate Warasdiensi omnino in comitatu ipso Warasdiensi existente et adiacente pro fidelibus suis servitiis jure perhennali donaverit et contulerit, in quarum pacifico et quieto dominio eadem illustris Domina Sophia dux etc. a tempore huiusmodi donationis usque in presentiarum perstitisset: tamen ex quo prefati fratres dicti ordinis Sancti Francisci in pretacto claustro commorantes ipsas possessiones suas esse dicunt, ac semper ad ipsos et dictum claustrum eorum pertinuisse allegant, et super eisdem possessionibus Also et Felsew Kochan appellatis optimum ius habere se asserunt, ob hocque et ideo pretacta illustris domina Sophia dux etc. considerans presentium rerum mutabilitatem, cupiens terrestria in thesauros celestes commutare sibique eterne beatitudinis locum preparare, predeclaratas possessiones Also et Felsew Kochan simulcum cunctis ipsarum utilitatibus, fructuositatibus et pertinentiis quibuslibet... memoratis fratribus ordinis Sancti Francisci in prenominato claustro sub nomine Sancti Johannis Baptiste in dicta civitate Warasdiensi fundato pro tempore commorantibus presentibus scilicet et futuris remisisset et relaxasset, dedissetque et contulisset, imo remisit et relaxavit, deditque et contulit coram prenominatis fratribus et concanonicis nostris iure perpetuo et irrevocabiliter tenendas, possidendas pariter et habendas, hoc specifice declarato, quod si prenotati fratres prescriptas possessiones Also et Felsew Kochan temporum in processu tenere nollent, non possent aut recusarent, vel autem forte ipsas possessiones cuipiam a se ipsis et per consequens a dicto claustro eorum vendere et alienare ascribereque vellent et niterentur, extunc easdem prenotate illustri domine Sophie duci etc. et Anne filie eiusdem ex prefato quondam spectabili et magnifico domino Stephano de Bathor progenite sive ipsarum heredibus et nemini alteri iuxta estimationem proborum virorum, quam ipsi super premissis duabus possessionibus protunc semoto omni dolo, timore atque favore alterius partis vel aliorum quorumpiam, solumque Deum et eius iustitiam pre oculis habentes facere debebunt, vendere et ascribere possint, et nec valeant modo aliquali. Ad que premissa firmiter et inviolabiliter observanda prescripti fratres moderni nunc in dicto

claustro degentes se ipsos et ipsorum successores astrinxerunt et obligaverunt similiter coram predeclaratis fratribus et concanonicis nostris. In cuius rei memoriam, firmitatemque perpetuam nos ad fassionem dictorum fratrum et concanonicorum nostrorum presentibus litteris nostris sigillum nostrum autenticum duximus appendendum. Datum tertio die diei fassionis prenotate anno Domini millesimo quingentesimo tricesimo primo.

Et ego Egidius Notarius publicus ac civis civitatis Warasdiensis presentes litteras originales prefati capituli in hanc formam transsumpsi manupropria requisitus et rogatus fideliter peregi etc.

Egyszerű másolat nyiltlevél alakjában, papir. — *Bécsi cs. és kir. házi stb. levéltár: Hung. 1531. IV. 10.*

Közli: Bunyitay Vincze.

119.

Esztergom, 1531 április 4.

Várday Pál érsek felszólítja a körmöczbányai tanácsot, hogy papjaikat az április 23-án Esztergomban tartandó zsinatra küldjék. Ha tévedéseiket beismerik és visszavonják, nem lesz bántódásuk.

Prudentes et circumspecti amici in Christo nobis honorandi. Scripsimus alias quoque pluries Amiciciis Vestris, et rursus hiis proximis diebus, et litteris et internuntiis salubriter Easdem in domino pro debito officii nostri pastoralis cohortati sumus, ut si qua forte labes heresis lutherane undecunque in civitatem istam earundem irrepsisset, illam absque mora et cunctatione evellere, excindere et explodere, ut bonos fideles et integerrimos decet cives, deberent. Et quamvis sepius nobis et litteris et nunciis ad Nos missis Dominationes Vestre testati fuerint, nichil unquam tale, quod sane doctrine et veritati ewangelice, institutis sanctorum patrum adversum extitisset, in civitate ista earum vel a preconibus predicari, vel a populo communi observari, admisisse: nichilominus tamen Nos adversa longe a quibusdam nephariis istic agi, non sine gravissimo cordis nostri dolore audimus. Adiecerunt preterea ad maiorem rei et veritatis dicti eorum certitudinem, paratos se concionatores quoque et plebanos ipsarum parochiales huc ad sinodum pro festo divi Adalberti martiris celebrandam indictam mittere, dummodo tuta et firma eis fiat de immunitate rerum et personarum eorum servandarum assecuratio. Facture sunt in hoc et debito obedientie earum erga sacrosanctam ecclesiam Dei satis, et saluti animarum suarum

rem admodum consentaneam, rogamusque Amicitias Vestras ex animo, ne secus fecerint, sed eos omnino huc ad Nos, ad diem sinodi constitutum mittere velint; interea ab erroribus, si quibus irretiti sunt, abstineant et desistant, tum publice tum privatim. Pollicemur autem hiis nostris omnimodam eis dare et servare immunitatem, dummodo veritatis evangelice sani, fideles et sinceri interpretes et precones observatoresque per Nos aliosque viros clarissimos et eruditos, quos hic nobiscum habemus, reperiantur. Quodsi etiam oberrasse forsitan in aliquo a via veritatis comprehenderentur, modo in posterum ab erroribus eiusmodi resipiscere et ad frugem vite doctrineque melioris sese redituros polliceantur, parati sumus omnem eam quoque culpam errorum praeteriti eis in Domino relaxare et condonare. Et easdem Amicitias Vestras in domino bene valere optamus. Ex Arce nostra Strigoniensi in festo beati Ambrosii episcopi 1531.

Paulus

Archiepiscopus Strigoniensis m. p.

Eredetije Körmöczbánya város levéltárában. F. 1. Nr. 34.

Közli: Dr. Timon Ákos.

120.

Esztergom, 1531 április 9.

Várday Pál esztergomi érsek megfeddi a körmöczbányai tanácsot, hogy vérfertőztető házasságra lépett plébánosukat védik, a gyónást és bőjtöket elhagyták s megparancsolja, hogy a plébánost a Szent-Adalbert-napi zsinatra küldjék.

Prudentes et circumspecti domini, amici nobis honorandi. Accepimus litteras vestras, quas in excusationem et iustificationem vestri ad nos dedistis de vera et sincera fide Christi et sacrosancte matris Ecclesie inter vos servata, rectorisque ecclesie vestre parochialis. Non dubitamus vos voluntatem nostram intellexisse, nos tot scriptis, nuntiis et adhortationibus non aurum, non argentum vel alias res vestras, que caduce sunt, sed salutem animarum vestrarum tantummodo, quorum sanguis ante tribunal iudicii iusti Dei de manibus nostris exigitur, quesivisse et querere etiam inpresentiarum. Et quamvis affirmatis libere, vos nil preter sanam et evangelicam doctrinam, et etiam rectores ecclesiarum vestrarum inter vos admisisse aut recepisse: utinam excusatio vestra huiusmodi sit vera, et ita se habeat, uti scribitis, et Deus omnipotens eum spiritum in

corda vestra inspiret, ne res aliter se habeat, quam scribitis. Nobis tamen longe contraria feruntur, et ex litteris vestris constat aperte, plebanum vestrum publice matrimonium sacrilegum et incestuosum contraxisse, contra canones Apostolorum et sanctorum patrum concilia atque instituta, que iubent presbiteros ab uxoribus prorsus abstinere. Propter quod plebanus vester sententiam maioris excommunicationis heresimque damnatam manifeste incurrisse dinoscitur, quem, quoniam vos non nescii tanti flagitii et sceleris eius, inter vos pro pastore vestro fovetis et conservatis, censemini proculdubio socii ac participes criminis et penarum ipsius plebani. Miramur vehementer de prudentia vestra, quod plebanum vestrum fidum et legalem verbi Dei concionatorem esse asseveratis, qui in legem Dei viventis et sanctorum patrum statuta delinquit. Accedit etiam, quod confessionem sacrosanctam inter vos eversam intelligimus, que potior penitentie pars est, et etiam ieiunia sanctissima, authore Christo Yhesu instituta ad molem vitiorum nostrorum eliminandam, similiter explosa esse, que omnia, quum directe verbis dominicis et canonibus apostolicis ac sanctorum patrum institutis, cerimoniisque ecclesiasticis pugnent et adversantur, hortamur vos et requirimus per viscera misericordie Domini nostri Yhesu Christi, ut ab hiis erroribus et heresum falsis dogmatibus desistatis omnino, et antiquis conciliis ac statutis sacrosancte Romane ecclesie vos conformetis, plebanumque vestrum et concionatorem ad sanctam synodum in festo divi Adalberti[1] martyris nunc celebrandam ad recognoscendum doctrinam et eruditionem eius huc ad nos mittatis, qui si idoneus et fidelis verbi Dei concionator, uti scribitis, repertus fuerit, postquam vobis gratus est, parati sumus [eum] rursus ad vos pro rectore ecclesie vestre remittere, ablegata tamen prius a se concubina illa incestuosa, quam contra legem Dei scelerate sibi copulavit, fedissimeque ea in hunc diem abusus est, et penitentia salutari accepta cum absolutione a censuris ecclesiasticis, quas propterea incurrit. Credimus autem vos non latere nos semper[2] vobis favisse tanquam amicis, deinceps quoque quicquid pro commodo, quiete, statu, honore, salute denique vestra facere possumus, sumus paratissimi quoscunque labores subire. Verum si heresis aliqua in medium vestri irrepsit, ut fertur, iterum vos hortamur tanquam in Christo filios, abiuretis et removeatis a vobis. Nam debitum pastoralis officii nostri cogit vos sollicitos esse tamdiu, donec labes illa

[1] Az eredetiben tollhibából: Adaberti.
[2] Az eredetiben: senper.

Lutheriana de medio vestri exterminabitur, et nisi ipsam abiurabitis, oportebit nos (quod non libenter faceremus) auxilium Regie Maiestatis implorare, vel ut sic ad veterem ritum et disciplinam sancte Romane ecclesie in omnibus servandam revocabimini, blasfemosque et sacrilegos istos concionatores vestros a vobis penitus ablegetis. Et bene valete. Ex Arce nostra Strigoniensi in festo pasce, Anno Domini M.D.XXXI.

Paulus
Archiepiscopus Strigoniensis m. p.

Eredetije Körmöczbánya város levéltárában. Fasc. 1. Nr. 35.

Közli: Dr. TIMON ÁKOS.

121.

Kolozs-Monostor, 1531 április 19.

Gesztrágyi Ábrahám mérai birtokos oda való Istenkeleti nevű erdeje egy részét az ottani Szent-Miklós-plébániai templomnak ajándékozza.

Abraham de Gesztrágy, possessor in Méra, unam silvae suae partem ecclesiae parochiali s. Nicolai donat.

Eredetije a szent Erzsébetről nevezett kolozsvári elaggott szegények háza levéltárában. Fasc. A. Nr. 7. Közölve *Jakab Elek:* Kolozsvár története. Oklevéltár I. 371.[1]

122.

Veszprém, 1531 május 2.

Szalaházy Tamás egri püspök, kir. kanczellár értesíti Oláh Miklóst dunántúli egyházi javainak állapotáról.

— — — In negotiis Dominationis Vestrae quicquid praestare potuimus, praestitimus; fuit apud nos his diebus capellanus eiusdem, obtulimus illi omnem operam et auctoritatem nostram; possidet Dergÿcze et illas possessiones D. V. nostris vicinas. Ut dominus Valentinus Therek remitteret bona, quae occupavit, hactenus adduci non potuit, apud quem quantum possimus, vel hinc D. V. considerare potest, quod omnes nostras in Simigio possessiones variis exactionibus adeo exhausit, ut multi aufugere coacti sint;

[1] Később, 1533 márczius 16-án, az *egész* erdőt «ob spem et devotionem speciales, quas erga beatum Nicolaum pontificem semper ab antiquis temporibus habuit et gessit habetque de praesenti et gerit» a mondott templomnak ajándékozta. *Jakab E.* id. m. és h. 378.

multi ne panem quidem habent ad manducandum: hoc modo tractato toto fere Simigio, Nitriam una cum coniuge, liberis et rebus omnibus se contulit. Reliquit capitaneum in Simigio dominum Lenghyel; forte apud hunc melius agi de recuperatione bonorum D. V. poterit. Nos nihil omittemus, quod praestare poterimus. — — — Vesprimii 2. Maii 1531.

Valamivel később (a kelet hiányzik) ugyanezen tárgyról és a tapolczai apátságról a következőket írja Oláh Miklósnak: Monachus etiam ille Thikoniensis post nostrum a Vesprimio discessum capellanum D. V. cepit ac mulctavit, bonaque D. V. occupavit. Arbitramur ea rursus per Choron nostrum recuperata esse. Nam ut id faceret, ei commiseramus. Abbatiam de Thapolcza nunc unus, nunc alter possidet; tenetur nunc ab illis de Dyosghyer, sed parum defenditur, bona eius dicuntur plurimum esse desolata. Si Cassoviam, quemadmodum constituimus, proficisci poterimus, providebimus abbatiae illi, prout melius fieri poterit; defensionem nos suscipiemus, caeterum proventus eius V. D. esse patiemur.

Oláh Miklós levelezése. 128. 129.

123.

Prága, 1531 május 7.

Ferdinánd király szomszédvári Désházi Istvánnak szigorúan meghagyja, hogy a zágrábi főesperességnek az ő birtokairól járó tizedet és negyedet senkinek másnak, hanem csakis Majus Jánosnak adja ki.

Ferdinandus etc. Magnifico fideli nostro Domino Stefano Deshazi de Somsedwara, consiliario nostro gratiam regiam et omne bonum. Per alias nostras tibi commisimus, ut decimas et quartas ex Cathedraliatu Zagrabiensi de bonis tuis solvi debendas nemini solveres aut consignares, quam honorabili fideli nobis dilecto Johanni Maio secretario nostro, cui dictum Cathedraliatum die prima mensis Augusti anni 1529 gratiose propter eius merita et servitia continua, que nobis exhibere non cessat, contulimus. Sed hoc neutiquam factum fuisse, sed te ad aliorum importunam instantiam nonnulla eis solvisse accepimus. Volentes autem priori commissioni nostre plene satis fieri et prefati secretarii nostri indemnitati omnino caveri, tue ob id fidelitati strictissime committimus et mandamus, ut omnes et singulas decimas et quartas vel alias cuiusvis nominis collectas de predictis bonis tuis ad prefatum Cathedraliatum de iure et ab antiquo solvi debendas a tempore, quo

eidem Maio de hoc Cathedraliatu provisum est, tam decursas quam de cetero decurrendas prefato Johanni Maio vel procuratori suo legitimo et nemini alteri singulis annis rependere debeas et tenearis, non respiciendo quorumcumque aliorum super iis quamcunque etiam iussionem aut commissionem, etiam per nos antea factam, quin etiam hoc facto omnem eam summam, quam eidem Maio solves, tanquam bene solutam et expositam tibi in computis tuis locari et recipi et a nullo prorsus impugnari curabimus. Mandantes ideo spectabilibus et magnificis Johanni Torquato comiti Corbavie ac Francisco de Bathyan comiti comitatus Castriferrei, regnorum nostrorum Dalmatie, Croatie et Slawonie banis, eorumque vicebanis, presentibus et futuris ac honorabili Petro Rippach et quibuscunque aliis regnicolis et subditis nostris tam ecclesiasticis quam secularibus ubicumque existentibus, qui per presentes nostras litteras seu earum fidedignum exemplum requisiti fuerint, quatenus te in solutione hac decimarum et quartarum vel collectarum quocumque nomine vocatarum et ad dictum Cathedraliatum ab antiquo solvi debentium prefato Johanni Maio vel procuratori suo et nemini alteri facienda nihil inquietent, molestent aut perturbent, neque te hac solutione pro tempore tam presenti quam futuro eidem Maio facta ullatenus aggravent aut ad iteratam solutionem adigere presumant, sed te iuxta expressam et seriosam hanc voluntatem nostram liberum et quietum esse sinant, in quantum indignationem nostram gravissimam voluerint evitare. Presentibus perlectis exhibenti restitutis. Datum Prage 7 Maii 1531.

Legfelül : Deshazj.

Fogalmazat egy félív papir két oldalán. — *Bécsi cs. és kir. házi stb. levéltár: Hung. 1531. V. 17.*

Közli : BUNYITAY VINCZE.

124.

Sempte, 1531 május 12.

Thurzó Elek kir. helytartó kéri Oláh Miklóst, hogy a miskolczi plébániáról káplánjának, Soklyóssy Lászlónak javára mondjon le.

— — — — — — — — — — — — — — —

meminit Dominatio Vestra, quod alias quoque loquuti sumus D. V. de negotio plebaniae de Miskolcz, quae, ut D. V. non ignorat, fuit capellano etiam nostro, videlicet magistro Ladislao de Soklyos, canonico ecclesiae Posoniensis collata, quod D. V., cum alioquin non indigeat in praesentia eiusmodi beneficio, amicitiae nostrae

causa plebaniam illam eidem capellano nostro dare, remittere et resignare curaret; protraxit tamen D. V. id ipsum usque in hoc tempus; et cum quidam Martinus presbyter, qui D. V. in ea plebania vicem gessit, iam sit vita functus et plebania illa careat suo moderatore: rogamus D. V. plurimum et ex animo, velit amicitiae nostrae causa plebaniam iam dictam capellano nostro praescripto remittere et resignare. Si D. V. in hoc nobis (sicut non dubitamus) morem gesserit, habeat sibi pro persuaso, quod rebus suis et accessionibus omnibus ita favebimus, ut recompensa illi vicissim conferamus. Exspectamus in hoc ita nobis responderi, ne videamur hoc exiguum negotium non potuisse tantis precibus nostris consequi. Cupimus D. V. feliciter valere. Ex arce nostra Sempthe feria sexta proxima ante dominicam Rogationum 1531.

Oláh Miklós levelezése. 133.

125.

Esztergom, 1531 május 16.

Várday Pál esztergomi érsek tizedei egy részét Trencsén vára ellátása- és fentartására, Katzianer János hadvezérnek 1500 forintért bérbeadja.

Magnifice Domine, amice nobis honorande. Venerat ad nos, nomine Magnificentiae Vestrae, egregius D. Andreas, capitaneus castri Comaromiensis, rogans nos in persona eiusdem diligentius, ut decimas nostras anni presentis cultelli comitatus maioris Nitriensis eidem M. V. pro usu et conservatione castri Trenchiniensis in arendam dare vellemus. Et licet alii quoque domini, puta magnif. D. Thurzo et Franciscus de Rewa, pro decimis eisdem ipsis arendandis apud nos egerint sintque singulares amici nostri, quorum desideriis non respondere, non satis officiosum esset: nihilominus pro singulari M. V. erga nos et ecclesiam hanc nostram benevolentia et humanitate, et antea saepe ostensis et in futurum quoque ostendendis, parati sumus eidem, in quo possumus, correspondere et districtus Wihel, Cheythe ac Zakolcza, in comitatu eodem existentes, eidem pro florenis mille et quingentis arendare. Qui quidem districtus alias flor. 1600 arendari solebant, nunc autem, quia in districtu praesertim Wihel aliquid damni, non tamen magni momenti, per Turcos illatum fuit, ex eo pro minori summa D. V. exarendamus. Et quoniam expensis ad praesens supra modum necessitati sumus: optamus, ut Eadem dimidium saltem summae praescriptae ex nunc nobis remittat. Pro residuo vero parati sumus Eandem ad

festum Purificationis B. V. M. proxime adfuturum expectare. Districtum vero Baymotz domino Thurzoni, et Nagh Thapolchan domino Francisco de Rewa, quia petendo praevenerant, et ne frustra apud nos pro decimis eisdem egisse videantur, arendavimus. Habeat itaque arendam M. Vra, ut dimidia saltem summa arendationis huiusmodi infra 15 dierum spatia, a die datarum praesentium computanda, nobis omnino remittatur. Pro residuo autem debiti mittat Eadem litteras suas obligatorias, secundum formam et tenorem copiae litterarum arendae praesentibus introclusarum. Et Eandem bene valere optamus. Ex arce nostra Strigoniensi, feria tertia proxima ante festum Ascensionis Domini, anno Eiusdem 1531.

Paulus
Archiepiscopus Strigoniensis m. p.

Kívül: Magnifico Dno Joanni Kothzyanner, Equiti aurato et Consiliario R. Mattis, nec non Carinthiae Capitaneo supremo, Dno et amico observandissimo.

Balthasaris Adami *Kercselich* De regnis Dalm. Croat. Sclavon. notitiae preliminares. Zagrabiae (év n.). 370. l. *Katona*, XX. 747.

126.

Veszprém, 1531 május 19.

Choron András értesíti Bakics Pált, a kir. sereg kapitányát, hogy Szaniszló fejérvári prépost felszólította a veszprémi káptalant, küldene tagjai közül kettőt a fejérvári gyűlésre; továbbá, hogy Fejérvárott minden szállás le van foglalva a János király embereinek számára és hogy Erdődi Péter is kijöve Szlavóniából.

Magnifice Domine... Quod conventus Albensis sit certum, Stanislaus literatus, qui ad presens prepposituram Albensem gubernat, ammonebatque dominos capitulares Wesprimienses, ut duos ex ipsis in ipsam conventionem eligerent Albensem; non tamen eos nos dimisimus, quamvis vocabat eos sub pena damni gravissimi. Et inde creditur, quod conventio illa omnino futura est.

Venerat etiam huc quidam magister Matheus canonicus Albensis, qui per Vestram Magnificentiam captus fuit, qui dicit, dicunt alii etiam, quod Albe omnia hospitia essent distributa Dominis Johannistis; dicit etiam, quod vellent celebrare quandam conventionem specialem usque ad quindecim dies duraturam...

Dicunt etiam, quod et Petrus Erdewdi exivisset de Sclavonia et volebat ad hanc dietam Wesprimiensem *[így]* venire... Datum

in castro Wesprimiensi feria sexta proxima post festum Ascensionis Domini anno eiusdem 1531.

servitor paratissimus
Andreas Choron.

Kívül: Magnifico Domino Paulo Bakyth Capitaneo gentium levis armature Regiae Maiestatis, Domino nobis observandissimo.

Egy ív papír két oldalán, zöld zárópecsét nyomával. — *Bécsi cs. és kir. házi stb. levéltár: Hung. 1531. V. 61.*

Közli: Bunyitay Vincze.

127.

Gyula-Fehérvár, 1531 június 4.

Az erdélyi káptalan kéri a beszterczei tanácsot, mint a lekenczei plébánia kegyurát, hogy, ha Sándor erdélyi kanonok és lekenczei plébános e plébániáról testvére, Mihály javára lemond, abba beleegyezzen.

Prudentes et circumspecti viri, domini et amici nobis honorandi, salutem et nostri commendationem. Venerandus dominus Joannes Alexander, frater et concanonicus noster et plebanus de Lekencze, longa iam detentus aegritudine in duabus ecclesiis, videlicet hac Albensi et in illa Lechniciensi divino cultui satisfacere non potest, sed necesse est eum iam de cetero in hac ecclesia permanere et residere. Propterea rogamus domin. vestras ex fiducia, quod si idem dominus Alexander illam plebaniam suam, quam hactenus possedit, voluerit resignare huic honorabili magistro Michaeli fratri suo, extunc domin. vestrae, quae in ipsa eadem plebania ius patronatus habent, velint intuitu nostri huiusmodi resignationi acquiescere, locum dare ac consensum praebere benivolum. Et nos quoque suo tempore parati sumus domin. vestris complacere. Quas et bene valere optamus. Datum in loco nostro capitulari in festo sanctae Trinitatis, anno Domini 1531.

Capitulum ecclesiae Albensis Transylvanae.

Kívül: Prudentibus ac circumspectis viris iudici et iuratis civibus necnon toti communitati civitatis Bistriciensis, dominis et amicis nobis honorandis.

Eredeti, papirra írt levél, sárga viaszpecséttel. Besztercze város levéltárában.

Közli: Dr. Karácsonyi János.

128.

Gyula-Fehérvár, 1531 június 5.

Statileo erdélyi püspök levele Beszterce tanácsához a fentebbi ügyben.

Prudentes et circumspecti amici nobis dilecti. Salutem et felicitatem. Cum magister Alexander canonicus ecclesiae nostrae Albensis, plebanus oppidi Lekencze, iam sit homo debilis et maturae aetatis et non possit simul satisfacere cultui divino in hac ecclesia nostra Albensi et providere animabus ipsius oppidi Lekencze, consulimus eidem, ut provideret de aliquo probo et idoneo presbytero, qui possit et valeat saluti animarum ipsius oppidi commode providere. Ipse autem volens satisfacere conscientiae suae et consilio nostro, elegit quendam fratrem suum presbyterum probum, idoneum et sufficientem virum, cui ipsam plebaniam de Lekencze resignare vellet. Cum autem intelligimus ius patronatus conferendi ipsam plebaniam fore in manibus vestris, rogamus vos, ut si contingeret, ipsum magistrum Alexandrum ipsam plebaniam fratri suo resignare, velitis cessioni et resignationi ipsius consentire. Quod vobis in maioribus omni amicitia recognoscere volumus. Et bene valete. Ex Alba feria secunda post festum s. Trinitatis 1531.

Joannes Statilius
episcopus Transsilvanus, consiliarius regiae maiestatis etc.

Kívül: Prudentibus et circumspectis iudici et iuratis consulibus civitatis Bistriciensis, amicis nobis honorandis.

Eredeti, papirra írt levél vörös viaszpecséttel. Beszterce város levéltárában.
Közli: Dr. KARÁCSONYI JÁNOS.

129.

Pozsony, 1531 június 5.

Bakon Tamás győri dékán-kanonok panaszos jelentése a pozsonyi káptalan előtt arról, hogy Bakics Pál Győrött három harangot darabokra zúzatott s nevezett kanonokot arra kényszerítette, hogy e darabokat Pozsonyba szállítsa s itt egy ágyúöntéssel foglalkozó rézöntőnek átadja.

Nos Capitulum ecclesie Posoniensis etc. quod honorabilis magister Thomas Bakon dictus de Nagh Baráthy canonicus ecclesie Jaurinensis, decanusque venerabilis capituli eiusdem ecclesie Jaurinensis suo proprio ac ipsius capituli ecclesie Jaurinensis nominibus et in personis nobis per modum protestationis significare curavit in hunc modum: quomodo tempore incendii et cremationis ecclesie eorum Jaurinensis due magne campane remansissent, quarum alte-

rius particula parva duntaxat per ignis voraginem absumpta fuisset, denique in tertia campana mediocri ecclesie parochialis Sancti Stephani Prothomartyris de civitate Jaurinensi *(itt valami kimaradt),* quas egregius Paulus Bakith, gubernator episcopatus predicte ecclesie Jaurinensis per serenissimum principem et dominum dominum Ferdinandum... constitutus in portiones confringi, atque ad currus levari et ad hanc civitatem Posoniensem adferri fecisset, prenotatumque capitulum ad id, ut ipsum magistrum Thomam Bakon, decanum eorum cum ipsis portionibus confractarum campanarum transmitteret, ipseque magister Thomas Bakon, decanus ipsius capituli in adventu earundem huc veniendo interesse et advectoribus comes viarum esse deberet, — tam ipsum capitulum ecclesie Jaurinensis, quam dictum magistrum Thomam, canonicum, decanum, ut premittitur, eiusdem capituli, coegisset et adstringxisset. Ipse vero magister Thomas, canonicus et decanus, non sponte, sed ob metum tyrannidis, prefati Pauli Bakith scilicet, et dictum capitulum ecclesie Jaurinensis similiter metus causa assentientes, promissione *(így)* cum predictis advectoribus in adductarum prescriptarum portionum eris campanarum advectarum interfuisset, et ex iussione predicti Pauli Bakith ipse magister Thomas manibus providi Wolfgangi, bombardifusoris in hac civitate Posoniensi degentis et in fusione bombardarum laborantis assignasse. Quid autem ex illo ere campanarum confractarum confici pretendatur? prementionati domini protestantes ignorarent; sed iis valde preiudiciosum fuisset et esset imputandum. Ad cuius quidem magistri Thome Bakon canonici et decani protestationem, ac aliorum, quorum supra, nominibus factam, presentes literas nostras protestatorias superinde duximus concedendas. Datum feria secunda proxima post festum Sanctissime Trinitatis anno Domini millesimo quingentesimo trigesimo primo.

Egyszerű másolat. *A M. T. Akadémia kézirattára: Történelem. Oklevéltár. Ivrét. 14. sz.*
Közli: Bunyitay Vincze.

130.

Prága, 1531 június 9.

Ferdinánd király értesülvén arról, hogy a tinnini püspök a tapolczai (topuszkai, Zágrábm.) apátság bor- és gabona-tizedét bérbe adni szokta, arra kéri a püspököt, hogy azokat Thurn Erasmus kapitánynak adja illendő áron bérbe.

Episcopo Tininiensi.

Ferdinandus etc. Devote, Dilecte. Intelleximus quod decimas tam vini quam frumentorum abbatie de Toppolcza, quam in com-

mendam obtines, ex districtu oppidi nostri Bihigiensis quotannis provenientem arrendare aut alicui locare soleas. Cum autem nostra et regni istius non parum intersit, idem oppidum et eius incolas propter assiduas Thurcarum irruptiones ab ulterioribus damnis et periculis, quorum non modicam hucusque partem subierunt, quibus fieri potest mediis eximi et preservari, subinde vero non parve securitati et commoditati cedere, quin etiam quocumque irruptionis obsidionisve casu accidente magna commoditas exinde prefato oppido eiusque munitioni et presidiis obvenire possit, si capitaneo aut officiali nostro ibidem agenti locentur: Devotionem itaque tuam affectuose requirimus et hortamur, ut attenta premissorum ratione iustaque et necessaria petitione hac nostra pro omni patrie ac oppidi istius utilitate decimas huiusmodi egregio, fideli, nobis dilecto Erasmo de Turri, capitaneo nostro Bihigiensi pro pretio competenti et eo, quo aliis illas arrendare solebas, locare seu dimittere velis, teque in iis ita erga nos exhibeas, sicut te ipsum pro tua in nos observantia et obsequendi promptitudine haud dubie facturum esse confidimus, nostram in eo bene gratam executurus voluntatem. Datum Prage 9 junii 1531.

Fogalmazat egy félív papir egyik oldalán. Más, ez évi okiratok szerint a püspök neve: András. — *Bécsi cs. és kir. házi stb. levéltár: Hung. 1530. VI. 16.*

Közli: Bunyitay Vincze.

131.

Szepes-Váralja, 1531 június 12.

Gölthchen Máté szepesváraljai biró és Clementis András esküdt a szepesi káptalan előtt a maguk és az egész község nevében panaszt emelnek Eperjesi (Kunsch) Mátyás plébánosuk ellen, hogy az istenitiszteletet elhanyagolja, kellő számú segédlelkészeket nem tart és tanításával a híveket botránkoztatja stb.

Protestatio Varaliensium contra Mathiam de Eperies plebanum eorundem.

Nos Capitulum ecclesie Scepusiensis memorie commendamus per presentes, quod prudentes et circumspecti viri Mattheus Gölthchen iudex et Andreas Clementis iuratus civis oppidi Waralÿa vocati, nostram personaliter venientes in presentiam, in sua ac totius communitatis predicti oppidi Waralÿa personis nobis per modum protestationis significare curarunt in hunc modum: Quod, quamvis transactis annis tota communitas dicti oppidi Waralÿa honorabilem magistrum Mathiam de Eperies communi voto in plebanum et pastorem animarum suarum elegerint, ut eos sana doctrina divine

Scripture et monitis christiane plebecule necessariis pasceret, cultumque divinum et ministros Ecclesie, in ecclesia parrochiali beatissime Marie Virginis olim observari solitos, tenere et observare deberet et faceret, ad quorum omnium premissorum observationem idem Mathias plebanus tempore collationis plebanatus sese obligaverat, tamen idem Mathias plebanus postposita sua promissione et obligatione cultum divinum ministrosque Ecclesie hucusque minime, sicut decebat, observari fecit et neque nunc facit, de doctrinaque sua multo magis plures scandalizati sunt, quam aliquam bonam et salubrem informationem receperunt. Cum vero iidem cives Waralienses protestantes cultum divinum ministrosque Ecclesie deficere et animas misere plebecule vacillare conspicerent, ad domum plebanatus Waraliensis accessissent et dum eundem magistrum Mathiam plebanum monitis mitibus admonuissent et hortati fuissent, ut cultum divinum, sicut promiserat, observari faceret et a doctrina communi plebecule pestifera et nociva desisteret: tunc idem Mathias plebanus, nescitur quo spiritu ductus, immemor honoris sui et totius communitatis oppidi Waralÿa, eosdem cives verbis iniuriosis, vituperiosis et contumeliosis et minis affecisset, et iudicem eorundem bilinguem et verborum suorum instabilem esse dixit, in preiudicium et derogamen honoris totius communitatis valde magnum. Unde facta huiusmodi protestatione iidem Mattheus iudex et Andreas Clementis iuratus nos debita cum instantia petiverunt, ut nos litteras nostras superinde testimoniales eisdem dare et conferre dignaremur. Nos itaque iustis et legittimis petitionibus eorundem inclinati, presentes litteras nostras sigilli nostri munimine roboratas iuris eorundem ad cautelam duximus concedendas. Datum feria secunda proxima post festum Sacratissimi Corporis Christi, anno Eiusdem Millesimo Quingentesimo Tricesimo primo.

Szepesi káptalani országos levéltár. Prothocolon ab anno 1522 . . . alias Nr. II. Index I.

Közli: Dr. Timon Ákos.

132.

Prága, 1531 június 21.

Ferdinánd király meghagyja a pozsonyi tanácsnak, hogy Haller Jánost a ferencziek kolostorában pénzverőhelynek berendezett szobákért szorítsa fizetésre s egyáltalán kimélje meg a kolostort idegen beszállásolástól.

Ferdinandus etc. Fidelibus nostris prudentibus et circumspectis iudici magistro civium, ceterisque iuratis civibus civitatis

nostre Posoniensis, salutem et gratiam. Ex supplicatione religiosi fratris Prioris monasterii beate Marie Virginis in civitate ista nostra Posoniensi existentis intelleximus, quemadmodum Joannes Haller a Priore prefati monasterii habitationes nonnullas pro cussione monete conduxisset, pro quibus mensibus singulis etiam aliquam pecuniam eidem solvere promisisset, nunc tamen recusaret, ac solutionem verbis dummodo quibusdam prolongaret. Supplicavit nobis idem Prior, ut de solutione eidem gratiose providere dignaremur. Fidelitati vestre harum serie firmissime committimus et mandamus, quatinus acceptis presentibus, dum et quotienscunque per Priorem aut fratres prefati monasterii cum presentibus fueritis requisiti, eo tunc ipsum Joannem Haller ad solutionem eiusmodi per remedia quecunque opportuna cogere et compellere debeatis. Ceterum accepimus displicenter, quod Monasterium prefatum a devotissimis condam Christianis, sumptibus non exiguis erectum per frequentissimos hospites, qui per vos imponuntur, desolaretur. Quare volumus et fidelitati vestre mandamus, ut imposterum prefatum monasterium et fratres (non tantum?) immunes ab quibuscunque hospitibus habere, verum etiam defendere et protegere modis omnibus teneamini. Aliud nullo modo facturi. Presentibus perlectis exhibenti restitutis. Datum Prage feria quarta proxima ante festum Nativitatis beati Joannis Baptiste. Anno domini Millesimo Quingentesimo Tricesimo primo.

Ferdinandus m. p. (L. S.) *Wylaky.*

Eredetije papiron, zárlatán a nagypecséttel, Pozsony sz. k. város levélt. Lad. 38. fasc. 1. Nr. 27. Közölte *Fabritius Károly:* Történelmi Tár 1881. évf. 245. l.

133.

Prága, 1531 június 23.

Turzó Elek kir. helytartó újra kéri Oláh Miklóst, hogy a miskolczi plébániáról Soklyóssi László javára lemondjon.

Reverende domine, amice nobis honorande! Credimus D. V. esse nostri iam factam immemorem. Quandoquidem post eius cum reginali Maiestate discessum nihil litterarum a D. V. accepimus, quamvis non ignoramus, D. V. non praetermisisse ad alios scribere; forsan non fuisset alienum, si etiam ad nos aliquid rerum novarum scripsisset. Expectamus id quod hactenus neglectum est, litterarum frequentia resarciri. Caeterum scimus D. V. comper-

tum esse, quamdiu magister Ladislaus Soklyossi capellanus noster nobis inservit, supplicavit, ut cum D. V. plebaniam de Miskolcz nunc habeat, nec unquam in illius possessionem se conferat, cum maiora D. V. habeat beneficia, virtuteque sua in dies ad ampliora provehatur, pro illius plebaniae resignatione eidem fieri partes nostras apud D. V. interponeremus. Proinde cum servitiorum ipsius magistri Ladislai non vulgaris apud nos habeatur respectus, rogamus D. V. plurimum et ex animo, velit amicitiae nostrae causa plebaniam iam dictam capellano nostro praenominato libere resignare. Si unquam nostra opera D. V. indiguerit, propenso animo in rebus suis id D. V. rependemus et gratificabimur. Sperat capellanus noster authoritate nostra id a D. V. se consequuturum, quod optat; nos quoque arbitramur indubie, quod in hac re exigua apud D. V. repulsam non patiemur, quam cupimus feliciter valere. Pragae in vigilia beati Joannis Baptistae, Anno Domini 1531.

Oláh Miklós levelezése. 135.

134.

Szepes-Váralja, 1531 június 26.

A szepesváraljai hívek második panasza Kunsch Mátyás plebánosuk ellen, hogy parochiáját szó nélkül elhagyta s noha három káplánt kellene tartania, mindössze egyet hagyott hátra.

Protestatio Waraliensium secunda.

Nos etc. Memorie commendamus per presentes, quod prudentes et circumspecti Matheus Gölthchen iudex et Martinus Suttor cives oppidi Waralÿa, in sua ac totius communitatis prescripti oppidi Waralÿa personis nostram personaliter venientes in presentiam, nobis per modum protestationis significare curarunt in hunc modum: Qualiter honorabilis magister Mathias plebanus predicti oppidi Waralÿa, non curatis fide, honore et humanitate suis, verum postposita conscientia, obligatione et promissione sua, Deo et toti communitati eiusdem oppidi debita, preter omnem scitum et absque voluntate et consensu totius communitatis, ne puero quidem minimo id sciente, ab ecclesia Beate Marie Virginis in predicto oppido fundata furtim, clam et occulte recessisset et sese absentasset, et eandem ecclesiam cultu divino et officiis ecclesiasticis, ut decebat, omnino bene provisam in errore et desolatione reliquisset, ministrosque ecclesie, puta capellanos, per quos ecclesiastica sacramenta populo

fideli administrari debebant, ubi tres fovere tenebatur, excepto uno, neminem reliquisset, in preiudicium et derogamen honoris ecclesie B. Marie Virginis ac totius communitatis dicti oppidi Waralÿa valde magnum. Unde facta huiusmodi protestatione, predicti Matheus Gölthchen iudex et Martinus Suttor nos cum instantia rogaverunt, quatenus nos litteras nostras eisdem superinde dare et conferre dignaremur. Nos itaque presentes litteras nostras sigilli nostri impressione munitas eisdem duximus concedendas, communi iustitia requirente. Datum feria secunda ante festum Visitationis Beatissime Marie Virginis Anno Dni 1531.

Szepesi káptalani országos levéltár. Prothocolon ab anno 1522 . . . alias Nr. II. Index I. fol. 61[a].

Közli: Dr. TIMON ÁKOS.

135.

Szepes-Váralja, 1531 július 14.

A szepesváraljai hívek harmadik panasza Kunsch Mátyás plébánosuk ellen, a miért a tizenhárom szepesi város grófja és birái előtt, a kik őt a lengyel király rendeletének meghallgatása végett maguk elé hivatták, megjelenni vonakodott.

Protestatio Waraliensium tertia.

Nos etc. Memorie commendamus per presentes, quod prudentes et circumspecti Ambrosius Flesser iuratus et Franciscus Notarius, cives oppidi Waralÿa vocati, in sua ac totius communitatis prescripti oppidi Waralÿa personis nostram personaliter venientes [in presentiam], nobis per modum protestationis significare curarunt in hunc modum: Qualiter cum ipsi istis transactis diebus ad requisitionem prudentum et circumspectorum Emerici Feÿler, comitis tredecim civitatum Regie Maiestatis Polonie, necnon iudicum earundem in terra Scepusiensi existentium, ad litteras eiusdem Regie Maiestatis preceptorias, per magistrum Mathiam plebanum Waraliensem allatas [audiendas] in predicto oppido Waralÿa insimul congregati extitissent: tunc prefatus Emericus comes, nolens pretactas litteras Regie Maiestatis in absentia alterius partis legi et interpretari facere, duos ex coassessoribus suis, videlicet predictos iudices de Lewbiczia et Olazÿ, pro prescripto Matthia plebano misisset eique authoritate et mandato Regie Maiestatis sibi in hac parte attributa et concessa nunciasset, quod ipse ad audiendas et percipiendas litteras Regie Maiestatis prescriptas, per eum modo premisso allatas, venire deberet. Ipse vero Mathias plebanus, ductrice

protervia, contumacia et superbia sua solitis, cum nimio furore eisdem dominis iudicibus taliter respondisset: Quia, inquit, ego cum comite vestro et iudice ac iuratis oppidi Waralÿa nichil agere habeo, iccirco venire nolo. Et sic ipse Mathias plebanus, spretis litteris Regie Maiestatis et hortatione predicti comitis et coassessorum suorum, nequaquam venire et comparere voluit, in preiudicium et derogamen honoris litterarum Regie Maiestatis Polonie et comitis iudicumque tredecim civitatum et tandem iudicis, iuratorum ac totius communitatis oppidi Waralÿa valde magnum. Unde facta huiusmodi protestatione prefati Ambrosius Flesser et Franciscus Notarius nos debita cum instantia rogaverunt, quatenus nos litteras nostras superinde testimoniales... Datum feria sexta proxima post festum Beate Margarethe Virginis et Martyris 1531.

Szepesi káptalani országos levéltár. Prothocolon ab anno 1522 . . . alias Nr. II. Index I.

Közli: Dr. Timon Ákos.

136.

Schweidnitz, 1531 július 20.

Szerződés Henckel János boroszlai kanonok, schweidnitzi plébános és a schweidnitziek között.

Eyn Erbar Radt hot sich mit dem achtbarrn hochgelertyn hern Doctorj Johanne Henckel, thwmherrn zcu Bresslau vnd item alhier pfarrherr zcur Schweidtnicz, ornlichen vortragin, was belanget den schangk fremdis byers hie wff seinem hoffe, alzo das er vor seyn hawss ond gemeyne pristerschaft awss gonst vnd zwlaissunge mag habin zcuvorthuen alle vierczentagk fwnff virtel bresslichs ader sust fremdis byer, das macht in zcwei vnd fwnffzcig wochyn aber eyn jar vber hundert vnd dreissig virtil vnd nicht mehr zcuvorschengkyn, welchis item genannter her Doctor vnd pfarher vor seyne person gutwillig vnd dangkbar hot angenohmen vnd sich des vnd nicht meher zcuvorhaldin vorsprochyn. Actum 20. die mens. Julij. Anno 1531.

A schweidnitzi «Stadtbuch» az 1531. esztendőhöz. Kézirat Schweidnitz városa levéltárában. Közölte dr. *Bauch* G. a Tört. Tár 1885. évf. 523. l.

137.

Szepesváralja, 1531 augusztus 6. és 7.

Jegyzőkönyv Kwnys Mátyás szepesváraljai plébános életére, erkölcsére, egyházellenes nyilatkozataira vonatkozó tanúvallomásokról.

Attestatio contra Mathiam Plebanum Waraliensem.

Nos Capitulum ecclesie Scepusiensis memorie commendamus per presentes, significantes quibus expedit universis, quod generosi ac egregii domini Johannes Catpanowsky Lwblawiensis et Nicolaus Kwnsky Podoliensis vicecapitanei, item prudentes et circumspecti Emericus Feyler comes tredecim civitatum et omnes iudices earundem coram nobis pariter constituti, sponte et libere confessi sunt et retulerunt in hunc modum: quod, cum ipsi in festo Transfigurationis Domini novissime preterito ad literarium mandatum spectabilis ac magnifici domini Petri Kmytha de Wysnycze, supremi marsalkii regni Polonie etc. in presentia venerabilium magistrorum Eustachii Vicarii, Martini de Lwpky et Jacobi de Lewbiczia sociorum et concanonicorum nostrorum per litteras antefati domini Petri Kmytha marsalkii ad id specialiter petitorum et vocatorum pro discutiendis et audiendis causis et controversiis inter venerabilem magistrum Mathiam plebanum seu parochum Waraliensem et prudentes ac circumspectos iudicem, iuratos ac totam communitatem eiusdem oppidi Waralia motis et suscitatis in oppidum Waralia insimul congregati fuissent: tunc ibidem in domo iudicis Waraliensis prefati venerabiles, generosi ac egregii, prudentesque et circumspecti viri auditis allegationibus, depos[iti] onibusque et responsis partium ambarum, testibusque fidedignis per dictos iudicem et totam communitatem Waraliensem (per prescriptum vero Mathiam plebanum nullis testibus ob eorum carentiam) coram eisdem productis, talem de vita et moribus, doctrinaque prefati Mathie plebani in presentia sua, facie ad faciem eidem plebano dicentibus, resciverunt certitudinis veritatem, ut sequitur:

Quia plebanus Waraliensis quilibet capellanos tres fovere tenetur, qui missas et ecclesiastica sacramenta populo fideli administrare debeant, ipse plebanus iam ab anno citra vel ultra non plures, nisi unum capellanum fovet, et neque divina officia, sicut moris est, antiquitus peragere fecit, sed pluries[ ] dum itaque per totam communitatem Waraliensem hortaretur ad ea perficienda, ad que ipse sese tempore collationis plebanatus iureiurando adstrinxit,

ipse in convicia lapsus, dixit iudicem eorum esse bilingvem, bipartitum et verborum suorum instabilem.

Item tempore collationis plebanatus sui omnes decimas minores, puta caseum et g[allinas] quibus omnes sessionati homines, habentes vaccas et gallinas, plebano tenentur, dixit se nolle habere, quia non essent de iure divino; nunc vero, quia sibi non dabantur, ecclesias[ ] puta baptismum, introductionem puerperarum et alia civibus Waraliensibus negavit, pueri infirmi manserunt inbaptisati usque triduum, puerpere vero de ecclesia repulse co[acti] sunt tertia die redire ad introductionem. Item quidam pauper homo[ ] vacca, caseo et gallinis, pro caseo coactus est dare plebano catulum unum.

Item, sepius est auditus dicere in concione, missas, matutinas, vesperas, offertoria et[ ] bona opera, ut orationes, esse blacterationes, et non esse de necessitate salutis; ipse, sicut docuit, ita et fecit. Nunquam enim orat horas canonicas, neque orare ad matutinas sepius pulsatum est, sed nulle matutine dicte s[ ] quod communis populus eius exempla et doctrinam imitans, parum qui[ ] eidem plebano offert, et nescit, quo se vertat miserum genus mortalium.

Item, auditus est dixisse cum contemptu et despectu patrum religiosorum, quod Sanctus Franciscus, Dominicus, Augustinus et alii Sancti Doctores, columne ecclesie, essent in inferno et quod doctrina eorum ficta est et falsa; preterea dicit Summum Pontificem, Vicarium Christi, nullius esse aucthoritatis et potestatis, nec iura et excommunicationes suas valere.

Item, idem plebanus in concione dixit, ecclesiam filialem Beati Michaelis Archangeli, que in cimeterio Waraliensi sita est, esse prostibulum et speluncam latronum et meretricum.

Item, quidam honorabiles Martinus plebanus de Ryhnova, qui fuit capellanus plebani Waraliensis et religiosus frater Sigismundus, Prior monasterii Waraliensis, qui in carentia capellanorum vices capellani in divinis officiis gessit apud plebanum, ad conscientie ipsorum puritatem ac salutem animarum suarum, legitime citati et per prefatos arbitros diligenterque examinati et interrogati, fassi sunt uniformiter: Plebanum Waraliensem usum fuisse carnibus, arvina et butiro in quadragesima, quodam enim die, circa medium quadragesime, ipse dominus Martinus capellanus existens, vidit cocam plebani mundantem caput vituli et scapulas porcinas, et cum eam interrogasset, quid cum carnibus facere vellet? illa subiunxit: vos — inquit — capellani si corpus vituli comedistis, certe et caput vituli comedetis; et sic ipsi capellani esum carnium abominantes, alii a plebano recesserant, alii autem coacti sunt sibi apud bonos

homines in oppido de tabula providere. Interdum vero etiam ignorantes comederunt caules cum arvina distillata et in caulibus reperta sunt frusta de lardo; dum autem comederunt ad saturitatem, ipse plebanus cahinando eis detraxit. Item, idem plebanus in die Parascheves trinies comedit ova cum butiro.

Item, in profesto Purificationis beatissime Marie Virginis novissime preterito idem Martinus capellanus sese a tabula plebani absentavit eo, quod habebat ieiunium in pane et aqua, quem ipse plebanus interrogans: cur se a tabula sua absentasset? ille, ut erat, dicebat, se habere ieiunium et votum vovisse, vita sua durante vigiliam beate Virginis Marie in pane et aqua ieiunare. Ille autem plebanus respondit: cui — inquit — Marie ieiunas? Ille ait: huic, que Christum Dominum genuit. Tunc Plebanus: est — inquit — et fuit meretrix, sicut et alia mulier, et est in infimo inferni, sicut et omnes sancti vestri; si ipsam vel ipsos veneraveris, unacum ipsis in fundum inferni detruderis. Similiter de *Salve Regina* interrogatus: cur in ecclesia sua ante initium misse Salve Regina etc. decantare non permitteret? ille dixit: non esse opus decantare meretrici *Salve,* quia non movetur, sed potius loco *Salve* Responsorium *Ingressus Pilatus* etc. Hec omnia in presentia fratris Sigismundi idem plebanus ad Martinum capellanum dicere habuit, sicut et idem frater Sigismundus fassus est.

Idem frater Sigismundus quodam die celebrata missa in ecclesia Marie Virginis, intravit curiam plebani ad prandium, et cum per plebanum interrogaretur: quam missam perfecisset? De Beata Virgine — inquit. Et ille plebanus: de illa meretrice — ait. Aderant autem mater et soror plebani in quadragesima, appositis autem assatura, pullis et avibus, ille frater Sigismundus surrexit de mensa. Cum autem interrogaretur: quare abiret? ille dixit: esse ieiunium et non posse uti carnibus. Ille subiunxit: diabolus — inquit — instituit ieiunium et non Deus; nihil est ieiunium et nullum est; comede quitquid habet domus.

Sepissime auditus est dicere in concione, quod orationes divine, ieiunia, confessiones et alia pia opera nihil sunt; et sicut ritus est christianis in quadragesima ante festum Pasce confiteri et communicare, ipse plebanus dixit: Boni — inquit — filii, etiamsi confessi et communicati non fueritis ante festum Pasce, poteritis comedere carnes in festo Pasce et postea potestis confiteri quando vultis, puta circa festum Georgii, Jacobi et Martini, quia confessioni non est terminus statutus. Cuius doctrinam imitantes citra centum homines, cives Waralienses, confiteri noluerunt, cumque

interrogarentur, quam ob causam confiteri nollent? dixerunt illi: sese sic esse a plebano eorum edoctos. Et nisi providentia iudicis Waraliensis et comitis tredecim civitatum ad confessionem coartati fuissent, timendum erat, ut inconfessi et incommunicati carnes in festo Pascatis manducassent.

Item, ex quo cives Waralienses pro maiori parte sunt Poloni et Sclavi, tenebatur plebanus ipsis fovere predicatorem seu concionatorem sclavum, sicut moris erat antea; ipse vero nullum fovere vult, imo quos habere posset, cum contumelia repellit, ex quo eandem sectam profiteri nolunt, quam ipse plebanus.

Item ab eo tempore, quo ipse magister Mathias plebanus est effectus, ex quadam domo et molendino, more aliorum plebanorum, predecessorum suorum, nunquam solvit censum Regie Maiestatis, cum tamen sit adstrictus, et communitas oppidi Waraliensis coacta est suis propriis pecuniis pro eodem plebano solvere censum Regie Maiestatis in gravamen ipsorum manifestum.

Item, adhuc obligatur ecclesie Beate Marie Virginis florenos centum, quos ipse mutuo et sub spe future restitutionis recepit; preterea toti communitati tenetur florenis viginti novem et ad sepissimam requisitionem civium Waraliensem solvere renuit.

Item, ab eo tempore, quo in plebanatum intravit, nunquam solvit censum monacho Waraliensi de quodam molendino, cum tamen per predecessores suos semper solutus est et tenentur solvere ratione fundationis.

Item, de coca plebani compertum est et manifestissimum, eam habere virum legitimum a septem annis, et virum mulieris fuisse apud dominum Vicarium Scepusiensem et conquestum fuisse lachrimantibus oculis plebanum Waraliensem fovere uxorem suam, nec eam sibi velle restituere, que quanta impudica est tum factis, tum verbis toti constat terre Scepusiensi. Nam ipse plebanus istis annis per eam contra statuta oppidi Waraliensis vinum educillari et propinari faciens, habuit quosdam externos hospites equites curiales, cum quibus hec mulier litigabat, illi autem hospites ira commoti domum plebani, que in medio oppidi sita est, incenderunt, et non multo post binies reliquie eiusdem domus, que de priori incendio remanserant, in toto ex incuria coce et familie plebani combuste sunt, et parum abfuit, quin totum oppidum incineraretur, cuius vestigia flamme apparent usque in hanc diem.

Quibus fassionibus prenarratorum venerabilium, generosorum et egregiorum, prudentumque et circumspectorum virorum diligentissime per nos exauditis, postremo et finaliter iidem exhibuerunt

et presentarunt nobis quasdam litteras universitatis nobilium terre Scepusiensis testimoniales, sub sigillo eorundem confectas, petentes nos debita cum instantia, ut nos easdem transscribi et transsumi, presentibusque litteris nostris inseri facere dignaremur. Nos itaque iustis et legitimis petitionibus eorundem inclinati, infrascriptas litteras transscribi et transsumi, presentibusque litteris nostris de verbo ad verbum sine diminutione et augmento aliquali inseri fecimus, quarum tenor talis est:

Nos universitas nobilium comitatus et terre Scepusiensis recognoscimus per presentes, quod domini iudex cum iuratis ac universa communitas oppidi Waralia nostram mittentes in presentiam, postulaverunt a nobis ipsis dari testimonium nostrum super vita et moribus magistri Mathie Kwnys, plebani eorum; nos moti eorum iustis petitionibus, fatemur nos a plerisque audivisse, ab his scilicet, qui presentes ex ore eius audiverunt, quod castissimam Christi Domini genitricem et ceteros Dei Sanctos abominando et nefando con[ ] blashpemiaque affecisset; honorem sanctorum, ieiuniorum observationem nihilipendisset et alia pleraque, que religioni christiane prorsus contraria sunt, et dixisset et fecisset; preterea carnes in quadragesima manifeste comedit, sacellum Sancti Michaelis prostibulum nuncupasset. Super his itaque presentes litteras nostras damus iustitia postulante et religione ipsa exigente. Datum in Waralia ex nostra congregatione generali in festo Transfigurationis Domini, anno eiusdem 1531.

Super quibus fassionibus prenarratorum venerabilium, generosorum, egregiorum, prudentumque et circumspectorum virorum coram nobis modo suprascripto factis nos tandem litteras nostras sigilli nostri munimine roboratas, memoratis iudici, iuratis ac toti communitati oppidi Waralia testimoniales, iurium ipsorum ad cautelam, communi iustitia requirente et religione christiana exigente, duximus concedendas. Datum feria secunda post prescriptum festum Transfigurationis Domini, anno eiusdem supradicto.

Az üres helyek [ ] a lapszélek avultsága vagy rongyollottsága miatt olvashatatlanok. — *Szepesi káptalani országos levéltár: Protocol. II. 1522. alias Nr. 2. Fol. 62—3.*

Közli: Bunyitay Vincze.

138.

1531 augusztus 8. előtt.

(Normann) János pilisi apát kéri a királyt, hogy csákányi majorjából Erdődy Benedeket, ki azt elfoglalta és visszaadni vonakodik, ha a pozsonyi prépost felszólítására nem hajlik, Zalay János által kiűzesse és neki visszaadassa; továbbá kéri, hogy a biztonság végett Pozsonyba vitt templomi ékszerek azon részét, mely György egykori budai városi titkár kezébe került, temploma számára visszafoglaltassa.

Serenissime Rex, Domine Domine mihi clementissime. His temporibus elapsis supplicavi Maiestati Vestre pro quadam villa mea Chakam *(így)* vocata, quam quidam Hussero *(így)* Benedictus Erdeudy nomine tenet, nec illam mihi restituere voluit per litteras Maiestatis Vestre. Nunc iterum supplico Maiestati Vestre: ut velit ex sua innata gratia domino preposito Posoniensi committere, ut et scribat litteras mandatorias domino Joanni Zalay, ut illum eiciat de dicta villa mea et quidquid dampni mihi et pauperibus intulit, iure mediante ad satisfaciendum compellat, non expectato alio Maiestatis Vestre mandato.

Ceterum Serenissime Rex, certa clenodia ecclesie mee ex timore Thurcarum Posonii *(így)* portaveram et quidam Georgius aliquando secretarius civitatis Budensis petivit dicta bona a Maiestate Vestra et bonam partem accepit, videlicet quatuor calices cum patenis, thuribulum deauratum valde antiquum cum thurrifitio et cocleari, ampullas argenteas satis magnas, coclearia argentea septem cum furca deaurata; omnia ista ponderant decem et septem marcas et lot. septem. Quare Serenissima Maiestas Vestra Regia dignetur dare litteras preceptoriales patentes, ut ubicunque dictus Georgius repertus fuerit, compellatur ad restitutionem; vel potius Maiestas Vestra committat camerariis Regni Hungarie, ut illa bona ab illo accipiant et ad solutionem pauperum Hispanorum adtribuant; non mihi grave erit, suo tempore Maiestas Vestra poterit satisfacere ecclesie combuste. Relationem gratiosam a Maiestate Vestra expecto.

Eiusdem Maiestatis Vestre

humillimus servitor et capellanus

Frater Joannes

Abbas Pelisiensis.

A kérvény két pontjának mindenikéhez külön, egykorú kéz odajegyezte:

fiat ut petitur 8 Augusti 1531.
Chakany.
fiat ut petitur 8 Augusti 1531. In presentia Regis.
Reicherstorffer.

Egy félív papir egyik oldalán kelet és pecsét nélkül, de a két lapszéli jegyzet úgy kelte idejét, mint hitelességét megállapítja. — *Bécsi cs. és kir. házi stb. levéltár: Hungarica. 1531. aug. Nr. 7.*

Közli: BUNYITAY VINCZE.

139.

Lincz, 1531 augusztus 14.

Ferdinánd király jelenlétében folytatott tanácskozás megállapodásai az esztergomi érsek meghívásának és a pápai nuntius mikénti fogadásának tárgyában.

Negotium Strigoniensis.

Quia vocando R. Archiepiscopum, ut veniat, forsitan timebit: ut fiat salvus conductus ei et mittatur ad cautelam Dominationi Sue Reverendissime.	Fiat, tamen ad petitionem Reverendissimi Domini Nuntii, ne Rex videatur assensisse antequam ad instantiam Domini nuntii.
Petantur ab eodem honesta et possibilia, ne videamur inhiare potius bonis quam honestati etc.	Petuntur indubie.
Quicquit promittetur per Maiestatem suam, subscribatur propria manu et sigilletur.	
Fiant littere Domino Nuntio, in quibus Maiestas sua det potestatem agendi ei et dicat, se habiturum ratum et firmum quicquit per eundem Nuntium fuerit factum, iuxta tamen formam articulorum eidem nuntio concessorum.	
Si capitula iuxta notulam conceptam obtinuerit et perfecerit, Rex gratiose consentiet et ratificabit.	
Scribantur littere Viennam ad Rectores, si qua re predictus Nun-	Fiat.

tius indigeret, ut ei sint fautores et auxiliatores.	
Item ad Dominum Tursonem vel alios, ad quos Maiestas Sua iudicabit fore scribendum, ut requisiti a Domino Nuntio faciant, que videbuntur necessaria.	Fiat.
Item littere scribantur passus aperte ad omnes et singulos etiam in aliis terris Maiestatis Sue, per quas ei transire contigerit, ut de comitiva, si opus est, eidem Nuntio provideant, et dentur in bona forma et favorabiliter.	Fiat in bona forma.
Et si quam aliam rem putabit Sua Maiestas, decere Dominum Nuntium, faciat et exequatur pro arbitrio Sue Maiestatis.	Ultra hec nihil superest.
Linczii 14 Augusti 1531. Actum in presentia Regis.	

Fogalmazat egy félív papir egyik oldalán. — *Bécsi cs. és kir. házi stb. levéltár: Hung. 1531. VIII. 21.*

Közli: BUNYITAY VINCZE.

140.

Lincz, 1531 augusztus 15.

Ferdinánd király az azelőtti napon tartott tanácskozás értelmében Várday Pál esztergomi érseknek a nuntius kérésére szabadmeneti levelet állít ki.

Salvus conductus pro Strigoniensi.

Ferdinandus. Cum Reverendus in Christo pater Dominus Vincentius Archiepiscopus Rossanensis, Nuntius Apostolicus cum potestate legati a latere ad nos destinatus ad Reverendum in Christo Patrem Dominum Paulum de Warda Archiepiscopum Strigoniensem etc. proficisci et nonnulla suo nomine cum eo tractare habeat, nosque ipsius Archiepiscopi Strigoniensis securitati ad singularem prefati Reverendi Domini Nuntii instantiam et petitionem apud nos ea de re factam omnino cautum et prospectum esse volentes, harum serie prefatum Archiepiscopum Strigoniensem affidavimus et assecuravimus, eique salvum et securum ac plenum et amplum

conductum nostrum dedimus et concessimus, sicuti affidamus et assecuramus eundem in verbo nostro regio et sub fide publica atque etiam damus et concedimus per presentes, ita quod libere et secure ad prefatum Reverendum Dominum Archiepiscopum Rossanensem cum quinquaginta quibuscumque vel minus personis in loco utrique eorum placito in regno nostro Hungarie vel archiducatu Austrie, vel confinibus eorum ubilibet constituto accedere, venire et cum ipso, ea que utrique eorum ac tamdiu, quamdiu eis vel alteri eorum visum fuerit, tractare, rebusque utriusque vel alterutrius eorum confectis vel infectis, quum ei placuerit, cum suis ad loca sibi tuta et commoda redire valeat et possit absque alicuius, quicumque fuerit, impedimento aut contradictione; mandantes idcirco et districte precipientes universis et singulis regnorum et dominiorum nostrorum quorumcunque subditis et officialibus quibuscunque, cuiuscunque status, gradus, ordinis, auctoritatis, conditionis aut preeminentie existant, sub indignatione nostra gravissima, quatenus prefatum Archiepiscopum Strigoniensem vigore huius nostri salviconductus libere et tuto ad prefatum Reverendum Dominum Archiepiscopum et Nuntium ire, proficisci et rebus suis confectis vel infectis ac quum sibi libitum fuerit recedere et ad loca sibi secura et commoda redire sinant et permittant, eumque et suos nihil prorsus impediant, molestent aut perturbent, in quantum premissam et alias penas pro arbitrio nostro infligendas maluerint evitare. Harum testimonio litterarum sigilli nostri impressione munitarum. Datum Linzii 15. Augusti 1531.

Ex [pedite].

Fogalmazat egy félív papir egyik oldalán ; megvan nyiltlevél alakban is «B. C. (Bernardus Cless) Cardinalis, Tridentinus» ellenjegyzéssel, de a király aláírása és pecsétje nélkül. — *Bécsi cs. és kir. házi stb. levéltár: Hung. 1531. VIII. 21. és 22.*

Közli : Bunyitay Vincze.

141.

Szász-Besztercze, 1531 augusztus 17.

Özvegy Moldner Péterné végrendelete.

In nomine Domini Amen. Anno a nativitate Eiusdem millesimo quingentesimo tricesimo primo, feria quinta post festum Assumptionis intemerate Virginis Marie, que fuit decimaseptima dies mensis Augusti, hora secunda post meridiem, in domo eius propria, honesta et provida domina relicta quondam Petri Moldner

pie recordationis, compos existens rationis, corpore tamen multum debilis et maxima infirmitate circumsepta [ ] meliori, quo potuit, modo nuncupatum testamentum sive ultimam eius voluntatem edidit, ne eius post mortem de bonis per eam relictis, sibique a Deo optimo maximo concessis ulla valeat exoriri discordia, aliquo amicorum seu affinium suorum superveniente. In primis itaque animam suam omnipotenti Deo commendavit, corpus vero in ecclesiam parrochialem ad honorem divi presulis Nicolai Bistricie extructam sepeliendum commisit. Dein vero, ut salus anime scrutetur *(így)*, tres eius domos vendi commisit ac pecuniam ipsam cum ea pecunia, que eidem hereditarie pertinet de domo patris Gaspar Butsch, necnon et vineas, prata, iugera, hortos, octo picarios argenteos, decem et octo coclearia argentea, novem annulos aureos, florenos in quadam cista centum monete parve, item in retinaculo vulgo almeray fl. centum et quinquaginta in auro, item in lecto fl. septuagintaquinque veteris monete, quinque cingulos argenteos, necnon et debita uti infra patebit: omnia hec dicta vendi ac uti melius et salubrius visum fuerit ob salutem anime sue, partim ad decantandas missas, partim ad structuram ecclesie parrochialis iam dicte, tum aliarum ecclesiarum, hospitalis, leprosorum, monialium ac monachorum, tum etiam ad edificationem civitatis, ad erectionem pontium, semitarum et viarum legavit et fideliter exponenda executoribus huius testamenti commisit; reliqua argenteria, contenta in quodam vasculo, ecclesie parrochiali, vel cuipiam fraternitati, ubi plus necesse esse visum fuerit. Item confessori fl. unum, Anthonio Moldner sororio suo schubam meliorem ac picarium similiter meliorem legavit. Consobrine Magdalene fl. 50 monete et pannum vulgo Lyndesch ad conficiendam tunicam. Consobrino vero domino Dominico Langhar schubam, quam quottidie gestabat Petrus Moldner, et fl. 12. Item Catherine Byrbraueryn nigram tunicam, den Czeidell. Coniugi Blasii suttoris pallium nigrum, que et tenetur fl. sex in moneta, pro quibus posuit in pignus aureos sex et pro fl. uno coclear argenteum. Mediam partem omnium suppellectilium stanneorum Anthonio Moldner supradicto legavit; alteram vero mediam partem amicis, affinibus et cognatis, iuxta quod visum fuerit ei necesse esse distribui, commisit. Item dixit se habere monile argenteum extsructum vulgo mit kornn plumen, et cingulum parvum deargentatum, que ad divisionem Sigismundo Lanio et Petro Butsch pertinent. Debitoribus omnibus satisfieri commisit, videlicet domino Jacobo Thummel fl. 17 in moneta, Martino Daum in Budack fl. 8. in auro, Stephano Daum fl. 7 monete. Item pecuniam, quam civitati in summa necessitate

mutuavit, eandem remisit, ea tamen conditione, ut ad structuram civitatis exponatur, ipsique domini consulatus hoc suum testamentum ab omni temerario impugnatore pie defendere velint et dignentur. Insuper dixit esse certa regesta super omnia debita, nempe supra fl. centum et septuagintaseptem in Scheszpurgk, quibus tenentur: Item Valentinus Barth tenetur fl. 22 in moneta, Thomas corrigiator fl. 5 den. 50, relicta quondam Thome sartoris fl. 3 minus den. 4, pro quibus impignoravit coronas duas argenteas, fl. tamen unum eidem condonavit; de debitis Mikeschyn habetur certum regestum. Osvaldus sartor tenetur fl. unum aureum, Gaspar diack fl. unum den. 25, relicta Jacobi Mildth fl. 6 et medium, pro quibus habentur in pignus coclearia tria argentea et picarius argenteus. Item Jacobus filius quondam Michaelis sartoris pro fl. 24 impignoravit nonnulla argenteria contenta in quodam marsupio. Bottosch Laslo quidam nomine tenetur fl. undecim. Dominus Andreas Peuchel ten. fl. 25, iterum fl. 14 vor glosz scheiben, iterum auff geledth fl. 13 cum medio, iterum pro equo fl. 10. Kotthi Simon ten, fl. 1 den. 50. Hec omnia debita iam dicta extorquere iussit, ita tamen, ne homines nimium molestentur, et in pios usus uti supra, ob salutem anime sue distribui et converti legavit. Hospitalensibus, leprosis, monialibus tum ad Beatam Virginem, quum ad s. Crucem, cuilibet vas vini, item vas vini distribuendum pauperibus legavit. Fraternitatibus Corporis Christi, Crucis et Trinitatis cuilibet in solidum fl. decem. Cetera vero bona iam non specificata testamentariis subscriptis reliquit ea exsequi et disponi, prout melius et anime sue saluti convenientius videbitur, atque si qui sunt affines aut cognati, quos pre nimia imbecillitate corporis in specie providere non potuit, commisit, ut infradesignati testamentarii eos provideant, prout melius visum fuerit. Postremo pro huiusmodi sui testamenti sive ultime voluntatis executione facienda, meliori quo potuit modo, nominavit et constitutit certos et indubitatos ac manui sue fideles testamentarios ac ultime voluntatis sue executores circumspectos et providos viros Vincentium pellionem, necnon et Anthonium Moldner, dans eis plenariam authoritatem disponendi, ordinandi et exequendi eius testamentum, ut premittitur, in elemosinam sanctam distribuere et dispensare. Nulli affinium seu amicorum manus eorum audens *(így)* infringere. Acta sunt hec stb.

Et ego Georgius Seraphini, eo tempore vicem gerens notarii Bistriciensis, necnon et rector schole eiusdem civitatis ibidem personaliter constitutus, hec omnia supradicta sic fieri

vidi et audivi et hoc presens testamentum manu mea conscripsi, ob id rogatus, vocatus et requisitus.

Régi másolat a szászbeszterczei városi levéltárban. Közölve *Wittstock,* Beiträge zur Reformations-Geschichte des Nösnergaues. Wien, 1858. 51—53. ll.

142.

Lincz, 1531 augusztus 22.

Ferdinánd király parancsa Bakics Pálhoz, a könnyű fegyverzetű katonaság kapitányához, melyben ismételten szigorúan meghagyja, hogy a győri káptalannak a tizedet és egyéb jövedelmeit, valamint az abdai vámot adja vissza, jobbágyait munkára hajtani, a várost a borárulásban akadályozni ne merje.

Ferdinandus... Romanorum, Hungarie, Bohemie etc. Rex... fideli nostro egregio Paulo Bakith, capitaneo gentium nostrarum levis armature, salutem et gratiam.

Meminimus aliquoties tibi scripsisse, ut decimas Capituli Jaurinensis nullo modo turbares, colonos et subditos ipsorum ad labores contra iura ipsorum non compelleres, omniaque ipsorum bona et proventus quoslibet una cum teloniis ipsorum de Abda eisdem integre restitueres, que tamen hucusque plene ad effectum minime deduxisti, imo contra mandatum nostrum decimas ipsorum nunc quoque de novo occupasti, subditos eorundem ad labores insolitos etiam verberibus compellere non desistis, telonium ipsorum de Abda pro parte maiori occupatum teneres, ac contra civitatis Jaurinensis antiquam consuetudinem et iura eiusdem colonialia inhabitatoribus vinum educillare minime permiseris. Que omnia cum iustitie et iuri dissona per omnia iudicentur ac Maiestati nostre plurimum displiceant, fidelitati tue harum serie rursum committimus seriose: quatenus prefatas decimas et alios quoscunque proventus ipsorum capitularium, una cum telonio ipsorum in Abda existente, eisdem reddere debeas et colonos ipsorum ad labores compellere non audeas, ac a verberibus ipsorum desistas, inhabitatoresque civitatis Jaurinensis vinum et alia vendere permittas; secus non feceris. Presentibus perlectis exhibenti restitutis. Datum Lintz feria tertia proxima ante festum beati Bartholomei Apostoli, anno Domini millesimo quingentesimo trigesimo primo.

Ferdinandus m. p. Pecsét helye. *Wylaky* m. p.

Egyszerű másolat. — *A M. T. Akadémia kézirattára. Történelem. Oklevéltár. Ivrét. 14. sz.*

Közli: Bunyitay Vincze.

143.

Drégelyvára, 1531 szeptember 9.

Várday Pál mentegeti magát Ferdinánd királynál; emlegeti élete veszélyeztetésével tett szolgálatait és kéri a királyt, hogy legyen felőle kedvezőbb véleménynyel, mit hű szolgálataival kiérdemelni igérkezik.

Sacratissime Rex et Domine, Domine mihi Clementissime! Gratiarum devotarum et servitutis mee perpetue humillimam commendationem. Relationem Maiestatis Vestre ex litteris reverendissimi domini Vincentii Pimpinelli archiepiscopi Rossanensis, nuntii apostolici apud Maiestatem Vestram agentis, intellexi, que mihi acerba nimis et tanto principe christiano aliena esse videtur. Serenissime Rex, ego Maiestati Vestre a toto tempore coronationis sue, quo eidem iuramentum fidelitatis prestiti, summa semper fide et fidelitate servivi, ecclesiamque meam Strigoniensem, quam ego in tanta iniquitate temporum, exponens me et caput meum ad multa pericula mortis, pro regimine Maiestatis Vestre christiane conservavi, una cum arce et capite meo ad manus Maiestatis Vestre sub honestis conditionibus in litteris capitanei sui supremi expressis consignavi. Etsi conditiones ille mihi non modo non sint observate, sed vix defuit, ut post multas meas et meorum oppressiones, quas a capitaneis commissariisque et gentibus Maiestatis Vestre sumus passi, vitam quoque meam non amiserim, nihilominus in fide et fidelitate Maiestatis Vestre firmus et imperterritus semper permansi. Falsa enim sunt et iniqua doloseque excogitata omnia illa convicia, quibus emuli mei coram Maiestate Vestra me affecisse dicuntur. Ego enim ad omnia licita et honesta et pro me possibilia Maiestati Vestre me obtuli et nunc quoque offero, prout Eadem ex hoc Thoma Literato de Zakol, servitore meo clare intelliget. Quare supplico Maiestati Vestre, tamquam iustissimo et christianissimo principi et domino meo gratiosissimo, dignetur ipsum servitorem meum clementer exaudire et mihi fideli capellano suo iam tandem gratiosam facere relationem, quod apud Maiestatem Vestram Sacratissimam perpetuis et fidelibus servitiis meis promereri volo. Quam Deus Optimus Maximus ad vota sua conservet felicem quam diutissime. Ex arce mea Dregel nono die Septembris anno Domini MDXXXI.

Eiusdem Vestre Sacratissime Maiestatis humilis servitor et fidelis capellanus

Paulus,

Archiepiscopus Strigoniensis manupropria.

Kívül: Sacratissime Regie Maiestati, Domino meo Clementissimo.

Egy félív papir egyik oldalán, piros zárópecséttel, csak az aláírás a prímásé. — *Bécsi cs. és kir. házi stb. levéltár: Hung. 1531. IX. 13.*

Közli: BUNYITAY VINCZE.

144.

Róma, 1531 szeptember 16.

VII. Kelemen pápa a törökök újabb támadása esetében 100.000 arany küldését igéri Ferdinánd királynak.

Regi Romanorum. — Quod pluribus iam litteris Serenitas Tua a nobis petiit, ut tibi, reditum Turcarum in tuas ditiones proximo vere metuenti idque certum undique et exploratum habenti, auxilio esse una cum venerabilibus fratribus nostris velimus: in eo nos saepius Tuae Serenitati respondimus, alacrem et propensam in nobis esse ac semper fore voluntatem Tuae Serenitati opitulandi, atque ita quidem hoc desiderio flagramus, ut si nobis licitum sit, libenter huius rei totam gloriam appetamus, nec in partem quemquam vocemus; utinamque calamitates nostrae — quae quantae fuerint, Tua Serenitas non ignorat — id nobis integrum fecissent! Non cederemus in hoc ulli praedecessorum nostrorum, nec minus Tua Serenitas liberalitatis ab hac Sancta Sede experiretur, quam predecessores tui tecum hactenus experti sunt.

Sed quoniam Tua Serenitas instat nobis denuo urgetque per litteras, ut per oratorem suum summam pecuniae et auxilii nostri praefinire ac declarare velimus, in qua spem tuae defensionis collocare certo possis: nos, etsi inopes consilii sumus, voluntate et desiderio ad opem tibi ferendam nos trahentibus, retrahente autem omnium rerum inopia et difficultate, qua premimur, vincentibus tamen ad postremum officii et amoris nostri tam erga te et serenissimum caesarem, fratrem tuum, quam illam fortissimam Germaniae nationem, in qua maximam spem communis salutis semper reposuimus, rationibus, Tuae Serenitati firmiter pollicemur: Si Turca (quod Deus dignetur avertere) proximo vere aut aestate ditiones tuas, aut quamvis aliam Germaniae partem bello repetierit, neque Italiam simul aggrediatur, nos una cum venerabilibus fratribus nostris tibi ad defensionem tuam eiusdemque Germaniae centum millia aureorum pro sex mensibus, quo maxime spatio vim belli incubituram times, praebituros esse; quam quidem summam existimet Tua Serenitas a nostris quasi visceribus avulsam et corrasione

omnium virium nostrarum maxima cum difficultate cogendam ac de victu etiam nostro quotidiano detrahendam esse. Verum, si quod haud minus formidandum est, ille Italiam invaderet, in eum eventum non solum nostram vobis non praebere, sed vestram et aliorum opem implorare cogeremur; nec dubitamus eo casu Serenitatem Tuam, sicut benigne pollicetur, omni sua vi Italiae ac nobis et serenissimo fratri suo opitulaturam esse.

Habes fili noster carissime has litteras, animi et voluntatis in te nostrae testes, quas omni constantia sumus servaturi, et si quid etiam amplius efficere poterimus, singulari amore et promta voluntate effecturi, nec deinde praetermissuri, quin preces et instantiam nostram cum reliquis principibus, quod toties iam fecimus, facturique semper sumus, iterum et instanter renovemus, ut nobis communiter opitulentur. — Datum Romae 16. Septembris 1531., pontificatus nostri anno 8.

Raynaldus és Pray után *Katona,* XX. 754.

145.

Kassa, 1531 szeptember 26.

Szalaházy Tamás egri püspök Oláh Miklóst egyházi javadalmai állapotáról értesíti.

Non possumus in praesentia pluribus ad D. V. scribere, quod is, cui praesentes commisimus, festinabat plurimum. Novi siquid apud nos est, ex litteris ad serenissimam dominam reginam datis D. V. intelliget. Abbatiam de Tapolcza commisimus quibusdam de servitoribus nostris propterea, quod ex Agria et a dominis Bebeck et plerisque aliis locis molestabatur; hi ex proventibus alent monachos et presbyteros, qui illic sunt, deinde aliis necessitatibus monasterii providebunt; praeterea pendent hoc anno D. V. centum et quinquaginta florenos, quos nos D. V. mittendos curabimus, quamprimum, favente Domino, Posonium redierimus. Alio modo illi abbatiae providere non potuimus, ut D. V. vel ipsa abbatia mansisset, vel commodi ab ea aliquid habere potuisset. Plebaniam de Miskolcz optabamus ut Joannes presbyter de Czegléd administrasset, verum iam cives illius oppidi unum elegerant, qui administraret et D. V. rationem suae administrationis redderet. Egit nobiscum et dominus Sebastianus Pempflinger, ne contra voluntatem civium alius curator illius plebaniae constitueretur, quum D. V. nihil hinc incommodi

accederet. Dominus Valentinus Therek bona custodiae non remisit, nec arbitramur eum remissurum, postquam aequum existimat, bona quorumcunque posset occupare. Occupavit nostra quoque bona Paulus Bakyth, nec hactenus efficere potuimus, ut ea remisisset. Dominus Tininiensis, cui quaedam bona custodiae commendata erant, obiit; scripsimus Andreae Choron, ut ea defendat et alicui bono viro administranda committat, proventusque D. V. colligendos curet; postquam favente Domino redibimus Posonium, mittemus Joannem presbyterum de Czegléd, qui nunc nobiscum est, ut illorum bonorum et proventuum D. V. curam habeat et quidquid pro commodo D. V. facere poterimus, sedulo dabimus operam; quam bene valere optamus. Cassoviae feria tertia ante festum beati Michaelis Archangeli 1531.

Oláh Miklós levelezése. Budapest, 1875. 152—153. ll.

146.

Stuttgart, 1531 szeptember 27.

János, Mária özvegy magyar királyné alamizsnása és Oláh Miklós, a királyné titkára kérik Ferdinánd királyt, hogy adatná vissza egyházi javadalmaikat, miket Pál esztergomi érsek lefoglalt.

Serenissima Regia Maiestas, Domine nobis clementissime. Serenissime Rex, supplicatur Serenissime Maiestati Vestre in personis videlicet Joannis elemosinarii serenissime domine domine Marie regine et Nicolai Olah secretarii eiusdem, quatenus Maiestas Vestra ex sua innata clementia velit mandare dominis de Capitulo Strigoniensi, ut de beneficiis ipsorum supplicantium dent ipsis proventus et de perceptis satisfaciant, licet quod Dominus archiepiscopus eos privaverit, quod facere minime potuit, cum ipsi sint in servitio tante Maiestatis, que est vidua regina regni Hungarie, et propter ipsorum absentiam nichil defuit in divinis, sed semper supportantes habuerunt in choro, qui missas et alia officia perfecerunt ac si presentes fuissent. Cum his Maiestati Vestre humillime commendant et benignam a Sacratissima Maiestate Vestra expectant relationem.

Egy negyedív papir egyik oldalán, kelet és aláírás nélkül, de a hátán egykorú kanczelláriabeli kéztől: «fiat ut petitur. Stutgardie 27. Septembris 1531.» — *Bécsi cs. és kir. házi stb. levéltár: 1531. IX. 6.*

Közli: Bunyitay Vincze.

147.

Speier, 1531 szeptember 30.

Ferdinánd király meghagyja az egri püspöknek, hogy a kassai két lutheránus hitszónokot az ő, a király nevében fogassa el s vasba verve a pozsonyi várba vitesse.

Agriensi.
Ferdinandus etc.

Reverende devote, fidelis dilecte... Postquam concionatores Lutheranos Cassovie agentes tam ex iis tuis, quam aliis etiam litteris, quas venerabili Francisco Wilaki preposito Posoniensi ac in eius absentia honorabili Joanni Maio secretariis nostris direxeras, nihil magis laborare videmus, quam quod errori suo, iam in credulam plebem diffuso, parent patrocinium, suaque dogmata latius spargant et propagent; principiis itaque obstare volentes, ad ea mox descendimus, que ad nascentem hanc labem tollendam necessaria et congrua videntur, eosque ambos ad arcem nostram Posoniensem ducendos esse duximus, quo ubi pervenerint, statim ordinabimus, que cum eis amplius agi debebunt, super quo et civitati Cassoviensi serio per annexas iubemus, ut in executione contra eos facienda se non tantum non opponant, sed suo in religionem orthodoxam et nos debito satisfacientes, omni auxilio executoribus assistant et in omnibus pareant ac obediant. Te ideo requirimus, ut accedente hac auctoritate nostra, pro tuo quoque officio et functione singula in iis agenda et ordinanda diligenter ordinari et per eos, quorum intererit, agi procures, ut in vincula coniiciantur et ad arcem predictam bene custoditi deducantur. Quoad vindemiam Cassoviensem concedendam, sicut ab antiquo habuisse dicuntur, veremur omne id, quod ea de causa acturi eramus, nimis fore tardum. Alioqui in nobis, quod in illorum beneficium facere possemus, nihil deesset; quod te latere noluimus. Datum Spire ultima Septembris 1531.

Ex[pedite].

Fogalmazat egy félív papir két oldalán; a hol a pozsonyi várba szállításról először van szó, ott a lap szélén ez a megjegyzés áll: «Nota». — *Bécsi cs. és kir. házi stb. levéltár: Hung. 1531. IX. 55.*

Közli: Bunyitay Vincze.

148.

Speier, 1531 szeptember 30.

Ferdinánd király értesülvén, hogy Kassán két hitszónok, kiknek egyike német, másika magyar, a Luther tévelyeit hirdeti, a kassaiaknak fej- és jószágvesztés alatt megparancsolja, hogy e prédikátorok ellen kiadott rendeleteinek végrehajtását megakadályozni ne merészeljék, sőt inkább elősegítsék.

Cassoviensibus.
Ferdinandus etc.

Prudentes et Circumspecti fideles dilecti. Cum intelligamus duos isthic concionatores, alterum germanum, alterum hungarum esse, qui Martinum Lutherum habuerint preceptorem, magnaque isthic licentia illius erroribus iam pridem publice damnatis et reiectis plebem et civitatem hanc nostram imbuere non desinant; idque minime perferre patique possimus, sicut etiam non debemus, atque in eos ob id ea agere et statuere velimus, que in iis et similibus tam cesarei, quam nostri edicti vigore et ex nostro in fidem et sanctam religionem nostram officio facere tenemur: vobis ideo et fidelitati cuiuslibet vestrum harum serie strictissime ac sub indignatione nostra gravissima et amissione capitis et omnium bonorum committimus et mandamus, quatenus in executione contra eosdem predicatores facienda nedum non vos opponere aut illi contradicere vel resistere, sed etiam potius, quo potestis ac debetis modo, et favore adiuvare et executoribus efficaciter assistere et omnem opem, auxiliumque prestare et impendere debeatis et teneanimi, adeo quod in hoc etiam nobis constare possit fidelitatis in nos vestre propensio et obedientie studium in aliis rebus hucusque nobis ostensum. Secus sub pena premissa non facturi. Datum Spire ultima Septembris 1531.
Ex[pedite].

Fogalmazat egy félív papiron. — *Bécsi cs. és kir. hází stb. levéltár: Hung. 1531. IX. 56.*

Közli: Bunyitay Vincze.

149.

Speier, 1531 október 4.

Ferdinánd király szigorúan meghagyja az esztergomi káptalannak, hogy Mária özvegy királyné titkárának, Oláh Miklósnak és alamizsnásának, Ujvári Jánosnak, Várday Pál esztergomi érsek által lefoglalt javadalmait és jövedelmeit adja és adassa ki, gondoskodván arról is, hogy távollétük alatt az isteni szolgálat alkalmas személyek által végeztessék.

Capitulo Strigoniensi. Ferdinandus etc. Venerabiles, devoti dilecti. Expositum est nobis pro parte venerabilis et devotorum, nobis dilectorum Nicolai Olah, custodis Albensis ac secretarii, necnon Joannis de Novo Castro, elemosynarii serenissime principis domine Marie regine Hungarie et Bohemie etc. vidue, sororis nostre dilectissime, quod licet beneficiis, que in hac ecclesia Strigoniensi obtinent, in divinis per suos deservierint, nihilque, quod ipsos ratione illorum facere decuit, omiserint aut neglexerint, nihilominus devotus et fidelis nobis dilectus reverendus Paulus de Warda archiepiscopus Strigoniensis illos eisdem beneficiis et fructibus illorum spoliaverit; nobisque propterea humillime supplicatum extitit, ut eis in premissis opportune providere, eorumque indempnitatibus consulere dignaremur. Considerantes itaque grata et fidelia servitia, que nobis et iamdicte sorori nostre hactenus impenderunt et adhuc indefesse impendunt, ac etiam mere equitatis, que rem ipsam nobis commendare visa est, intuitu: vobis et vestrum cuilibet strictissime ac sub indignatione nostra gravissima committimus et mandamus, ut prefatis Nicolao et Joanni de beneficiorum huiusmodi fructibus hactenus cessis et levatis et pro tempore cedendis ac levandis realiter et cum effectu respondere et per hos, quorum interest, responderi curetis, eo primum proviso, quod eisdem beneficiis, durante illorum absentia, in divinis laudabiliter a personis idoneis deserviatur et nihil in iis quoquo modo negligatur. Secus sub pena premissa non facturi. Datum Spire 4-a Octobris 1531.

Maius J. kezétől össze-vissza javított, kiegészített fogalmazat. — *Bécsi cs. és kir. házi stb. levéltár: Hungarica. 1531 oct. 7.*

Közli: Bunyitay Vincze.

150.

Drégelyvár, 1531 október 8.

Várday Pál esztergomi érsek VII. Kelemen pápához írt levelében leírja nehéz helyzetét és szenvedéseit, miknek a trónviszály következtében ki van téve; hangsúlyozza Ferdinánd királyhoz való hűségét; védekezik az ellene szórt rágalmak ellen; végül kéri a pápát, fogja pártját Ferdinánd királynál és eszközölje ki, hogy javait és jövedelmeit újra visszanyerje s a felség ismét kegyelmébe fogadja.

Sanctissimo in Christo Patri et Domino meo, Domino Clementi VII. divina Providentia Sacrosanctae Romanae et Universalis Ecclesiae Pontifici Maximo, Domino Clementissimo.

Beatissime Pater et Domine, Domine mihi semper Clementissime. Post devota pedum oscula beatorum Sanctitatis vestrae, et humillimam mei in gratiam eius commendationem. Pluribus iam litteris Sanctitati vestrae pro debito obedientiae et servitutis meae perpetuae erga Eandem et Sanctam Sedem Apostolicam significavi, in quae praecipitia et calamitates regnum hoc, alioqui saeva Turcarum tyrannide satis superque lacerum et afflictum, redactum sit: dubito tamen litteras ob assiduos bellorum aestus et itinerum discrimina Eidem reddi potuisse. Nunc itaque rursus, quo fidei et observantiae meae erga Sanctitatem vestram respondeam, visum est mihi de periculis et inauspicatissimo regni statu Eandem certiorem reddere.

Pulso namque rege Joanne e sede sua per serenissimum dominum meum regem Ferdinandum, cum Maiestas sua sacrum regni diadema suscepisset, regnique administratione potitus fuisset, ac varie deinceps cum eodem rege Joanne decertasset, superiorque semper armis evasisset, adeo ut ille extra fines regni defectu virium migrare cogeretur, statuit arces regni finitimas paulo ante per caesarem Thurcarum ademptas, missa ad eum legatione, repetere; qua legatione caesar dominandi cupiditate raptus nihilipensa, contractis undique viribus decrevit bello Maiestatem suam persequendum: quod rex Joannes intelligens, credens ope illius et sibi et regno recuperando consulere posse, missis ad eum oratoribus impetravit, ut regnum salvum sibi ut regi relinqueret. Cum itaque caesar, quod mente conceperat, re ipsa exequi destinasset, manu non minus forti quam cruentissima regnum penetravit, expugnataque primum, non sine multa fidelium caede, arce et civitate Budensi, deinde Wyssegradiensi, Albae Regalis et Pesthiensi civitatibus in deditionem receptis, recta Viennam Austriae contendit, illamque obsidione cinxit: ubi

multis millibus Christianorum captis et in servitutem abductis, quae dirae et inauditae caedes, spurcitiae, blasphemiae et calamitates peractae sint, haud difficile Sanctitas vestra considerare potest.

Dum haec ita agerentur, ego serenissimum dominum meum, dominum Ferdinandum regem extra limites regni, ubi tunc agebat, ob nimiam locorum distantiam et rei familiaris inopiam, quodque aditus viarum omnes iam per hostes praeclusi essent, subsequi nequivi: sed tutandae vitae causa Strigonio digressus, in aliam me arcem ecclesiae meae contuli. Unde per regem Joannem Budam, ubi iam per caesarem Thurcarum in regiam sedem collocatus fuerat, etsi pluries accersitus, venire tamen propter vinculum iusiurandi, quo serenissimo regi Ferdinando domino meo de fide servanda obstrictus eram, prorsus recusavi: qua de re archiepiscopatu me destituit et alteri de eo providit, et bonam possessionum et reddituum illius partem occupari fecit, et arcem quoque Strigoniensem de manibus meis eripiendam decrevit. Ex altera vero parte serenissimus rex Ferdinandus, aestimans me a se ad regem Joannem defecisse, omnes possessiones, decimas et alios quoslibet ecclesiae meae proventus archiducatui suo propiores similiter occupari fecit.

Sic inter saccum et saxum ab utroque principe contrusus, cum nullam aliam viam servandae ecclesiae et gregis dominici curae meae crediti, arcisque Strigoniensis a faucibus Thurcarum reliquam mihi viderem, consilio maturiore fretus exemplum beatae memoriae sanctissimi Leonis papae primi, praecessoris Sanctitatis vestrae imitatus, qui Totillae *(így)* perfido Vandalorum regi ad Eridanum, ne Romam veniens ferro et igne eam, ut alias Italiae partes, vastaret, occurrit et Italiae pacem impetravit: inter aliquot centena perfidorum millia cum gravissimo capitis et vitae periculo in castra caesaris tunc sub civitate Viennensi posita penetravi. Ubi supremum eius capitaneum Ibrayn passam, salva fide et religione christiana, ac sanctae Sedis Apostolicae Sanctitatisque vestrae obediens, Eandem verum et unicum caput pastoremque universalis ecclesiae ac dominum meum recognoscens, precatus sum, ut ecclesiam meam una cum populo eius fideli salvam et illaesam servaret, neve per Joannem regem me iniuste opprimi pateretur: qui cum omnia, Deo authore, ut optabam, in reditu effecturum pollicitus esset, rediens promissis integre respondit, ecclesiam gregemque dominicum salvum et incolumen mihi relinquens, et mihi quoque medio duorum Ludovici Griti et Hieronymi Laczky a rege Joanne, ut me in statu et dignitate mea liberum relinqueret, impetrando.

Hoc igitur modo et ecclesiae meae fidelium saluti, ne a tru-

culento hoste consumerentur, consului: quodsi quis aliter forsan in odium mei acta haec mea Sanctitati vestrae interpretaretur, nullam ei fidem Sanctitas vestra adhibeat. Nihil enim mihi unquam cum Thurca praeter haec, quae praemisi, commune fuit; verum ut ecclesiam et plebem meam, meque ipsum servarem, coactus fui tyrannum adire et animum eius furentem, ne obesset (quoad fieri potuit), demulcere. Et quamvis postea hoste e regno abeunte, regi Joanni mihi subesse (ut ille mandaverat) necessum erat, considerans tamen eum non satis christiane in regno tuendo agere et copias Thurcarum adversus fideles Christi semel, iterum et tertio armare et in regnum adducere, diocesimque meam et bona ecclesiae ferro et igne vastari, ac colonos in perpetuam servitutem dari, vix tertia parte possessionum et incolarum proventuumque ecclesiae meae salva mihi per Thurcas relicta; ferebatur praeterea id quoque, Sanctitatem vestram ipsum Joannem regem propter huiusmodi cum hoste commercia, pro debito officii sui pastoralis, poenis et censuris ecclesiasticis una cum fautoribus, adhaerentibus et assectatoribus eius innodasse: ob id ab eo (ut par erat) ad principem christianum, serenissimum regem Ferdinandum, dominum meum, a cuius iurisdictione ob salutem ecclesiae meae et gregis dominici servandam ad tempus discesseram, una cum arcibus et populo universaque familia mea deflexi, et eius me fidelem declaravi: (ab obedientia tamen et devotione sanctae Sedis Apostolicae et Sanctitatis vestrae sacramentoque iusiurandi, sub munere consecrationis meae praestito, ne latum quidem unguem unquam discessi, et neque ad obitum usque discessurus sum) arcem meam Strigoniensem, quae insignior et ad resistendum hosti accommodatior in regno est, Maiestati suae, quo ecclesiam et iurisdictionem illius salvam et illaesam servarem, tradens, cautelis tamen adiectis, ne arx ipsa ab ecclesia depereat, sed mox rebus regni ab hoste defensis, et pace in regno firmata, salva, libera et integra mihi et ecclesiae meae reddatur.

Nunc tamen Maiestas sua, nescio unde, nisi aemulorum meorum suasu et obtrectatione mota, me de arce et ecclesia mea Strigoniensi excludere, bonaque et proventus eiusdem ecclesiae meae universos de manibus meis pro se occupari fecit. Quod ad personam meam attinet, paratus sum Maiestati suae, quum in simplicitate cordis et animi synceritate citraque offensam cuiuspiam semper conversatus sim, innoxiumque in omnibus sciam, ubilibet innocentiam meam declarare. Quo vero ad dignitatem ecclesiasticam, qua Sanctitatem vestram tantum et neminem alterum maiorem agnosco, colo, veneror et observo, opto, ut Sanctitas vestra causam meam com-

missariis quibus voluerit in partibus deleget, ubi data mihi facultate honorem, statum et dignitatem tuendi, luce clarius enitescet, me in omnibus, quae livore malevolorum in me congesta sunt, insontem et immunem fuisse. Supplico igitur Sanctitati vestrae humillime tanquam domino meo clementissimo, dignetur pro altissima generis et animi sui nobilitate atque clementia me Maiestati suae commendatum facere, illamque adhortari, ut indignationem, quam ex sinistra aemulorum suggestione adversum me concepit, ponat, arcemque et ecclesiam meam una cum proventibus et omnibus emolumentis suis remittere velit, meque gratia sua solita complectatur: paratus enim sum ad omnem Maiestatis suae nutum omnes aemulorum meorum technas et blattheramenta diluere, inculpatumque et immunem in omnibus palam me demonstrare.

Volui haec omnia ex ordine Sanctitati vestrae significare, ut ab ore meo potius, quam aemulorum meorum obloquiis Sanctitas vestra hauriat veritatem. Plura super hiis hii nuncii mei nomine meo coram Sanctitate vestra referent, quorum verbis Sanctitas vestra pro sua innata clementia fidem praestare dignetur. Quam ut Deus Opt. Maximus felicem faustissimamque diu ad vota pro quieto et tranquillo statu totius reipublicae christianae ecclesiaeque sanctae suae servet, foveat, protegat et tueatur, omnibus votis exopto, meque et servitia mea perpetua pulveribus pedum Eiusdem etiam atque etiam vehementissime commendo. Ex Arce mea Dreghel die octava mensis Octobris MDXXXI.

Eiusdem Sanctitatis Vestrae

humilis ac devotus capellanus
Paulus
Archiepiscopus Strigoniensis m. p.

Theiner, Vetera monumenta Slavorum meridionalium historiam illustrantia. Tomus. I. Romae 1863. 614—616.

151.

Brüsszel, 1531 október 16.

Oláh Miklós báró Burgio Antalt, VII. Kelemen pápának az angol királynál követét értesíti élete sorsáról azon időtől fogva, midőn 1526-ban Pozsonyban egymástól elváltak.

Nonne tibi videor inofficiosus, ne dicam inhumanus, qui ad te tanto temporis curriculo ullas dederim litteras? Verum me hoc vitio a te accusari minime posse arbitror. Nam ut in mei excusati-

onem paulo altius repetam, ea quae post serenissimi regis mei Ludovici cladem miserabilem consecuta sunt tempora, licebit me initium scribendi sumere ex tua Posonio a nobis in urbem profectione. Cum tu bene de regno Hungariae et serenissima regina mea Maria propter tuas virtutes meritus ex Posonio ad urbem reverteris, nihil erat Broderico nostro, mihi et aliis omnibus tui observantibus tua profectione molestius, qui tua iucunda familiaritate, consuetudine et humanitate carituri essemus. Sed necessitas vicit nostrum affectum... Discessisti igitur a nobis non sine nostro magno tui desiderio... Ab eo tempore ubi egeris gentium, in urbene commoratus fueris, an alibi locorum? non prius scire potuimus, quam proxime ex redeuntis a Gallia Czethlicz sermone et ex litteris tuis ad virginem Lucretiam datis. Ex quibus et sermonibus et litteris cognovi, te in Anglia oratorem agere pontificis. Quod maximae mihi fuit voluptati, eam maxime ob causam, quod te prope haberem, cum quo et litteris et, si tantum esset futurum mihi otium, coram agere possem. Nunc vicissim nostrum ab eo tempore, quo nos Posonii reliqueris, studium accipe, et quae nos interea sollicitaverit presseritquę fortuna, quibusve fatis agitati fuerimus, animadverte. Brodericus non multis post tuam profectionem diebus a nobis ad Joannem regem desciverat, profectusque fuit Budam. Ab eo tempore quid fecerit, ubi fuerit, quam habuerit conditionem, certo nunquam potui intelligere. Rumore quidem ferebatur ipso, profectum eum fuisse legatum ad pontificem, tum Franciscum regem Galliae et ad alios principes. Nos Posonii post regis nostri Ferdinandi electionem, cui et Brodericus non modo adfuerat, sed et album, ut dicunt, calculum adposuerat, aliquandiu commorati, tum ibi tum Viennae fuimus. Tandem proceribus nostris, quos Posonii reliqueras, ita volentibus, rex ipse noster Ferdinandus profectus fuit ad Hungariam cum exercitu, septem aut octo millibus hominum; Strigonium ei deditum per Paulum archiepiscopum erat, Buda pariter dedita. Joannes interea rex profugerat Agriam versus, ubi fuerat ad arcem suam Thokay a nostris prostratus. Non multo autem post tempore indicta die coronationis rex Albam Regalem proficiscitur. Coronam Petrus Perény, cui eam Joannes servandam tradiderat, spe ductus polliciti ei praemii adportat. Rex coronatur anno Domini 1527. die tertia Novembris cum summa omnium utriusque ordinis dominorum exultatione. Revertitur regina ad Owár. Rex Strigonium profectus est. Ego vero eum secutus, tum quod res meae ita exigebent, tum quod volebam me a reginae servitiis, si fieri potuisset, eximere, ne perpetuo in gynaecio desidere

viderer. Strigonii in domo mea commoratus sum aliquantisper, et confectis istic apud regem meis negotiis (non ut ipse desiderabam, sed ut fortuna tulerat et aemuli mei passi erant; hii enim episcopatum Transsylvaniensem, mihi a rege promissum, a me omnibus suis viribus alienarunt), reverti coactus sum ad reginam, cum pluribus ipsius et scriptis et sollicitationibus, ut reverterer, admonitus fuissem.

Contigit sub eo tempore, ut rex proficisceretur Pragam ad conventum inter Bohemos agendum, qui cum id temporis secretarium regni Hungariae apud se haberet neminem, et regiis et Agriensis episcopi, cancellarii Hungariae, litteris sollicitatus fui aliquoties, ut ad regem proficiscerer et officium istic meum exercerem. Sed refragante retinenteque regina id me facere minime licuit. Ab eo tempore semper me regina detinuit, cuius ego quoque, cum viderem in omnibus Hungariae locis tempestatem obortituram, non multum sum voluntati refragatus, licet id non cum minimis meis expensis ac damnis fecerim. Nam ad id, quod mihi pro viatico ex curia datum est, quicquid habui ex Hungaria redituum, quod certe non erat minimum, adiicere me necesse fuit, et omnia, ut meis conditionibus satisfacerem, liberaliter profundere. Taceo, quae interea temporis loca cum regina peragratus fuerim, similior currenti, quam residenti, quas cursitationes, quos labores obiverimus. Si enim ea omnia, quae interea peragraverimus loca, explicare tibi vellem, dies unus et alter me deficeret, nec tibi arbitrarer me voluptatem hac rerum nostrarum commemoratione allaturum. Novissime, ne rebus etiam in extremis reginae pro mea in illam fide et constantia deesse viderer, secutus sum eam hucusque, ut postquam in multis adversis fortunis, casibus et cursitationibus in ipsius egestate eam secutus fuerim, viderem hic quoque ipsius statum conditionemque futuram, et quem exitum esset habitura.

Sum itaque hic non tam abunde, ut liceret et mea ferret conditio, provisus. In regina nihil mihi deesse videtur, pollicetur omnia. Fortunam futuram, provisionem honestam, honori et statui meo convenientem, et ea quae homini permansionem suadere possent. Sed mores hominum non novi, alieni illorum sunt a meis moribus. Videntur omnia et simulare et dissimulare, multa verbis polliceri, re parum praestare. Salutare quemvis libenter, corde longe diversa meditari. Omnes eorum cogitatus in lucro commodoque sibi parando versari. Utilitatis privatae potius, quam verae amicitiae et charitatis in proximum rationem habere. Praeterea non me cognoscunt, neque ego eos, quod quantum afferat homini turbationis, cogitare ipse potes. Ego tamen nihilominus facio, quod meum exigit officium

iam pridem susceptum, quod e reginae re et mea esse videtur. Non praetermittam fidelia mea in principem meam officia, quae ab initio nullis deterritus incommodis, laboribus et periculis prae me semper tuli. Intellexisti omnium rerum statum et illorum temporum, quo a nobis Posonio discesseras, et horum praesentium, in quibus nunc versamur, conditionem. Si aliquid habes, quod mea opera et officiis effici putaveris, fac intelligam. Gratissimum mihi erit pro vetere nostra amicitia et familiaritate, quicquid mihi demandaveris, et quicquid in rem, usum et commoditatem tuam me praestare volueris. Vale et me, ut soles, ama. Bruxellae 16. Octob. 1531.

Oláh Miklós levelezése. 158—160.

152.

1531 november 6.

Szalaházy Tamás egri püspök elfogatta és Likava várába vitette Dévay Biró Mátyás kassai magyar prédikátort, a mi miatt Kassán nagy zavargás támadt. Ugyanő foglyokként magával vitt két lutheránus érzületű papot: Antal eperjesi prédikátort és Bertalant, ki azelőtt káplán volt a szepesi káptalanban.

Anno MDXXXI... Feria quinta ante Martini facta est seditio propter praedicatorem Hungarorum, qui fuit monachus profugus de claustro suo, quem reverendissimus D. Thomas episcopus Agriensis, cancellarius regis Ferdinandi ex mandato regentium captum, per huszarones ipsius Ludovici Pekri, sine voluntate Cassoviensium misit ad castrum Likava, abinde forte ipsum missurus est regi Ferdinando, & propter hoc ortus est maximus tumultus Cassoviae contra episcopum.

— — — — — — — — — — — — — — —

Item nota, quod episcopus Agriensis Thomas abduxit secum duos presbyteros de secta Lutheriana existentes: Antonium praedicatorem Eperiesiensem, et alterum Bartholomaeum capellanum quondam in capitulo Scepusiensi, et sunt capti in capitulo per Ipoltffi capitaneum castri Scepusiensis, iussu, ut dicitur, episcopi, quid autem cum ipsis facturus sit, nescitur. Item nota: Bartholomaeum presbyterum propter petita dominorum de Eperies dimisit liberum de castro Neuhausel (Hradek, seu Lipto Ujvar), Antonium vero duxit secum ad Presburg una cum praedicatore Cassoviensi. Item Antonium dimisit liberum in Presburg, & rediit ad Eperies circiter festum Purificationis Mariae Anno MDXXXII.

C. Sperfogel Contracti Annales. *Wagner:* Analecta II. 165.

153.

Innsbruck, 1531 november 6.

Ferdinánd király helyesli a kamara intézkedését, hogy a Pozsonyba költözött (óbudai?) apáczák részére biztosította az ottlakást, hogy istentiszteletet tartassanak és alapítványaikból éljenek.

Ferdinand von gots gnaden Römischer, zu Hungern und Behaim etc. Khunig etc.

Edler lieben getrewen. Wir haben Ewr schreiben des datum Prespurg den zwainczigisten tag negstverschinen Monatts Octobris ausgeet, darinnen Ir ettlich Ewr Hanndlung anzaigt unnd verneren beschaids darüber begert, nach langs vernommen, unnd geben Ew darauf volgennde Anntwurtt, Ersstlichen —

Unnd beschliesslichen, lassen wir unns gefallen, das die Closterfrawen, davon Ir in Ewrm schreiben meldung thuet, zu Prespurg Ir Wonung nemben, den gotsdiennst verbringen, unnd von den gestifften guettern Ir ennthalltung haben. Schreiben deshalben den Spanen, als nemblichen Johanj Zalay, Gortschacher unnd Martino Sidonio, ermellten Clossterfrawen Ire guetter unnd gullten, so Inen von allterheer, als gestifft, zugehört, vollgen zelassen. Versehen unns, dem werde von Inen also gehorsamlich volg gethan.
— — — — — — — — — — — — — — —

Geben in unser Stat Ynnsprugg den VI. tag Novembris Anno etc. XXXI. Unnser Reiche des Römischen in Erssten unnd der anndern im Sechsten.

Ferdinandus. Ad mandatum domini Regis proprium
Wrasterwery (?)
B[ta] *Pranndt.*

Eredetije a m. kir. orsz. levéltár kincst. oszt. Benignae resolutiones regiae anni 1531. czímű fasciculusban. — Közölte *Fabritius K.*, Történelmi Tár 1881. évf. 246. l.

154.

Innsbruck, 1531 november 13.

Ferdinánd király a tornai főesperességet, melyről Majus János lemondott, Fayner Kristófnak adományozván, beleegyezik, hogy annak jövedelmeiből évi harminczhárom forint Majusnak adassék.

Nos Ferdinandus divina favente clementia Romanorum, Hungarie, Boemie etc. Rex... memorie commendamus... quod cum

fidelis nobis dilectus Joannes Maius[1] secretarius noster archidiaconatum de Torna Agriensis[2] diocesis, quem alias certo modo vacantem eidem auctoritate iurispatronatus nostri Regii... contuleramus, in et ad manus nostras sponte et libere resignaverit, iuri sibi in et ad illum competenti cesserit, quem sic vacantem devoto fideli nobis dilecto Christophoro Fayner, capellano nostro dicta autoritate iterum contulerimus ac alia fecerimus in nostris desuper confectis litteris contenta; et ne prefatus Joannes Maius ex resignatione et concessione huiusmodi nimium dispendium pateretur, dictus Christophorus in annuam pensionem triginta trium florenorum hungaricalium in moneta super fructibus, redditibus et proventibus ipsius archidiaconatus ipsi Joanni dandorum reservandam consenserit; nos quoque huius pensionis reservationi et assignationi debita auctoritate faciende gratiose consentiendum duximus et per presentes consentimus harum nostrarum vigore et testimonio litterarum. Datum in oppido nostro Inspruck decima tertia die Novembris anno Domini millesimo quingentesimo tricesimo primo; Regnorum nostrorum Romani primo, reliquorum vero sexto.

Ferdinandus m. p. *Wylaky.*

Nyilt levél egy ív papir egyik oldalán, alján, középütt a király kisebb pecsétjével. — *Bécsi cs. és kir. házi stb. levéltár: Hungarica. 1531. Nachtrag. Nr. 5.*

Közli: Bunyitay Vincze.

155.

Gyula-Fejérvár, 1531 november 25.

Enyedi Adorján krasznai főesperes, gyulafehérvári kanonok és püspöki helyettes rendelete a plébánosokhoz. — Meghagyja nekik és felhatalmazza őket, hogy együttesen vagy külön Régenbe menvén, Serator Mátyást és az egyházi patrónusokat 500 arany forint pénzbirság büntetése alatt tiltsák el Pesty Gáspár régeni hitszőnok további háborításától és zaklatásától; ha ezen megnyugszanak, jó, különben idézzék őket birói széke elé.

Adrianus de Enyed, artium liberalium et iuris utriusque doctor, archidiaconus Craznensis, canonicusque et vicarius Ecclesie Albensis Transsilvane in spiritualibus et causarum auditor generalis, etc. in Christo nobis syncere dilectis honorabilibus et discretis universis et singulis ecclesiarum parochialium plebanis ac vices eorundem gerentibus in et sub iurisdictione Transsilvana ubilibet constitutis et existentibus, presentium notitiam habituris conjunctim

[1] «Clericus Argentinensis dioc.» Egy másik oklevél szerint *u. i.*
[2] Igy! Helyesen: Strigoniensis.

vel divisim, salutem in Domino sempiternam. Ex querulosa propositione honorabilis Casparis Pesty predicatoris oppidi Regen accepimus, quod cum quidam Mathias Serator, incola eiusdem oppidi Regen, a multis temporibus eundem magistrum Casparem odio manifesto persequeretur, eundemque his diebus proximis more sicario, cultello arrepto, transfigi voluisset, ac alias quoquo potuisset vim illi inferre voluisset, tandem idem magister Caspar eundem in sui tutela et defensione verberasset; unde est, ut eum tam idem Mathias, quam patroni illius oppidi Regen, in favorem eiusdem Mathie, eundem *(így)* in persona et rebus suis turbare, molestare, et damnificare vellent et niterentur in preiudicium et damnum eiusdem magistri Caspar et libertatis ecclesiastice valde magnum. Quapropter fuimus pro parte dicti magistri Caspar debita cum instantia requisiti, ut nos superinde de remedio opportuno providere dignaremur. Unde nos petitionibus et requisitionibus ipsius acquiescentes, Vestre et Vestrum cuiuslibet devotionis sinceritati in solidum, harum serie in virtute sancte obedientie et sub excommunicationis pena firmissime per presentes committimus et mandamus, ut nostris presentibus requisiti, auctoritate data, coniunctim vel divisim, quo propterea necesse fuerit, accedentes ibique memoratos Mathiam Seratorem nec non patronos et alios universos et singulos interesse petentes, et in exequutione presentium nomine vos nostro inhibeatis et eisdem sub birsagiorum episcopalium, quingentorum scilicet florenorum auri, omnino camere episcopali applicandorum pena, districtim committatis; quibus et nos sic inhibemus, sicque pena sub premissa committimus et mandamus, ut ipsi a perturbatione et molestia dicto magistro Caspari inferenda desistere et omnino cessare debeant; nullus omnino eorundem dictum magistrum Casparem in persona ac rebus suis damnificare audeat seu presumat modo aliquali. Qui si fecerint, bene quidem, alioquin tam eundem Mathiam, quam etiam universos et singulos utriusque sexus homines, vobis propterea nominatos, ad instantiam dicti magistri Gaspar ad decimum diem a die vestre citationis de ipsis fien[de, si] dies ipsa nona judiciaria fuerit, alioquin ad proximam diem iudiciariam extunc, sicut expediet, sequentem, in nostram presen[tiam] et obiectis eiusdem magistri Gaspar, de iure et iustitia responsuros, certificantes eosdem sic inhibitos et citatos, ut sive ipsi in dicto termino citationis coram nobis compareant, sive non, nos nichilominus eis ulterius aut alibi in partibus, sed per edictum in foribus huius ecclesie Albensis Transsilvane predicte solito more publice citatis ad partis coram nobis comparentis instantiam id faciemus in premissis, quod iuri

videbitur expedire. Et prefigatis diem et locum inhibitionis et certificationis vestrarum huiusmodi, simul cum nominibus et cognominibus inhibitorum citatorumque et certificatorum nobis terminum ad predictum conscientiose rescribatis. Presentibus in specie remissis. Datum Albe, vigesima quinta die mensis Novembris Anno Domini Millesimo Quingentesimo tricesimo primo.

Volumus autem, ut et qui contra eundem magistrum Gasparem aliquid agere habent, verberationem huiusmodi ac illam sequutas iniurias prosequi volentes, coram nobis iudicialiter proponant, quibus nos plenam justitiam die quo ante administraturi sumus, maxime quod dictus magister Gaspar coram nobis iuramentum prestitit de stando iuri, et solvendis juditiali. (L. S.) *(letörött.)*

Eredetije az erdélyi káptalan levéltárában.

Közli: Beke Antal.

156.

Szepes-Váralja, 1531 deczember 3.

A szepesváraljaiak egyhangulag plébánosukul választják Váraljai Mátét szepesi kanonokot és igérik, hogy őt bárki ellen védeni és oltalmazni fogják.

Nos Capitulum Ecclesie Scepusiensis memorie commendamus per presentes, significantes, quibus expedit, universis, quod prudentes ac circumspecti viri Mattheus Gölthchen iudex, Andreas Clementis et Sthanislaus Queschen iurati, item Jodocus Lanius et Stephanus Röthchen cives oppidi Waralÿa, in sua ac totius communitatis eiusdem oppidi personis coram nobis personaliter constituti sponte et libere confessi sunt et retulerunt in hunc modum: Quomodo, ex quo ipsi et tota communitas predicti oppidi Waralÿa ad laudem Dei cunctipotentis, Genitricisque unigeniti filii sui Jesu Christi domini nostri, intemerate virginis Marie, salutemque animarum eorundem civium, ex instinctu spiritus divini venerabilem virum magistrum Mattheum de Waralÿa, canonicum ecclesie nostre Scepusiensis, fratrem nostrum, communi omnium consensu, consona voce et pari voluntate ipsis in parrochum seu pastorem animarum suarum elegerint, cuius sana doctrina et salutaribus monitis sese cum electis Dei partem in celestibus habere sperarent, ob hoc prefati iudex et iurati ceterique cives et inhabitatores dicti oppidi Waralÿa prefatum magistrum Mattheum plebanum eorundem contra omnes et singulos, cuiuscumque conditionis et status existant, homines, non parcendo fatigiis, laboribus et expensis tueri, protegere et

defensare promiserunt, et sese coram nobis obligaverunt, harum nostrarum vigore et testimonio literarum mediantibus. Datum die dominica proxima ante festum beate Barbare virginis et martiris anno Domini 1531.

Szepesi káptalani országos levéltár: Protocol. II. 1522. alias Nr. 2. fol. 65*a*.

Közli: Dr. Timon Ákos.

157.

Róma, 1531 deczember 14.

VII. Kelemen pápa értesíti Magyarország rendeit, hogy Ferdinánd királynál levő nuncziusát (Pimpinella) Vincze rossanói érseket, követül küldi hozzájok.

Venerabilibus fratribus et dilectis filiis Statibus Hungariae.

Clemens PP. VII. Venerabiles fratres et dilecti filii, salutem etc. Cum pridem ad nos esset allatum de conventu universali per vos in Calendas Ianuarii proximi indicto,[1] etsi causas ipsius indictionis ignorabamus, tamen quaecunque illae essent, cum nonnisi vestra virtute ac religione dignas fore iudicaremus: Nos pro nostra singulari charitate, qua illud regnum nostrorum praedecessorum exemplo semper sumus prosecuti, non dubitavimus, convenire nostro officio et in vos benivolentiae mittere ad vos proprium hominem nostrum, ut vobis quacunque in re possemus coadiuvandis et a christianae fidei hostibus tuendis nostra et auctoritas et voluntas praesto esset, ac quemadmodum incolumi isti regno, quibus potuimus, auxiliis opitulati sumus, ita ei afflicto et perturbato, si quam saluti viam Deus aperiret, omni ope nostra non deessemus. Qua quidem re ita per nos decreta, cum optavissemus aliquem a nostro latere ad vos mittere, temporis tamen ipsius brevitas viaeque longitudo nobis impedimento fuit, ne id facere possemus; ita eum elegimus, quem vicinitate vobis proximum, nobis autem sua virtute, fide et doctrina clarum et probatum habebamus, venerabilem fratrem Vincentium archiepiscopum Rossanensem, nostrum apud serenissimum regem Romanorum Nuncium, ac de nostro studio et voluntate ad sublevationem vestri regni semper directis intime et apprime instructum. Quamobrem ipsi archiepiscopo Nuncio nostro mandavimus, ut nomine nostro et Apostolicae Sedis ad deliberatio-

[1] Érti a kenesei gyűlést, melyről l. *Fraknói:* Magyar Országgy. Emlékek I. 331. s köv. ll., kinek figyelmét Theiner ezen közlése kikerülte. (V. ö. 345. l. első jegyzetével.)

nes vestras pias, ut speramus, et christianae reipublicae salutares coadiuvandas vobis adesset, omnemque et auctoritatem et opem nostras benigne offerret ac polliceretur, pluraque alia pro vestra omnium salute ac christianae religionis tutela nostro nomine significaret. Igitur hortamur fraternitates et nobilitates vestras in Domino, ut ipsum Archiepiscopum Nuncium nostrum benigne suscipere, verbisque eius haud aliam fidem nunc et deinceps praestare velitis, quam si nos ipsi vos praesentes alloqueremur. Datum Romae etc. die XIIII. Decembris MDXXXI. Pontificatus nostri Anno Nono.

Theiner, Vetera monum. Slavorum meridionalium historiam illustrantia. 616. l.

158.

Innsbruck, 1531 deczember 18.

Ferdinánd király megparancsolja Pemfflinger Istvánnak és a többi kamarai tiszteknek, hogy András esztergomi prépostnak és Nagy Imre alnádornak, kik rendeletéből Kassára utaznak, hogy ott a Luther-prédikácziók következtében kiűzetéssel fenyegetett Ferencz- és Domonkos-rendűeket megvédelmezzék, adjanak útiköltséget.

Ferdinandus divina favente clementia Romanorum, Hungarie, Bohemie etc. Rex... Magnifice ac egregii fideles nobis dilecti. Accepimus cives Cassovienses ex suggestione quorundam concionatorum, dogma Lutheri profitentium, maleviros religiosos tractare, fratresque Ordinis divorum Francisci et Dominici de eorum claustris eiicere eos velle; volentes igitur eorum conatus compescere: iussimus fidelibus nostris reverendo Andree doctori, preposito Strigoniensi et egregio Emerico Nagh vicepalatino, ut ad cives ipsos proficisci debeant, acturi cum illis iuxta nostram instructionem superinde eisdem datam. Quam ob rem fidelitati vestre mandamus, ut, visis presentibus, prefatis preposito et vicepalatino ad transigendam huiusmodi provinciam sumptum itineris suppeditare debeatis. Secus ne feceritis. Datum in oppido nostro Insprwk, decima octava Decembris anno Domini millesimo quingentesimo tricesimo primo. *Ferdinandus. — Wylaky.*

Kívül: Magnifico et Egregiis Stephano Pempflinger, ceterisque Consiliariis et proventuum Regni nostri Hungarie Administratoribus, fidelibus nobis dilectis.

Egy félív papir egyik oldalán, züárópecsét maradványaival. — *Budai orsz. levéltár: Benignae resolutiones. 1531.* — Kiadta *Fabritius K.* Tört. Tár. 1881. évf. 247. l.

Közli: Bunyitay Vincze.

159.

Kolozsvár, 1531 deczember 19.

Özvegy Kőfaragó Györgynének, a kolozsvári ferenczrendűek «confratrissa»-jának végrendelete.

In nomine Domini Amen. Anno Eiusdem millesimo quingentesimo trigesimo, die vigesima Julii. Ego Magdalena uxor circumspecti condam Georgii Lapicide de Coloswar, confratrissa fratrum minorum claustri Beatissime Virginis Marie in eadem Coloswar fundati — — — adhuc in humanis agens, menteque et corpore valens, de omnibus bonis mobilibus et immobilibus mihi a Deo collatis dispono, ordino et facio testamentum ordine, quo sequitur, hoc addito, quod huic mee testamentarie dispositioni etiam testamentum a prefato marito meo (mea spontanea voluntate ad hoc annuente) confectum, insertum et pro sufficienter expressum decerno.

In primis lego prefatis fratribus minoribus florenos triginta duos in auro, ita, quod ipsi celebrent septies septem missas cum passione, item [per] integrum annum qualibet feria secunda cantent Requiem et illis diebus, vel alia die, dicant vigiliam mortuorum. Item lego centum florenos ad ornandum sericum album deauratum, vulgo kamwka, de quo fiat indumentum sacerdotale ad maius altare claustri prefati, et de ipsis C florenis emantur crux et attinentie ad idem indumentum. XXV horum C florenorum erit de auro, reliqua pars de monetis. Item similiter lego viginti quinque florenos ad unum indumentum altaris, quod fiat ad dictum maius altare de alba kamwka. Item lego florenos quinque pro uno alio indumento sacerdotali ad dictam ecclesiam fratrum minorum, quod fiat de nigro atlasio vulgo atlacz, in memoriam defunctorum. Item similiter lego florenos quinque, quibus ematur kamwka nigra pro indumento altaris defunctorum, quod consistit in dicta ecclesia fratrum minorum sine organo. — Item lego florenos sedecim pro indumento sacerdotali ad capellam sororum tertii ordinis beati Francisci, quam ego feci fieri, quod quidem fiat de alba kamwka. — Item ad ecclesiam parochialem sancti Michaelis lego florenos decem, ut ematur alba kamwka pro indumento sacerdotali.

Item ad vestituras fratrum minorum claustri Beate Virginis memorati lego florenos quattordecim, ut orent pro me et meis defunctis; quas lego ex illa devotione, quam ad eorum ordinem habui, ut orationibus eorum sim commendata. Item sepulturam

eligo in iamfato claustro Beate Virginis fratrum minorum, quemadmodum et maritus meus predecessor.

Item pro tricesima in ecclesia parochiali divi Michaelis dicte civitatis celebranda lego florenos tres capellanis inibi servientibus existentibus. Item pro septem missis in sacello dive Marie Magdalene in die depositionis funeris mei a predicatore dicte ecclesie maioris celebrandis, eidem predicatori lego florenum unum. Item celebri confraternitati societatis atre Corporis Christi in prefata parochiali ecclesia constructe pro missa Corporis Christi celebranda lego florenum unum. Item pro deauratione tabule Omnium Sanctorum in prefata parochiali ecclesia existentis similiter florenum unum. Item altariste altaris divi Am[brosii] in ecclesia prenotata parochiali fundati, pro celebrandis missis in dicto altari lego denarios quinquaginta.

Item fratribus ordinis predicatorum intra muros huius civitatis commorantibus pro XXXXI missis celebrandis lego florenos IIII.

Item pauperibus leprosis, sed et mala scabie correptis et infectis, in hospitali Sancti Spiritus extra menia huius civitatis commorantibus, lego denarios quinquaginta, ita ut ipsis pauperibus equaliter dividantur.

Item sanctimonialibus sub habitu nigro in claustro sub invocatione divi Egidii constructo commorantibus omnia mea vestimenta, absque tamen argenteis clenodiis in ipsis vestibus consutis, lego, ita, ut usque ad vigintiquinque annos singulis sabbatis diebus et sanctorum vigiliis, quolibet vespere, in ecclesia ipsarum Salve decantent.

Item omnia supellectilia domus mee, exceptis duntaxat argenteriis, lego sororibus tertii ordinis beati Francisci sub habitu griseo intra muros huius civitatis habitantibus ita, ut amictum ex eisdem sibi ipsis disponant, ex quo videlicet amictu Elena soror ibidem Deo invigilans mihique speciali zelo dilecta, ultra sortem aliarum, mantellum habeat.

Item tapeta omnia in domo mea existentia ad dictam capellam sororum de tertio ordinis *(így)* divi Francisci lego.

Item vineam in promontorio sancti Georgii sitam lego sororibus sancti Dominici.

Item domum, quam inhabito, totaliter et ex integro, dictis fratribus minoribus lego. Item quattuor baltea cum suis bullis, et coclearia argentea novem, et fibulas XVIII, et picarium unum argenteum lego ad sepefatum claustrum fratrum minorum, ut ex his fiat calix ad cultum divini obsequii.

Item agrum arabilem meum lego sororibus iam dictis sancti Francisci.

Item ad conventum Strigoniensem fratrum minorum de observantia lego florenos quinque, ad conventum Budensem etiam quinque, ad conventum Pesthiensem similiter quinque, et ad locum de Gÿengÿes et Beren, Thata et Wyssegrad, loca dictorum fratrum, ad singula loca lego florenos quinque.

Item fratribus predicatoribus supra dictis de Coloswar [pro] septies septem missis cum passione celebrandis lego florenos septem, et pro triginta missis eisdem lego florenos tres.

Item pro voto meo redim[en]do mittatur [unus h]omo devotus ad urbem Romam, cui lego florenos viginti in auro, et de isto homine provideat pater guardianus de Coloswar predicta pro tempore constitu[tus].

Item ad capellam sanctorum Fabiani et Sebastiani martirum, apud fratres predicatores, pro reformatione tabule lego florenos II.

Item ad capellam Beate Virginis extra muros civitatis, rectori eiu[s]dem capelle pro tempore constituto lego florenos sex, ita, ut per integrum annum singulis sabbatis diebus dicat unam missam de Beata Virgine.

Item ematur kamwka alba deaurata, de qua fiat dalmatica ad maius altare dictorum fratrum minorum de Coloswar. Item ad domum infirmorum eorundem fratrum lego unam bonam mensam cum cista paratam; aliam mensam simpliciorem lego ad ecclesiam Sancti [Spiri]tus ad usum pauper[um. Item] ad conventum Waradiensem lego florenos decem, ut pro anima mea dicant triginta missas et quinque missas cum passione.

Item domine Magdalene, filie egregii condam Petri Desÿ, sorori ordinis sancti Dominici lego unum vas vini.

Ad conventum de Wasarhel fratribus minoribus florenos III, ad locum de Felffalw florenum I, ad Thÿws eisdem fratribus fl. I, ad Karansebes lego florenos III, ita quod omnes isti fratres dicant missas aliquas cum passione.

Item tres armillas ad predictum calicem conflandas lego.

Item Dÿonisio presbitero et Nicolao presbitero, qui in Bonczÿda primicias cantaverint, lego singulos cantaros plumbeos et scutellas plumbeas et cusinos, vulgo Heÿasfewal.

Item ad preparationem dicti calicis florenos X. Item pauperibus honestis et devotis ad vestituram lego florenos XV.

Executores autem horum omnium sint Anthonius Iweges, Andreas Zabo, Anthonius Cha[na]dy et Benedictus lapicida, ac Agnes

relicta condam Martini Patÿkas, Ursula relicta Matthei Demeterffy ac Catharina de Chyk soror tertii ordinis s. Francisci, nunc prelata et deinceps alia prelata pro tempore constituta. In cuius rei testimonium presentes litteras duxi emanandas. Datum in edibus meis propriis decima nona Decembris anno Domini millesimo quingentesimo tricesimo primo.

Eredetije az erdélyi Múzeum birtokában. Nyomtatásban kiadta (a régi írásmód szerint s az itt alkalmazott pontokra-osztás nélkül) *Jakab Elek:* Oklevéltár Kolozsvár története első kötetéhez. I., 372—375.

160.

Esztergom, 1531 deczember 26.

Sydonius Márton kérdi a királyt, hogy mitevő legyen a végrendelet nélkül elhalálozott lector kanonok hátrahagyott borával és gabonájával, ruha- és ezüstneműivel?

Invictissime Princeps, Rex ... Quia pluribus litteris Sacre Maiestati Vestre huius arcis penuriam significavi, presertim quod et victualia nobis iam deficiunt: obiit hic quidam canonicus lector ecclesie Strigoniensis, is reliquit quinque vasa vini et bonam frumenti quantitatem; vestes autem optimas et magni valoris, res denique argenteas ante mortem in castellum quoddam Joannitarum me clam (et ut fertur, propter Hispanorum militum metum) deducere fecit. Nos vero omnium rerum penuria hic pressi, ne subditos S. Maiestatis V. depredaremur, neve deficiendi illis occasionem daremus, frumentum istud et vina, aliorum militum consilio, occupare feci, cuperem enim S. Maiestatis V. commodum et honorem ubique procurare, quantum in me esset. Venerunt ad me prepositus et capitulares magnis clamoribus, quod eorum privilegia violaverim, dicentes non ad Maiestatem V. pertinere, si quis e medio eorum decedat, ut bona occupentur, sed ostenderunt Pontificum privilegia, in quibus conceditur illis decessi bonorum occupatio. Ego vero a S. Maiestate V. informationem peto, num liceat, ut collatore inscio, bona ad placitum dissipentur post mortem subditorum, presertim cum is lector morbi gravitate intestatus decesserit; secus tertia pars collatori cedit, ab intestato vero omnia bona ad collatorem devolvuntur. In hoc supplico: Maiestas V. S. quid agendum sit, mihi significet. Deus optimus, maximus ... Ex arce Strigoniensi XXVI. Decembris anno 1531.

S. Maiestatis V.

humillimus servitor

M.[artinus] Sydonius.

Kívül: Invictissimo Sacre Rom. Hung. et Bohemie etc. Regie Maiestati Domino Domino meo clementissimo.

Egy félív papir egyik oldalán, veresviasz, czímeres, záró gyűrűpecséttel. — *Bécsi cs. és kir. házi stb. levéltár: Hungarica. 1531. Deczember. 57.*

Közli: Bunyitay Vincze.

161.

Selmeczbánya, 1531.

Selmeczbánya tanácsának bizonyítványa Staudacher Zsigmond pap házasságkötéséről.

«Das verschiener Jar, als der minern zalt 31, gemelter Herr Magister Sigmund Staudacher und Anna, seine Hausfrau, alhie, zusammen in den Stand der heil. Ee gegeben, mit einander nach christlicher Ordnung zu Kirchen und Gassen gangen und auch beide in iren ehestande von uns herlich abgeschieden und an ander Ort armsantlich (?) sich begeben.»

Eredetije Selmeczbánya levéltárában. F. XXV.

Közli: Dr. Karácsonyi János.

162.

Szász-Besztercze, 1531.

A tanács a ferenczrendűektől megvonta azon jogot, hogy a város területén a Péter moldvai vajda ostromakor lerontott malmot ismét felépíthessék, a következő indokolással: «Ratio vero huius sic assignata est, Notum esse omnibus, quomodo ipsi fratres Franciscani nichil proprii habeant, sed neque hereditates, idque regulis suis, quibus se vivere gloriantur, sancitum esse, proinde neque fluvius ille sit ipsorum monachorum, sed civitatis.»

Fabritius K.: Pemfflinger Márk 97.

163.

Kelet nélkül (1531).

Mihálevics András, hírül vévén, hogy András vaskai főesperes és zágrábi kanonok a csatában elesett, kéri a királyt, hogy az esperességet a kanonoksággal együtt adományozza neki, akkor is, ha előbbi birtokosa nem öletett volna meg, mert hűtelen.

Serenissime Rex, Domine gratiosissime. Hodie audivi, quod cum Episcopo Zagrabiensi tunc, quum per gentes Vestre Maiestatis fuit profligatus, ibidem est interfectus Andreas Archidiaconus de

Waska et Canonicus Zagrabiensis; supplico igitur Vestre Maiestati: dignetur eundem archidiaconatum cum canonicatu mihi conferre gratiose, etiamsi non esset occisus, quia est infidelis.

Eiusdem Maiestatis V. Serenissime

fidelis

Andreas Myhalewyth.

Egy nyolczadív papir egyik oldalán, kelet nélkül. — *Bécsi cs. és kir. házi stb. levéltár: Hungarica. 1531. Nachtrag. Nr. 29.*

Közli: BUNYITAY VINCZE.

164.

Kelet nélkül (1531).

Várday Pál esztergomi érsek hivatkozva nehéz körülmények közt tett szolgálataira, kéri a királyt, hogy kegyét ne tagadja meg tőle és javait rendelje neki visszaadatni.

Suplicatio reverendissimi Domini Strigoniensis ad Maiestatem Regiam.

Quod reverendissimus Dominus Strigoniensis ob fidem et observantiam in Maiestatem Regiam, qua semper Maiestati Sue fideliter servivit, et tunc potissimum, quando arcem et ecclesiam Strigoniensem cum magno vite discrimine salvam et integram conservatam sue Maiestati tradidit, magnam se gratiam ab eius Maiestate consequuturum speravit, unde in insperatam incurrit indignationem.

Quod Dominus Strigoniensis Maiestati Regie tanquam iusto et christiano principi suplicat, dignetur indignationem suam ab ipso removere et ex sua singulari clementia ipsum et ecclesiam suam iuxta assecurationem supremi Capitanei in libertate conservare, bona ac proventus occupatos gratiose remittere.

Quod Dominus Strigoniensis in arce ipsa iuxta ordinem cum Domino Rogendorff conclusum possit habere honestam mansionem etc. cum paucissima familia.

Quod Dominus Strigoniensis propter violentam occupationem bonorum ac proventuum suorum tam per gentes Maiestatis Regie quam Joannis de Zapolya tantum aeris alieni ad conservationem arcis Strigoniensis contraxit, quod si proventus archiepiscopatus Strigoniensis ab antiquo provenire soliti essent integri, vix hoc anno creditoribus posset satis facere.

Quod si secus fieri nequit, nisi quod Regia Maiestas aliquid ex proventibus archiepiscopatus Strigoniensis ad solutionem gentium in eadem arce existentium voluerit convertere, paratus est Dominus

Strigoniensis aliquam summam vel in paratis pecuniis ipsis gentibus solvere, vel ex proventibus secundum limitationem Dominorum Agriensis et Thurzonis aliquid tradere, dummodo ipse et familia sua ne deficiat.

Quod Dominus Strigoniensis nec scriptis neque nunciatis aliquid tale in Maiestatem Regiam commiserit, quo iuste Maiestas Sua ei succensere possit, presertim cum nichil tale aut scripsit aut nunciavit, quod Maiestati Sue aut regno aut regimini posset obesse.

Sin autem dignum pena aliquid commisise, Maiestas Sua dignetur in eum secundum iura et consuetudinem Regni Hungarie animadvertere, quemadmodum Maiestas Sua tempore sue coronationis iureiurando promisit, omnia iura et libertates Regni conservaturum.

Et quod Maiestas Sua Regia habito respectu inprimis maiestatis sue, quod sit princeps christianus iustus et clemens, et tandem sacerdotii, dignitatis et authoritatis Domini Strigoniensis, et quod sit Primas Regni Hungarie et homo iam ingravescentis etatis, Maiestas Sua nolit eum iam invalidum et valetudinarium ante tempus violenter opprimere, causa eius nullo iure cognita et revisa.

Hátán egykorú kéztől: Causa Strigoniensis.

Egy ív papir két oldalán, kelet nélkül. — *Bécsi cs. és kir. házi stb. levéltár: Hung. 1531. VIII. 5.*

Közli: Bunyitay Vincze.

165.

Kelet nélkül (1531).

János pilisi apát kéri a királyt, hogy azon egyházi ruhákat és drágaságokat, miket a törököktől való féltében Pozsonyba küldött, de a mik jogtalanul Reicherstorffernek kezébe jutottak, valamint a Huszár Benedeknek adományozott, de szintén a pilisi egyházhoz tartozó falut, tekintettel öregségére s Anna királynénak, ki őt Francziaországból magával hozta, és a királyi gyermekeknek tett hű szolgálataira, visszaadatni rendelje.

Serenissime Rex. Hiis temporibus elapsis ex timore Thurcarum quasdam res et clenodia ecclesie mee Posonii *(így)* miseram pro maiori securitate. Et quidem Georgius Reicherstorffer secretarius Maiestatis Vestre dicta bona a Maiestate vestra impetravit, minus iuste, causamque ignoro. Prout autem intelligere possum, partim consumpsit, partim in manibus iudicis Olomucensis esse. Supplico igitur Maiestati Vestre: dignetur dicta bona ecclesie restitui facere, unacum bonis famuli mei, qui cum eisdem bonis ecclesie fuerunt. Et si idem Georgius aliquam partem ex prefatis bonis exposuisset,

ea iure mediante per iudicem Olomucensem restitui faciat. Ceterum Serenissime Rex: quidam Benedictus Hwzar Erdewdy nomine petiit quandam villam ad ecclesiam Pelisiensem pertinentem, Chakan vocatam, a Maiestate Vestra; contulitque eadem Maiestas Vestra prefato Benedicto ad tempus, qui satis molestavit hactenus pauperes colonos in tantum, quod omnes coguntur aufugi *(így)*. Dignetur quoque Maiestas Vestra ex innata sua clementia committere Joanni Zalay Comiti Posoniensi, ut dictum Benedictum Hwzar compellat ad restituendam dictam villam ecclesie mee. Nam sex ville mee sunt ad cineres redacte per Thurcas. Iam itaque ego in senio positus post tanta servitia mea, que ab ineunte etate mea in regno Hungarie serenissimis principibus et precipue serenissime domine quondam Anne regine, que me ex Francia secum portavit, filiisque suis, serenissime domine Marie regine, sorori Maiestatis Vestre charissime per annos quinque exhibui. Gratiosam a Maiestate Vestra expecto relationem.

Eiusdem Maiestatis V. Serenissime

fidelis et humilis capellanus
Frater Joannes,
Abbas Pelisiensis.

Egy negyedív papirnak egyik oldalán, kelet és pecsét nélkül. — *Bécsi cs. és kir. házi stb. levéltár: Hungarica. 1531. aug. Nr. 6.*

Közli: Bunyitay Vincze.

166.

Pozsony, 1532 január 4.

Pimpinella nunczius jelenti Pozsonyból Ferdinánd királynak, hogy miután hitelesen értesült, hogy Kenesén magyar főpapok egyáltalán nem, a Ferdinánd pártjához tartozó urak közül is kevesen fognak megjelenni, nem ment oda, attól tartván, hogy az ellenséges érzelmű rendek körében élete sem lenne biztosságban, s a pápai brévéket sem küldötte oda.

— — — — — — — — — — — — — — —

Ubi intellexi, in conventu non esse prelatos, ac preter tres quatuorve Maiestati vestre addictos, et eos quidem militares neque undequaque circumspectos viros, nullo modo illuc properandum esse iudicavi, ne qui confessor sum, fortasse martir fierem, quod quidem nolim ... Cum illic neque Reverendissimi sint, neque Illustres, contra preceptum principis mei hi facturum scirent, si eis pontificis brevia presentarem, quibus nullo modo sunt presentanda.

— — — — — — — — — — — — — — —

Töredékben közölve *Fraknói Vilmos:* Magyar Országgyűlési Emlékek. I. 346.

167.

Róma, 1532 január 31.

Hardi Gellért ferenczrendű szerzetes, János király gyóntatója, urához intézett levelében leírja utazását, Rómában a király híveinél tett látogatását, de legfőképen beszélgetését a pápával, ki előtt egyrészt magasztalta urának ő szentsége iránti hódolatát, másrészt esdekelve kérte a pápát: eszközölne békét János és Ferdinánd királyok között.

Serenissime Domine et Princeps gratiosissime. Post orationum mearum devotarum suffragia et perpetui famulatus commendationem. Vestre Maiestati de meo felici statu censui quid significandum pariter et itineris prospero successu. Attigimus Romam, primum tamen visitantes locum conceptionis Christi Jesu, scilicet sanctam Mariam de Loreto. Rome visitantes omnia loca sancta et limina apostolorum. Interim noster adventus pervenit ad aures Vestre Maiestatis famulorum, scilicet domini Francisci Marsupini, domini Johannis Marsupini, et domini Pauli penitentiarii, qui fuerunt propter favorem Vestre Maiestatis dare sese ad mortem et pati *(így)* sunt plurima, ut mihi ore proprio fassus est ipse sumpmus pontifex sic dicens: habet hic Rex Johannes ipse certos et fidentissimos famulos, ipsi enim servitia non exigua fecerunt et modo die noctuque facere non cessant. Isti omnes cum visitandum venerunt ad me ad Aram Celi, ittidem habuerunt maximam letitiam, auditis rumoribus de sanitate et incolumitate Vestre Maiestatis et omnes Vestre Maiestatis fideles dominos *(olvashatatlan)* sese erga Vestram Maiestatem habeant, datis ipsis responsum *(így)* abierunt. Qui nota fecerunt etiam sumpmo pontifici, cui multum placuit voluitque deducere usque ad pedes Sue Sanctitatis, cumque adductus per istos Vestre Maiestatis famulos, non alterum quorumcunque medio, sed horum trium *[prenominatorum ?]* genibus flexis exoratus sum suam Sanctitatem. Qui ait: Unde tu venis, charissime fili? Respondi: Venio Sanctissime Pater de Hungaria iam conquassata et divisa in tres partes, ait: Et quomodo? dixi: Unam partem tenet ipse Turcus, secundam filius Vestre Sanctitatis, humilimus et obedientissimus filius Rex Johannes; tertiam vero Rex Ferdinandus, dixit: Et quomodo se habet ipse Johannes Rex? dixi: Sanctissime pater, quoad presens melius et manifestius novit statum et conditionem regni et pauperculi regis Johannis, nam ipse discessi ab Hungaria in mense Septembri. Qui ait: Bene dicis, quod habui litteras ex Hungaria post nativitatem Domini. Tandem convertit se de pacis et concordie ordinatione. Interim dixi: O Pater Beatissime, quam utile,

salubre et honestum foret et filio Vestre Sanctitatis, nostro domino gratiosissimo, Regi Johanni gratissimum, si Vestra Sanctitas se interponeret pro pacis et concordie ordinatione. Supplico igitur pro persona Sue Maiestatis Vestre Sanctitati, uti velit et dignetur Vestra Sanctitas pro ipsa pace sudare. Nam si Deo concedente noster gratiosissimus dominus Johannes Rex supervixerit, regnum ipsius felicem statum attigerit, quamvis et modo habeat ipsum fidelissimum filium, tamen adhuc perfectius et perfectissime habebit bonum et optimum filium ipsa Eadem Vestra Sanctitas, et non patiatur Vestra Sanctitas quemquam alium se interponi in medium pro ordinatione pacis, sunt enim omnes filii Vestre Sanctitatis, non patiatur inter suos filios Vestra Sanctitas m[...] alicuius discordie fieri et periniciem, ad que respondit: Ecce, charissime fili, mittam oratorem meum ad Charolum et Ferdinandum et totis meis viribus laboro pro ipsa pace. Ad hec dixi Sue Sanctitati: Pater beatissime, certissime credat Vestra Sanctitas, si hac vice pax et concordia ordinaria non fiunt, tota Christianitas periclitabitur et diiudicet Vestra Sanctitas, quis erit in causa? testor Deum, nonnisi ipsi principes, scilicet Charolus et Ferdinandus. Ad hec respondit: reddant in communi rationem de omni periculo christiane religionis ipsi. Ecce video, fili, quid super hiis facere possum, tandem quid a me poscere cupis. Ad que respondi: Sanctissime pater, supplex provolutus humilime ad instantiam Sue Sanctitatis, exoro Vestram Sanctitatem pro quibusdam gratiis, quas Eidem aperiendo omnia sunt concessa oraculo vive vocis, dicens: dedimus, concessimus et concedimus, ut habeat illas gratias, insuper pace et tranquillitate habita, non ista sed multo ampliora ero sibi daturus. Nam fui et ero ipsi pater gratiosissimus, semper enim eum habui in devotione, sed intervenerat aliqua difficultas. Ultimo commendo Vestre Maiestati istos famulos iam prenominatos, scilicet dominum Franciscum Marsupinum, dominum Johannem Marsupinum et dominum Paulum penitentiarium, qui dietim fatigantur coram sumpmo pontifice astare contra emulos Vestre Maiestatis, scilicet oratores Charoli et Ferdinandi, qui varia tractare coram sumpmo pontifice non cessant, ob hoc varia pati non formidant. Igitur Vestra Maiestas ne obliviscatur ipsorum servitiis. Valere Eandem Maiestatem in dulcissimo filio Dei similiter cum omnibus sibi creditis et oro et opto.

Ex monasterio fratrum Minorum de observantia Are Celi ultimo die mensis Januarii. M.D.XXXII.

Vestre Maiestatis devotus capellanus minimus
Frater Gerardus de Hard.

Kívül: Serenissimo Principi et Domino, Domino Joanni Inclyto Ungarie Regi etc. Domino gratiosissimo etc.

Egy kiterjesztett ív papir egyik oldalán, barnaviasz zárópecsét maradványával. — *Bécsi cs. és kir. házi stb. levéltár: Hung. 1532. Jan. 94.*

Közli: Bunyitay Vincze.

168.

Róma, 1532 február 1.

Marsupinus János kapornaki apát értesíti János királyt, hogy Marsupinus Ferencz, továbbá az angol követ, Gellért atya és saját maga levelét, számra négyet, küldi Velenczén át.

Serenissime Rex... Habet Maiestas V. his inclusis quatuor litteras: unas reverendi et fidelis d. Francisci Marsupini; alteras magnifici d. Gregorii equitis de Casaliis, oratoris serenissimi Anglie Regis, Vestre Maiestati, ut in aliis dixi, deditissimi; tertias reverendi patris fratris Gerardi, eiusdem confessoris; quartas meas. Misique has Venetias medio reverendi d. episcopi de Casaliis V. Maiestati mittendas, alias quoque sub eadem data misi ad quendam illustrissimi domini Veneti secretarium mei amicissimum, V. quoque Maiestati mittendas, medio cuius plures iam a quatuor annis scripsi litteras. Scripsi etiam ad illustrissimum dominum Hyeronimum Lasko, Vayvodam et reverendissimum dominum Stephanum Brodericum, eiusdem oratores apud serenissimum Romanorum Regem, nonnulla V. Maiestatis negotia decernentia. Neque nunc plura dicam, nisi quod Marsupinos V. Maiestati commendatos cupio, eosdem fuisse, esse et fore fideles semper, promitto. Deus optimus, maximus Maiestatem V. salvam conservet. Rome prima Februarii 1532.

Eiusdem Vestre Serenitatis

devotissimus servitor
Johannes Marsupinus
Abbas de Cappornak.

Kívül: Serenissimo Principi et Domino Domino Joanni ...o Ungarie Regi etc. Domino clementissimo.

Egy félív papir egyik oldalán, zárlatán gyűrűpecséttel. — *Bécsi cs. és kir. házi stb. levéltár: Hung. 1532. Febr. Nr. 2.*

Közli: Bunyitay Vincze.

169.

Róma, 1532 februárius 17.

VII. Kelemen pápa tudatja a magyarországi rendekkel, hogy berenhidai gyűlésökre[1] *követül de Hispello Antal protonotáriust és kamarását (választott jesii püspököt) küldötte.*

Statibus Ungarie.

Venerabiles fratres ac dilecti filii salutem. Cum nuper ad nos esset allatum de conventu universali per vos in Calendis Januarii proxime preteriti indicto, (a következő szakasz egészen egyezik a föntebb 157. sz. a. közölt deczember 14-iki irattal) scripseramus venerabili fratri Vincentio archiepiscopo Rossanensi, nostro apud serenissimum regem vestrum, regem Romanorum, nuncio, vobis vicinitate proximo, ut sine mora ad vestrum conventum se transferret. Cum autem postea audierimus diem vos ad conveniendum prorogasse et in festum beati Gregorii transtulisse, nos hoc spatio nobis dato, id quod ab initio decreveramus facere, ut hinc a nobis hominem proprium ad vos mitteremus, elegimus dilectum filium Antonium de Hispello, Sedis Apostolice prothonotarium nostrumque et felicis recordationis Leonis pape X. predecessoris nostri camerarium, exhibitorem presentium, virum nobis prudentia, fide et virtute sua charissimum, eumque de presenti sollicitudine et benevolentia erga vos plene et copiose instructum, nostrum et Sedis Apostolice nuncium destinavimus; cui mandamus, ut nostro et huius Sancte Sedis nomine ad deliberationes vestras pias (ut speramus) et christiane reipublice salutares coadiuvandas vobis adsit, omnemque authoritatem et opem nostras benigne offerat ac polliceatur, ac complura alia pro vestra omnium salute et christiane religionis tutela referat ac significet. Hortamur fraternitates et nobilitates vestras in Domino, ut ipsum Antonium nuncium nostrum benigne suscipiatis, verbisque eius haud aliam fidem nunc et deinceps prestare velitis, quam si nos ipsi vos presentes alloqueremur. Datum etc.

Kívül: Copia bulle.

Egykorú másolata a bécsi cs. és kir. titkos levéltárban. Közölte *Fraknói Vilmos:* Magyar országgyűlési Emlékek. I. 426.

[1] Lásd erről *Fraknói,* Magyar Országgy. Emlékek. I. 356 s köv. ll.

170.

Róma, 1532 február 17.

VII. Kelemen pápának a berenhidai gyűléshez intézett irata.

Venerabilibus fratribus archiepiscopis et episcopis ac dilectis filiis nobilibus viris ducibus, marchionibus, comitibus, equitibus et populis, status regni Hungariae facientibus.

Venerabiles fratres et dilecti filii, salutem. Licet proxime dilecto filio Antonio de Hispello nuncio nostro ad vos misso plena mandata dederimus perferenda, ex quibus desiderium vestrae salutis et securitatis vobis aperte constare poterit, ipsumque Antonium suo officio in illis referendis plene functurum esse non dubitemus: tamen hiisdem curis stimulantibus animum nostrum, et ex abundantia charitatis erga vos nostrae, has etiam litteras verbis et relationi ipsius Antonii adiiciendas putavimus, ut pluribus modis paterna benevolentia et vigilantia nostra vobis manifesta esset. Neque enim filii, tametsi de vestra in sancta religione constantia nunquam dubitavimus, tamen non esse solliciti non possumus, quod vestrum regnum, fractum antea hostilibus proeliis et populationibus, nunc intestinis discordiis discissum et debilitatum videmus. Ad cuius perniciem illud etiam accedit, quod pars vestrum altera eorum favore nititur, quorum nedum apertae vires, sed etiam occultae fraudes timendae nobis sunt, ne quid impiorum seductio vos pios inficiat. Sumus enim praepositi a Deo omnipotente universo generi fidelium, ut pastoris vigilis piique patris amore illorum salutem sedulo procuremus. Quod quum in cunctis populis Christum profitentibus communiter facere debemus, tum peculiarius facimus in vobis, quos haec Sancta Sedes tot iam annos pro fide Christi belligerantes et tanquam murum ad defensionem ceterae christianitatis obiectum, omni studio sustentare ac fovere consuevit. Hoc nos exemplo praedecessorum nostrorum, recenterque felicis recordationis Leonis PP. X. patruelis nostri, adducti, nihil unquam, Deo et vobis testibus, praetermisimus, quod ad vestram salutem a Turcis defendendam pertineret. Vestris quoque cladibus haud minus doluimus quam nostris, quae mox (ut audire potuistis) acerbissimae subsequutae sunt; quas tamen et omnem nostram iniuriam Deo condonantes, privatis calamitatibus et offensionibus posthabitis, ad publica vulnera sananda nos convertimus: omnia posthabentes defensioni sanctae religionis et universali utilitati. Vos quoque, filii, decet vestraeque virtuti ac vetustae gloriae convenit, nec praeteritis

cladibus valde commoveri, nec futura vehementer formidare. Illis enim pro christiana fortitudine laetari potius quam dolere, futuris autem minus angi debetis, stante praecipue hac christianorum principum concordia: qua sane durante non tam nobis ab hoste, quam illi a nobis timendum est. Quodsi omnia in adversum caderent, quae casura (auxiliante Domino) non timemus, retinenda est vobis maiorum vestrorum erga suos reges fides et devotio constanter et sanctissimae religionis a Dei ore susceptae et tot seculis a vobis defensae; pro ea, si casus tulerit, semel moriendum, per quam in aeternum vivimus; nihil committendum, quod veteri vestra ac maiorum vestrorum pietate et laude indignum sit. Et quum (ut ait Apostolus) fideli cum infideli, Christo cum Belial, luci cum tenebris nulla potest esse consociatio: id vos, fratres ac filii, monemus ac per communem Deum rogamus, ut vos seduci non patiamini, ac subdolis hostium consiliis vel fallacibus promissis confidere nolitis. Si quae etiam illi suaserint, aut benigne quoque obtulerint: his venenum subesse credatis. Et si dubium hoc vobis est: christianas provincias illis subiectas, aut deditas, vel fidem eorum sequutas interrogate; nihil nisi foedum se pati servitium et intolerabilis iugum servitutis sufferre respondeant. Sed haec a nostra potius cura et sollicitudine paterni in vos amoris profecta dictaque sunt, quam quod unquam de proceribus Hungarorum suspicemur, ut se Turcis, Dei et suis omniumque christianorum hostibus, quavis ratione adiungant, quos sciant nihil magis, quam christianorum sanguinem sitire, vastitatem christianarum regionum, nobilitatis extinctionem, abductionem virginum, templorum et religionis nostrae foedationem delectare, quosque vestri maiores multum minoribus ipsi copiis totiens profligarunt: his vos ut ullo modo subiici posse credamus. Quamobrem, per Ihesum Dominum, estote constantes et in sancta veraque fide, a qua salus aeterna dependet, fortiter persistite ac extrema quaeque perpeti (si casus tulerit) eligite potius, quam a christianorum communione avulsi, spurcissimam servitutem subire. Quod tamen iam minime metuendum est. Iam enim Dei misericordia (quam nostra peccata averterant) poenis nostris placata, aspirare suis fidelibus videtur, Turca ad Viennam repulso, Italia omni composita, christianis principibus inter se conciliatis, simul bello, simul pestilentia et caritate omnium rerum a christiano orbe remotis; adducto etiam ad vos propius serenissimo Caesare, ut vestrae et Germanorum ac reliquae christianitatis securitati praesens prospiciat. Quod ille, nobis quidem omni studio hortantibus, sed etiam sua ipse maxime pietate, una cum serenissimo

rege Romanorum, eius fratre, rege vestro, in Ratisponensi conventu proxime indicto curaturus est. Nec praeterea nos aut cura, aut studio, aut facultatibus tum nostris conferendis, tum aliorum implorandis, vestrae defensioni unquam deerimus. Itaque vos filii denuo hortamur rogamusque, ut, posita vobis ante oculos sola divini honoris vestraeque animarum salutis et publicae utilitatis ratione, in isto conventu, adiutore Domino, ea statuatis, quae pristinae virtuti ac pietati vestrae sint consentanea. Quemadmodum vos etiam esse facturos firmiter speramus. Sed haec et alia plenius idem Antonius noster vobis explicabit, cui fidem indubiam habere velitis. Datum.

Kívül: Copia bulle.

Egykorú másolata a bécsi cs. és kir. titkos levéltárban. Közölve *Fraknói:* Magyar Országgyűlési Emlékek. I. 423—425. Kiadta egyes kihagyásokkal és a következő dátummal: «Romae XVII. Februarii MDXXXII. pontificatus nostri anno nono» *Raynald,* Annales Ecclesiastici XIII. kötet. *Pray,* Annales Regum Hungariae V. 243—244. *Katona,* XX. 780—784.

171.

Kassa, 1532 február 22.

Kassa városának birája és esküdt polgárai kérik a király biztosait és tanácsosait, hogy Dévay Mátyás hitszónokuk kiszabadításának ügyében, kit Tamás egri püspök és királyi korlátnok Kassára jövén elfogatott és elvitetett, Hersten Gergely küldöttjüknek segítségére legyenek.

Spectabiles et Magnifici Domini, nobis gratiosissimi. Servitiorum nostrorum commendatione premissa. Arbitramur Spect. M. Vestras non ignorare preterita estate reverendum dominum Thomam episcopum Agriensem, sacratissime Regie Maiestatis cancellarium ad nostram civitatem venisse, qui aliquandiu in ea manens clam et occulte concionatorem nostrum Hungarum, nomine scilicet Mathiam, contra privilegia et in dedecus nostre civitatis abducere fecit. Quapropter Spect. M. Vestras presentibus plurimum obsecramus, ut circumspecto Gregorio Hersten, iurato civi nostro presentium scilicet exhibitori in tali nostre civitatis negotio probe instructo atque informato, benignas aures prebere et verbis suis, quitquid nomine nostro dixerit, fidem indubiam Spect. M. Vestre dignentur adhibere, sibique consilio et auxilio in concionatore nostro eliberando esse. Quas ex gratia Dei omnipotentis felicissime valere exoptamus. Datum Cassovie XXII. die Februarii anno Domini 1532. Spect. M. Vestre obsequentissimi

Iudex iuratique cives Civitatis Cassoviensis.

Kívül: Spectabilibus ac magnificis Dominis sacratissime Regie Maiestatis Commissariis et Consiliariis, Dominis nobis gratiosissimis.

Egy félív papir egyik oldalán, pirosviasz zárópecséttel. — *Bécsi cs. és kir. házi stb. levéltár: 1532. Febr. 28.*

Közli: Bunyitay Vincze.

172.

Brüsszel, 1532 februárius 26.

Mária özvegy magyar királyné, titkárát Oláh Miklóst, fejérvári custost ajánlja Ferdinándnak, hogy ha Passauban a magyar ügyek tárgyalása végett tartandó gyűlés alkalmával, a béke megköttetik, javainak és jövedelmeinek birtokába visszahelyeztesse.

Serenissimo Principi Domino Ferdinando, Dei gratia Romanorum, Hungarie et Bohemie etc. Regi etc. Maria Dei gratia Hungarie et Bohemie etc. Regina ac Sacre Caesaree Maiestatis in inferiori Germania Locumtenens etc. salutem et fraterni amoris augmentum. Serenissime Rex, cum Maiestas Vestra Serenissima ita decreverit, ut Patavii in rebus Hungaricis aliqui nunc fiant tractatus: servitia et merita fidelis nostri reverendi Nicolai Olah, Custodis Albensis, nostri et Maiestatis Vestre secretarii ac consiliarii nos induxerunt, ut in commendationem rerum ipsius ad Maiestatem Vestram scriberemus, cuius et servitia et fidelitatem non est opus apud Eandem commemorare. Ea enim hactenus ab initio in servitiis Vestre Maiestatis et nostris semper non cum minima rerum suarum iactura pro sua virili et fecit et prestitit, que ad bonum et fidelem servitorem pertinuerunt, quare eum et negotia ipsius commendamus Vestre Maiestati singulariter et rogamus Eandem plurimum, dignetur suis commissariis, qui Patavii constituturi sunt, si videbitur, in mandatis dare, ut si casu tractatus ipsi ad concordiam devoluti fuerint, bona et beneficia sua omnia, que in Hungaria habet, ei libera relinquantur, et ne illis in aliquem futurum eventum hic in servitiis nostris constitutus privetur. Maiestas Vestra respondebit hac re meritis et servitiis ipsius, nobis vero faciet rem certe gratissimam. Eandem feliciter valere optamus. Cui nos unice commendamus. Bruxellis die XXVI mensis Februarii, anno Domini M. D. XXXII.

E. S. V.

humilis soror
Maria.

Kívül: Serenissimo Principi Domino Ferdinando Dei gratia Romanorum, Hungarie et Bohemie etc. Regi, Infanti Hispaniarum,

Archiducti Austrie, Duci Burgundie et Brabantie, Comiti Tyrolis et Marchioni Moravie etc. Domino et fratri maiori observandissimo.

Papir, zárlatán nagy, veresviasz kerekpecsét nyomaival. — *Bécsi cs. és kir. házi stb. levéltár: Hung. 1532. Febr. 33.*

Közli: BUNYITAY VINCZE.

173.

Kassa, 1532 márczius 2.

Antal kassai plébános jelenti Tamás egri püspöknek, hogy levelét vette s hálálkodik az irányában tanusított kegyért és meg nem érdemlett engedékenységért; egyházi dolgokról egyébiránt nem ír, nehogy saját dicséretét hangoztatni látszassék; ezekről úgy is elegendőképen értesítette a kalocsai prépost.

Amplissimam salutem et omnem felicitatem precatur Vestre Reverendissime Dominationi, deinde sui commendationem, submissionem et obedientiam, tanquam Domino suo gratioso. Quas ad me superioribus diebus Vestra Reverendissima Dominatio dedit litteras, ea, qua licuit, excepi honorificentia, presertim vero cum easdem proprio calamo scriptas viderem, unde paternum affectum, quo me Vestra Reverendissima Dominatio humanissime deperiit, adamussim conspicio, quando tam immerito, immo quondam contumelioso, et contumeliam gratiose condonaverit, et denique tanta dignata fuerit cumulare benevolentia, pro qua in me humanitate polliceor meipsum, esto quod in Pyladis viverem annos, semper fidelissimum servitorem ac deinde cuilibet etiam servorum, licet extremorum Vestre Reverendissime Dominationis, ministrandum me promitto. Hec hactenus. De rebus vero salutis et ecclesiasticis non arbitror meum esse aliquid scribere, ne mearum laudum videar esse buccinator insolentior. Haud ignoro dominum reverendum prepositum Collocensem, patrem meum, undecunque sufficienter satis superque hac de re scripsisse, cui, ut scio, ita laudo, Vestra Reverendissima Dominatio fidem adhibitura rationabilem. Nec plura modo, quam Eandem Vestram Reverendissimam Dominationem incolumem esse cupio. Datum Cassovie sabbato proximo ante dominicam Oculi, anno Domini M. D. XXXII.

Vestre Reverendissime Dominationis

obsequens servitor
Antonius,
parrochus Cassoviensis.

Kívül: Reverendissimo Domino Thome Episcopo Agriensi, dignissimo Domino et Superiori meo semper obsequendo.

Egy félív papir egyik oldalán, zöldviasz záró gyűrűpecséttel, melynek paizsában egy jobbkar három nyilat tart s a paizs fölött csillag és félhold közt P betű, több betűnek nincs is helye. — *Bécsi cs. és kir. házi stb. levéltár: Hung. 1532. Márcz. 37.*

Közli: BUNYITAY VINCZE.

174.

Nyitra, 1532 márczius 4.

Török Bálint tudatja a trencsényiekkel, hogy a tizedet nem engedi el, mint a régi püspökök elengedték.

Prudentes et circumspecti amici et vicini nobis honorandi, salutem. Litteras vestras intelleximus, quas videlicet nobis pro parte decimarum scribitis. Sciatis, Regia Maiestas dominus noster gratiosissimus domum hanc Nobis cum suis solitis proventibus contulit ob servitia nostra. Inde vivere cogimur et sue Maiestati servitia exinde facimus. Non convenit etiam, ut nos proventus solitos et iustos pro posse nostro dissipari patiamur. Multos probos habemus apud nos servitores, quos exinde etiam sustentamus. Scribitis etiam, quod predecessores condam Episcopi vestri relaxassent decimam ipsam. Ipsorum liberum erat arbitrium, etiamsi domum hanc alteri condonassent. Nos nihil contra illos dicemus. Nos tamen, ut premisimus, ex hiis proventibus decimalibus vivere cogimur. Intelligimus autem huiusmodi proventus solitos etiam anni preteriti restare apud vos. Rogamus igitur vos, uti amicos et vicinos nostros, ut ob respectum future bone vicinitatis velitis dictos proventus tam anni preteriti, quam anni presentis Nobis reddere et restituere. In reliquo vos feliciter valere optamus. Ex Arce Nittriensi, feria secunda post Oculi 1532.

Valentinus Therek de Ennÿng.

Kívül: Prudentibus et circumspectis Judici Juratis ceterisque ciuibus ciuitatis Thrÿnchÿniensis amicis et vicinis nobis dilectis.

Papiros, levélzáró piros pecséttel. Eredetije Trencsén sz. kir. város levéltárában. Cista 3. fasc. 10. Nr. 16.

Közli: MATUNÁK MIHÁLY.

175.

Brüsszel, 1532 márczius 10.

Oláh Miklós Ursinus Velius történetíróhoz és Ferdinánd király fiainak nevelőjéhez írt levelében felsorolja a mohácsi ütközetben elesettek, megmenekültek és elfogottak neveit.

Scribis libelli de rebus gestis Ludovici regis nondum a te absoluti causam fuisse, quod interfectorum et captivorum nomina ignoraveris.[1] Ego, si recte memini, pro parte maiori eos tibi connumerare possum. Ex praelatis: Ladislaus Zalkanus Strigoniensis, Paulus Thomoreus franciscanus Colocensis archiepiscopi, qui et capitaneus belli post regem fuerat; Franciscus a Peren Varadiensis, Philippus More Quinqueecclesiensis, Blasius a Pakos Jaurinensis, Joannes benedictinus Csanadiensis,[2] Georgius Doctor Bosniensis episcopi sunt in conflictu caesi. Simon Zagrabiensis, Stephanus Podmanicius Nitriensis, Stephanus Brodericus Sirmiensis, qui regis erat cancellarius, evaserunt. Ex comitibus et baronibus: Georgius a Zapolya, frater germanus minor natu Joannis regis, comes Scepusiensis, qui collega erat in capitaneatu Pauli Colocensis, Ambrosius Sarcan iudex curiae regiae, Petrus a Corlathkew supremus praefectus curiae, Joannes Dragffy magister thavernicorum et vexillifer regis, Antonius Paloczy, Franciscus Ország, Gabriel Pereneus, Nicolaus Tarczay cubiculariorum, Michael Podmanicius aulicorum capitaneus, Andreas Trepka, Stephanus Aczeel. Ex nobilibus primoribus maior fere pars est trucidata. Stephanus Bathoreus comes palatinus Hungariae, Petrus Pereneus, Franciscus Bathany banus Dalmatiae, Slavoniae, Croatiae, Emericus Ország magister cubiculariorum, Franciscus a Homona, Ladislaus More, Petrus ab Erdewd, Andreas Bathoreus, hi omnes partim comites, partim barones, evaserunt. Capti erant pauci, et hi quoque fere omnes tandem in loco conflictus sine discrimine trucidati. Ex captis fuit Michael Emreffy equorum regis praefectus, postea redemptus.

[1] Ursinus Velius Innsbruckból 1531 november 21-én írja Oláh Miklósnak: «De clade Ungariae et Ludovici regis interitu optimi et innocentissimi principis libellum mature absolvi, nomina nostrorum quorundam in illo proelio occisorum mihi desunt, et captivorum, quibus insertis nihil aliud addam, nec minuam. Quem mittam ad serenissimam dominam reginam . . .»

[2] Hic memoria labitur. Joannes (de Musina) enim non in proelio Mohácsiensi, sed in proelio contra Moldavanos a. 1529 inito occubuit (V. Monum. Eccl. tempora innovatae religionis ill. I., 490—91.). Qui in proelio Mohácsiensi occisus est, erat Franciscus Csaholyi.

Nicolaus Herczegh per Ibraimum bassa, ut nuncius, cum duobus aliis Polonis aulicis regiis remissus, per quam caesar Turcarum reginae nunciarat, ne tristaretur mariti clade, quem si viveret (tunc enim nemini satis constabat regem occubuisse), vellet in regno Hungariae et relinquere et contra suos omnes hostes tutari, ob excelsum illius animum, quod non formidaverit parva manu cum eo tantis copiis et viribus instructo congredi. Si mortuus esset, aequo animo regina illius casum ferret. Paulus tunc Agriensis, nunc Strigoniensis, non interfuit proelio; Thomas Vesprimiensis, nunc vero Agriensis, ac Alexius Thurzo thesaurarius relicti erant apud reginam; ego vero ante diem conflictus missus eram a regina ad regem, cuius eram pariter et secretarius et consiliarius, ut percontarer a rege, an cum Turcarum copiis, quae numerum ter centum millia hominum excedere dicebantur, pugnam inire vellet etiam eo exiguo exercitu, quem tunc vigintiquinque aut circiter millium hominum habebat; aut in locis aliquibus expectaturus esset munitioribus auxilia externa, quae ex Germania, Austria et Bohemia erant promissa, et quae ex Transsylvania quoque duce Joanne vayvoda exspectabantur. Ille me nuncio significavit reginae, se fortunam experturum et non subiturum infamiae hanc notam apud posteritatem, ut hosti iam instanti terga dedisset, confisurum in Dei auxilio, cuius clementia parva olim Hungarorum manus magnum fudisset hostium numerum, ni se et Hungariam pro delictis punire vellet, ut superior evaderet; proinde cum belli alea incerta esset, rogare reginam, uti amantissimam coniugem, ut Posonium veluti locum ei tutiorem proficisceretur. Ego reversus a rege ad reginam, triduo ante conflictum secutum, haec illi retuli omnia; quae tanto partim amore coniugali in regem, partim tam magnanima constansque fuit, ut maluerit omnia perpeti, ante quam ipsa fugae signum prima praeberet, et quam certum haberet post me nuncium de pugnae eventu. Sic quarto post meum reditum die supervenit nuncius, quem ad id ordinaramus, qui retulit pugnam amissam, hostesque esse superiores; quo accepto regina ex Buda non tam praebens fugae, quam venationis speciem, lento itinere Posonium venit; unde quando huc et quibus ex rationibus venerimus, non est tibi incognitum. Vale et me ama. Bruxellae 10. Martii 1532.

Oláh Miklós levelezése. 207—209.

176.

Pozsony, 1532 április 5.

Szalaházy Tamás egri püspök Oláh Miklósnak, javadalmai ügyében.

Curabo propediem, ut pecuniam vobis mittere possim aliquam; fiet id, inquam, favente Deo, propediem. Ut abbatia vestra (Tapolcza) nec fratribus, nec cultu divino destituatur, summam adhibebo diligentiam. Et si cognovero ita communibus rebus fore vel utilius vel salutare magis, cogam emigrare Croatos. Maiestati reginali scripsi prolixius de rebus omnibus, quae vel in mentem vel in buccam venerunt. Ego vestri immemor esse nec velim, nec possim, modo non desit occasio. — — Dergeche habet in potestate Hieronymus, D. Tininiensis nepos; cogere hunc poteram, ut cederet, sed mox arripuisset monachus; promittit se soluturum vestros proventus, quos percepit post induciarum finem; danda erit opera, ut ex Ticonio latro eiici possit, neque enim aliter quiescet unquam vicinia. Valete perfeliciter. Posonii quinto die Aprilis 1532.

Oláh Miklós levelezése. 211. l.

177.

Pozsony, 1532 május 31.

Szalaházy Tamás egri püspök értesíti Oláh Miklóst a tapolczai apátság és dunántúli javadalmainak állapotáról, egyúttal tanácsolja neki, hogy a jelen viszonyok közt ne jöjjön vissza Magyarországba.

Litteras vestras una cum munere accepimus. Legimus libellum quantum per occupationes licuit, non possumus non laudare opus pii et eruditi viri, sive is interpres sit, sive paraphrastes. Non dubitamus, quin reliquum quoque perfecerit; rogamus, ut illud quoque, quamprimum licuerit, ad nos mittatis. Pensionem abbatiae de Tapolcza dudum vobis misissemus, sed ea pecunia una cum aliis, quae nobis per nuncios civitatum afferebantur, per Koczka intercepta est, qui et hodie nuncios ipsos captos tenet; dabimus tamen operam, ut eam quamprimum aliunde paremus et vobis mittamus. Emericus et Franciscus Bebek ad Joannem desciverunt, qui abbatiam de Tapolcza invadentes eam expugnaverunt, famulum Petri Horwat, qui ceteris praeerat, crudeli morte affecerunt, reliquos vero, qui illic fuerunt, captivarunt; hinc orsi praeclara sua facinora homines fortissimi. Misimus vobis exemplum litterarum, quibus fideles regiae

Maiestatis seducere conantur, ostendatis illud serenissimae dominae reginae. Pro bonis D. V. et apud D. Valentinum Terek et apud D. Ladislaum More multum laboravimus, sed nihil efficere potuimus; non videntur posse adduci, ut ea remittant, nisi rex cum exercitu veniat. Nostris quoque bonis nihil parcitum est, quae quamvis non sint occupata, tamen ita sunt depraedata et despoliata, ut expedierit ea fuisse occupata. Ceterum suadere D. V. non possumus, ut nunc in his tempestatibus redeat, expectet per hanc aestatem, quem finem res nostrae sortiturae sint, deinde, si cum bona venia serenissimae dominae reginae fieri poterit, non improbamus, ut veniat et regiae Maiestati serviat; nostra officia non sunt defutura. D. V. quam bene valere optamus. Quae hic habentur, ex litteris serenissimae reginae D. V. cognoscet. Posonii, ultima Maii 1532.

Oláh Miklós levelezése. 217—218 ll.

178.

Róma, 1532 június 8.

VII. Kelemen pápa az esztergomi érseket megbízza, hogy a magyarországi szent-Ferencrendű szerzeteseket bántalmazóik ellen védje és oltalmazzá.

Venerabili fratri Archiepiscopo Strigoniensi.

Clemens PP. VII. Venerabilis frater, salutem etc. Etsi quibuslibet religiosis personis ex iniuncto nobis desuper Apostolicae servitutis officio defensionis praesidio assistere teneamur: illis tamen specialius et efficacius adesse nos convenit, qui Sedi Apostolicae immediate subiecti non habent alium praeter Romanum Pontificem defensorem. Exponi siquidem nobis nuper fecit Minister provincialis provinciae B. Mariae Regni Hungariae Ordinis fratrum Minorum secundum morem eiusdem Ordinis, quod nonnulli archiepiscopi, episcopi, praelati et personae ecclesiasticae etiam diversorum Ordinum regulares, ac etiam exemptae, necnon duces, barones, comites, universitates oppidorum et castrorum, communitates civitatum, et diversae aliae personae saeculares, manus violentas in fratres dicti Ordinis temere iniicere et Christifidelibus, ne ipsis fratribus eleemosinam largiantur, neve eis peccata eorum confiteantur, aut apud illos sanctam sepulturam eligant, prohibere, ac alias eis contra eiusdem Ordinis privilegia et indulta Apostolica desuper concessa diversas molestias et iniurias inferre: nonnuli etiam fratres ipsius Ordinis Minorum absque Superiorum licentia aufugientes

retinere praesumpserunt hactenus et praesumant. Quare dictus Minister nobis humiliter supplicavit, ut cum sibi et aliis fratribus ordinis Minorum et provinciae huiusmodi valde reddatur difficile pro singulis querelis ad Sedem praefatam recursum habere, providere sibi super hoc paterna diligentia curaremus. Nos igitur adversus praesumptores, molestatores et iniuriatores huiusmodi eo volentes eisdem fratribus Minoribus remedio subvenire, per quod ipsorum compescatur temeritas et aliis aditus similia committendi praecludatur, fraternitati tuae per praesentes committimus et mandamus, quatenus per te vel alium seu alios Ministro et fratribus dictae provinciae ac eorum singulis, in praemissis efficacis defensionis praesidio assistens, non permittas eos, seu eorum aliquos super praemissis, seu eorum occasione ab eisdem vel quibusvis aliis indebite molestari, vel eis gravamina vel damna seu iniurias irrogari, facturus eisdem Ministro et fratribus, cum ab eis vel procuratoribus suis seu eorum aliquo fueris requisitus, super praemissis — — — iustitiae complementum; molestatores, inuriatores et rebelles quoslibet, cuiuscunque dignitatis, status, gradus, conditionis et praeeminentiae fuerint, quandocunque et quotiescunque opus fuerit, auctoritate nostra per censuram ecclesiasticam, appellatione post posita, compescendo, invocato etiam ad hoc, si opus fuerit, auxilio brachii secularis — — — Praesentibus ad quadriennium et non ultra valituris. Datum Romae etc. die VIII. Junii MDXXXII. Pontificatus nostri Anno Nono.

Theiner, Vetera monum. Slavorum merid. I. 617.

179.

Pozsony, 1532 június 12.

Szalaházy kir. kanczellár felhívja a János-párti urakat, hogy a török ellen indítandó nagy hadjárat alkalmából mutassák magukat igaz magyaroknak, azaz keresztényeknek, hagyjanak föl a törökkel való csalfa szövetkezéssel, értsenek egyet a keresztényekkel, térjenek vissza Ferdinánd király hűségére stb.

Egregie domine et amice honorande. — Quod his annis superioribus nulla inter nos amicitiae et familiaritatis intercesserint officia, nullae ultro citroque missae sunt litterae: exitialis haec regni nostri scissio in causa fuit. Sed cum persuadere nobis nequeamus, dominationem vestram vel religionis, vel maiorum suorum, vel suiipsius ita oblitam esse, ut Turcis, qui peculiares Hungarorum hostes semper habiti sunt, ex animo faverit: credimus eam vel metu peri-

culi, vel desperatione defensionis nostrorum principum ad hanc Turcarum, non dicimus, amicitiam, sed simulationem societatis adactam esse. Pro fraterna igitur charitate has ad dominationem vestram dandas putavimus litteras.

Cum intellexissent christianissimus Romanorum imperator et serenissimus rex noster, Turcarum caesarem rursus regnum hoc et Germaniam vicinam invasurum, ut sunt religionis christianae studiosissimi defensores, convocarunt principes imperii atque expositis reipublicae christianae et imprimis huius regni periculis, ea quae optaverunt auxilia tum ab his, tum ab aliis statibus et ordinibus sunt consequuti: suarum quoque provinciarum et regnorum vires contraxerunt, ita ut brevi, favente Domino, visuri simus tantas copias tamque potentem, qualem nec nostra, nec patrum nostrorum aetas christianorum vidit exercitum. Nec contenti huiusmodi copias et vires comparasse, decreverunt personaliter tum Regia Maiestas, tum Imperator ipse Romanorum huic sanctae et felici expeditioni praeesse et ea praestare, quae in hac summa necessitate rei christianae debent vel ex officio, vel ex pietate. Nemo desperet, quin Deus Optimus Maximus religiosissimorum principum sanctissimos conatus suo favore sit prosecuturus.

Adest illa expeditio, quam nos et maiores nostri votis omnibus eflagitavimus. Illud vehementer nobis Hungaris est evitandum, ne qui tot annos cum hoc hoste perniciosissimo, quamvis non sine nostra clade et ruina, fortissime tamen sumus colluctati, nunc demum Turcis blandiamur, quum Deus ille clementissimus ineffabili misericordia sua maximos christiani nominis principes, tot populos, tot validissimas nationes, reique militaris peritissimas, in nostrum praesidium excitavit. Cavendum est, ne alienigenis, quam nobis, nostra salus et liberatio carior videri possit.

Saepe nos apud invictissimum imperatorem Carolum, saepe apud Maiestatem Regiam, dominum nostrum clementissimum, apud ceteros principes, per litteras, per oratores suppliciter contendimus, ut arma in Turcas, qualia nunc divina bonitate parata sunt, compararent: adtritas esse vires nostras: regnum magna ex parte variis calamitatibus accisum et exhaustum: fratres nostros, qui diversarum sunt partium, non sua sponte Turcis victoribus obtemperare; quin etiam ausi fuimus pro dominatione vestra suisque amicis spondere, quod pari nobiscum desiderio teneantur, ut aliquando communem patriam ab importuna Turcarum tyrannide liberam videre possint. Fore etiam praediximus, simul atque haec optatissima in Turcas expeditio procederet, dominationem vestram et ceteros ultro decla-

raturos, quam exosam quamque infensam Turcarum gentem semper habuerint. Tempus itaque appetit, ut dominatio vestra verum hungarum, id est christianum, e christianis ortum maioribus, reipsa exhibeat: rumpat insidiosam Turcarum societatem: consentiat cum christianis: redeat ad clementissimi regis nostri obedientiam: serviat, per immortalem Deum, patriae ac religioni. Nam ex eo tempore, quo Turcae dominantur nostrisque cervicibus coeperunt imminere, nunquam ad portum nostrae tranquillitatis et liberationis propius accessimus. Nunc est divinitus data occasio, qua Hungari omnes redire ad mutuam concordiam et discerpta haec nostra membra in unum corpus coalescere, uni capiti obtemperare debeant.

Parata est dominationi vestrae apud Maiestatem domini nostri regis non solum praeteritorum omnium venia et oblivio sempiterna, verum etiam gratia singularis, si cum eius Maiestate cumque eius fratre, Imperatore christiano, adversus nefandam Turcarum nationem pro fidei et patriae nostrae defensione arma capere et ad eorum exercitus et castra accedere non dubitaverit. Quodsi dominatio vestra suis sumtibus magnum equitum numerum ad hoc sacrum bellum conducere gravatur: iuvabunt eam nostri principes stipendio tanto, quanto optime contenta sit futura. Quidquid dominatio vestra faciendum decreverit, reddat nos, rogamus, quamprimum certiores. Suademus dominationi vestrae ex fraterna charitate id, quod sibi privatim honestissimum, patriae vero communi maxime utile ac salutare futurum arbitramur. Quam rem ut suis amicis, fratribus, vicinis pari nobiscum studio atque ardore animi persuadeat, rogamus. Valeat feliciter dominatio vestra. Posonii XII. Junii anno 1532.

Bél, Notitia Hungariae I. 201. *Katona,* XX. 785.

180.

Regensburg, 1532 június 20.

Campeggio Lőrincz kardinális Faber János bécsi püspököt és budai prépostot VII. Kelemen pápa kegyeibe ajánlja.

Beatissime Pater. Post pedum oscula beatorum. Cum proximis diebus Ferdinandus Romanorum rex Joannem Fabri eppum Viennensem Sanctitati vestre vehementer commendarit, nullius eum amplius commendatione indigere plane cognosco. Is tamen sibi penitus persuasit, si ad regis litteras meae quoque accesserint, quod

a Sanctitate v. tanto studio impetrare contendit, id se aliquanto facilius consecuturum fore — — Is, ut audio, rei familiaris angustia non parum laborat. Budensis namque praepositura, quam a Regia Maiestate obtinuerat, una cum civitate in hostium manus devenit; Viennensis vero ecclesia ob Turcici belli vastationes adeo opibus destituta est omnibus, ut ad eius calamitatem nihil addi possit. — — — Iccirco Beatitudinis vestrae pedibus obvolutus suppliciter petit, ut de apostolici thesauri copia aliquid ei impartiatur. — — Ego quoque pro meo in hunc hominem animo atque pristina benevolentia, proque illius in me studio non vulgari, et quod ad rem magis pertinet, pro ipsius innumerabilibus meritis ad rempublicam christianam bene ac constanter positis, quicquid officii, beneficii honorisque in Fabrum Sanctitas v. contulerit, id in me ipsum atque in rem meam collatum existimabo semperque fatebor. Cuius Beatitudinis pedibus me humillime commendo ac trado. Ratisponae duodecimo Calendas Julii MDXXXII.

Humillimus servus
L. Car. Campegi.

Theiner, Vetera monum. Slavor. merid. I. 618.

181.

Buda, 1532 augusztus 17.

Frangepán Ferencz kalocsai érsek De Soria Bernardinhoz intézett levelében elegikus hangon megemlékezvén a klastromban boldogan és nyugalmasan együtt töltött napokra, leírja, miként működött a két király közti béke létesítésén, többször követül küldetvén hol ide, hol oda János királytól, kihez nagy vonzalommal ragaszkodott és kit mindenben menteni törekszik.

Reverende in Christo Pater et Domine mihi observandissime, salutem et mei solitam illam commendationem. Inter tot curas publicas, quibus pene obruor, recrearunt me suavissime littere tue Paternitatis ante tres menses mihi reddite, ex quibus ut cognovi sanitatem et felicitatem et pristinum illum amorem in me Reverendissimi domini et patris mei colendissimi, domini Cardinalis sancte Crucis, simul atque bonam valetudinem Vestre Paternitatis, gavisus sum mirum in modum, neque credo, mi amantissime Bernardine, te hec non vehementer credere. Affectus enim ille, quem primum reverendissimus dominus meus Cardinalis ac tua Paternitas deinde erga me nulla virtute redimitum gessistis, verbula quoque illa, que in felicissima et quietissima condam vita nostra claustrali inter nos

accidere solebant in letitia cordis (que cum nostro fratre Donato, dum mihi licet per otium, refricamus), dum mihi in mentem succurrunt, non aliud facere possum, quam multis suspiriis precari celestem Regem, ut domino meo reverendissimo Cardinali et tue Paternitati omnia eveniant, que et in hac vita et in alia hominem felicem facere solent, et me nimium dolentem faciat suam reverendissimam Dominationem et tuam Paternitatem quandoque cernere: tunc crederem mihi diem illuxisse iucundissimum. Sed ad rem redeamus.

Sciscitaris de statu et conditione mea, nam ex diversis rumoribus, quos de me tua Paternitas audivisset, scribit se nil veri et certi de me cognoscere posse, cum alii me archiepiscopum asserant, alii negent, et multa alia. Memor ego, mi Reverendissime Pater, colloquiorum nostrorum, que sepe in multam noctem protrahere absque tedio solebamus, neque nunc credo tue Paternitati fastidio fore (si tamen erga me ille es, qui semper fuisti), si statum meum et involucrum, in quod incidi, altius repetam. Qui affirmarunt tue Paternitati me non esse archiepiscopum, illi absque dubio profundius negotium meum intelligunt et verum dicunt, nunquam enim in illum archiepiscopatum consensi, cuius nomen gero, sed neque in alium; nam absque summi Pontificis expresso mandato id facere nolui, neque redditus illius aut alterius ecclesie attingere volui. Dubito te ista Bighimarias dicturum, ego tamen censeo, ut semper (te teste) alias feci, christiana et mihi necessaria. Qui autem asserunt me archiepiscopum, licet fallantur, non tamen mentiuntur, quia intrinsece rem ignorantes non aliud, quam vident, iudicare possunt. Quid autem sit in causa, quod me vocent et scribant archiepiscopum, dicam.

Post infelicem illam cladem, in qua serenissimus dominus rex Ludovicus occubuit, cum crederem (te teste), sicut verisimiliter credi poterat, potentissimum Turcarum principem iam debere totam Hungariam occupare, scirem item cognatum quoque meum inter alios in bello illo occubuisse, deliberavi (ut scis) venire in Hungariam, ut sorori vidue, filiis et rebus suis in tanto periculo subvenirem, vel melius, ut eam unacum liberis et rebus suis subtraherem periculo, quod ei imminere credebam. Adventus mei huc tua Paternitas scit hanc fuisse primariam causam, ad quam accessit alia, quam non ignoras. Postquam huc appulissem per varios casus, per tot discrimina rerum, aliter repperi omnia, quam credebam et sperabam. Inveni regnum in duas scissum factiones, inveni duos reges de hoc lacero et infelicissimo regno contendentes. Visitavi primum sere-

nissimum dominum Romanorum regem, prior enim mihi occurrebat, ubi cum nil effecissem, adivi alium, cui multa de pace cum locutus fuissem, tandem Deo ita volente indictus est conventus Olomucensis pro tractanda pace, ad quem et dissidentes reges et serenissimus dominus rex Polonie tanquam mediator mittere debebant oratores. Serenissimus dominus rex Vngarie cepit insistere vehementer, ut ego essem unus et quidem primus ex illis, qui illuc ad tractandam pacem ire debebant, credens in me aliquid supra id, quod erat. Et licet plurimum restitissem, passus sum me vinci propter bonum publicum, quod ex concordia sequebatur, quam omnino secuturam credebam, quia homines existimabam magis christianos et quia adlecti erant mihi college magni viri: unus, qui nunc est regni palatinus comes, alius qui tum etiam erat cancellarius regius, tertius, qui nunc est episcopus Transilvanus. Visum est eis omnibus, ne ego illuc privatus accederem, sicque tum per Maiestatem Regiam, tum per omnes dominos consiliarios multum diuque rogatus, pronunciatus tandem sum archiepiscopus Colocensis, qui etsi multum sit attenuatus ex illa clade regni, nolui tamen nec in multo nec in parvo quicquam ex eo aliud, quam titulum habere, ob eam causam, quam dixi. Postquam autem re infecta ex dieta illa redii, illico et titulo coram rege et consiliariis renunciaveram, et cum iam meditarer reditum meum ad pristinum vite institutum in Italia: accidit dominum regem Ferdinandum, magna vi fretum, venire Budam, corruptis prius primoribus regni, qui alterius regis partes sequebantur, cui prodito pene ab omnibus necesse fuit cedere regia sua. Ubi rursus in tanta sua calamitate coactus sum cum reverendissimo domino meo episcopo Sirmiensi (apud quem convivati sumus quandoque ambo Rome, dum ageret oratorem clare memorie Ludovici regis Hungarie apud modernum Summum Pontificem) ire in legationem pacis ad serenissimum dominum regem Polonie. Ubi cum per quinque menses fuissem, iterum re infecta redii, cum firmo proposito, statim postquam regem invenissem, accipiendi licentiam et redeundi ad vos. Cum autem venissem ad confinia regni, occuri regi meo fugienti ex prelio. Ibi considerata regis fortuna et memor dicti Periandri: «Infelicibus amicis is esto, qui et felicibus», erubui (fateor) hominem tunc deserere, cum eum pene ab omnibus derelictum vidissem; comitatus sum eum in exilium. Ibi rursum magnis precibus a Sua Maiestate inductus, redii ad dominum regem Polonie, ubi et tunc nihil effeci. Post semestre exilium Deo ita disponente reversus sum una cum rege meo in Hungariam. Ibi denuo institi, ut iam tandem bona venita liceret

mihi discedere, et cum iam magna importunitate quasi id effecissem, invasit me dolor pedum, qui in aliquot menses distulit negotium. Tandem pristine restitutus sanitati, cum mihi vidissem adeo preclusas vias redeundi in Italiam per Germaniam, ut sine aperto vite discrimine me itineri commisissem minime, statui per Turciam redire. Ubi cum certo intellexissem et illam viam mihi magna arte preclusam ab hiis, qui nullo pacto volebant hic presentia mea carere, substiti deliberabundus, quidnam agere deberem. Venit hoc interim ad regem meum et ad nos fama certissima, potentissimum Turcharum principem Ungarie finibus appropinquare, qui excitus et provocatus litteris domini Romanorum regis multiplicibus, magnifica dumtaxat verba continentibus, veniebat, ut Hungariam in totum pro se occuparet, Austriam vero incendiis et ruinis compleret, sicuti et fecit. Hec ubi dominus rex meus una nobiscum certo certius cognovisset, statuimus pro christiana republica et patria (cui primas post Deum partes debemus) nos omni discrimini obicere, ut vel deprecemur patrie excidium, vel cum ipsa una cadamus. Cum 300 (crede mihi) equitibus, sine salvo conductu vel alia assecuratione, intravimus intrepide exercitum 500.000 et amplius hominum, ubi Domino Deo ita volente, qui in manu sua corda principum habet, honorifice multum excepti sumus. Ibi ego primus post dominum regem meum in cuculla intravi tentorium cesaris et deosculatus sum manum eius, deinde ordine ceteri usque ad decem numero. Multa ibi acta et dicta sunt, que longum et tediosum esset et mihi scribere et tue Paternitati legere. In fine tamen condonatum est nobis, ut nostris legibus vivamus regnumque pacifice absque tributo vel quacunque alia superioritatis recognitione possideamus.

Hic iam liceat mihi expostulare tecum. Leo primus Romanus Pontifex, quia Atile Romam venienti obvius prodiit et supplex cum tributi solutione patrie excidium deprecatus est, servator patrie, pius pontifex, optimus pastor, summis laudibus posteritati extitit merito commendatus. Serenissimus rex meus una nobiscum, qui non unam urbem, sed regna et Christianitatis antemurale liberum conservavimus precibus, cum armis (a tota Christianitate destituti) nequivimus, infamia notati et ad tartara condemnati sumus: non poterat (ni fallor), nec debebat is in tam constantes viros metus cadere, qui ad ista eos impellere debuisset. Dominus tamen rex meus et nos, iuxta consilium Apostolicum, per infamiam et bonam famam, ut seductores et tamen veraces, hec omnia tulimus patienter.

Post cesaris Turcharum reditum credens dominus rex meus, iam forte dominum regem Ferdinandum redisse ad cor et velle

iam tandem aliquam honestam inire concordiam, a qua nunquam rex meus fuit alienus, cepit instare apud me, ut adhuc aliquanto tempore manerem cum ipso, ne forte mentio aliqua pacis incideret. Ego cum hoc quoque, ut pacis cupidus, prestitissem, medio domini regis Polonie indicta est dieta Posnaniensis pro tractanda pace. Ad quem tractatum dominus rex Polonie et dominus dux Saxonie Georgius miserunt oratores suos, insignes viros; dominus rex meus misit me et cancellarium suum summum et vayvodam Transilvanum, episcopum Vesprimiensem et magistrum tavernicorum. Ibi quoque multum temporis in vanum consumpsimus et sub illo conventu rex meus Bude est fortiter oppugnatus et aliquanto fortius defensus. Soluta illa obsidione iniecta est mentio induciarum, ex quibus, quia omnes credebamus indubie pacem secuturam, induximus dominum regem meum pene invitum ad ineundas trimestres inducias, et tandem annuas, ad quarum firmationem misit rex meus me et dominum vayvodam Transilvanum Lazki ad Visegrad, ubi sine mediatoribus, cum oratoribus et commissariis domini Romanorum regis negotium transegimus. Annus tamen ille aliter, quam sperabamus, effluxit. Nunc rursus omnia ruunt, non tamen invenitur princeps aliquis christianus, qui rem hanc serio capessat; omnes conniventibus oculis hec mala Christianitatis inspiciunt, ac si nil ad eos de huiusmodi pertineret.

Ex predictis considerare poteris, in quos labores ego quietem commutavi claustralem. Heu, quantum laboris, quantum impensarum in hiis subii, nil aliud premii (testis est mihi Deus, cui servio) expectans preter salutem anime et bonam famam. Crede enim mihi Bernardine, veritatem enim dico, quod nisi per nos, qui adheremus regi Joanni, qui tum Turce vocamur per factionem Ferdinandi regis, hactenus hoc regnum conservatum foret, per illos bonos christianos sibi adherentes iam dudum actum de eo fuisset: et tamen nos tanquam membra inutilia reiicimur per eos. Et ut ad singularia descendamus, quid commerui ego, a vobis ut exorcizarer? Nunquam in prelio aliquo fui cum domino rege meo; ubicunque de pace aliquid tractatum est, semper interfui. Forte dices, manum Turcarum cesaris es deosculatus. Quid mali est hoc, rogo te, principum manum deosculare? et si licet pro conservatione commodi non magni exosculare pedes vicarii Christi, cur non liceat pro conservatione tot animarum vicarii Mahumeti manum exosculare? non video. Hec sunt, que me hic tenuerunt hactenus, pro quibus credo, Christum mihi celum, non tartara daturum. Nunc, si potero, finem hiis imponam, si autem manebo (quod nondum decrevi),

nullam aliam ob causam, crede mihi, manebo, quam ob bonum Christiane Reipublice et Sedis Apostolice dignitatem. Nam si Romanus Pontifex sciret, que nos cum reverendissimo domino Sirmiensi Broderico hic pro Apostolica Sede et Sua Sanctitate facimus, vel quid sequi posset, si hic non essemus, certo *me canonizaret.* Ego autem etsi hic habeam honestum victum, nam etsi nihil (ut dixi) de archiepiscopatu attingo, habeo nihilominus etiam hiis duris temporibus eam a domino meo provisionem et ex bonis sororis mee sustentationem, ut alam continue 70 homines in curia mea et 60 equos, tamen omnibus hiis preponerem conventum Areceli. Quod autem scribit tua Paternitas de bullis eximendis, scias, me longe maius beneficium hic posse consequi, quam sit meus archiepiscopatus. Tamen, ut dixi, nihil adhuc de hiis determinavi. Credo propediem missurum regem meum nuntium suum ad Sanctissimum Dominum Nostrum, a quo clarius mentem meam intelliges. Interim sollicitet tua Paternitas reverendissimum dominum meum Cardinalem Sancte Crucis, ut inducat Summum Pontificem ad pacem componendam inter hos reges, si vult et toti Christianitati et precipue Italie consulere. O, si mihi vel Broderico daretur unus dies ad conferendum cum Sua Sanctitate vel cum reverendissimo Cardinali de hiis que instant et que futura sunt, prestaret orbi christiano dies illa una in atriis suis super milia!

Ultimo peto a tua Paternitate duo: unum, quod longitudo et fastidium harum litterarum non imputetur garrulitati, nam vitam meam quinque annorum cum medio brevius explicare non potui. Reliquum, ut Broderici et mea perpetua servitia ad pedes Sanctissimi Domini nostri commendare velit et Suam Sanctitatem nomine nostro orare, ut de omnibus, que Sue Sanctitati vel dicta sunt vel dicentur de nobis, nil aliud credat, nisi et christianos nos esse et Sue Sanctitati ac Sedi Apostolice deditissimos. Item commendabit nostra servitia reverendissimis dominis Cardinalibus Farnesio, Monte, Sancte Crucis, Trivulcio, Salviatis, Pisani et Sanctorum 4 et novo Cardinali, cuius dominationi tua Paternitas nomine nostro congratulabitur de nova dignitate. Quod autem tua Paternitas Reverenda scribit de se ipsa, hoc iam antea ex litteris tuae Paternitatis intellexeram. Gaudeo profecto, cum aliquid boni de ea audio, vinculum enim amicitie et necessitudinem illam, que inter nos intercedit, nec locorum longinquitas, nec ulla unquam delebit oblivio. Valeat tua Paternitas Reverenda et cito mihi ex Ravellensi Rapellensis efficiaris et me una cum meo Donato ut soles, ama, quem

etiam reverendissimo domino Cardinali commendabis. Bude 17 Augusti anno 1532.

Vester
Frater Franciscus de Frangepan subscripsit.

Mellékelve egy hasonló minőségű, negyedív papiron ugyanazon kéztől:

Mirum in modum dolore afficior, mi Bernardine, de religionis ruina. Vidi ego ista, sicut illa, que oculis videntur. Dominus parcat reverendissimo domino Cardinali, qui est in causa huius ruine, nam et nunc posset auctoritate sua reprimere et Ministri Generalis et aliorum ambitionem, si vellet. Quum audivi, Bordonarium fuisse unum ex capituli generalis diffinitoribus, risi, sardonico tamen risu. Rogo, iuvate et erigite collapsam matrem, si boni filii estis. Preterea, rogo, scribat mihi Vestra Paternitas de nostra Romana provincia omnia et singula, et qui vivant ex nostris amicis, qui non. Et per guardianum Viterbiensem sciscitetur Vestra Paternitas de Donati mei consanguineis, qui vivant nunc, quique post nostrum a vobis discessum obierint de utroqne sexu, quia cupit pauper senex de hiis certificari, et *nostri libri, maxime manu mea scripti,* rogo ne pereant et rogo, commendet me Paternitas Vestra primum patri Ministro Generali, qui iam mei oblitus est et Provinciali, patri Priori ordinis, patri guardiano Are Celi, fratribus et Patribus Angelo Romano, Angelo Hispano amico meo, quondam precipuo, Bernardo de Ast, Felici de Babuco, Bonaventure de Sarzana, et faciatis, ut ad me scribat aliquid, Stephano Hispano, quem scribunt ad me ex urbe, magna de me istic loqui, nescio, an bona vel mala, a posta sua, dum recte vivam etc. Ego tradidi animam meam pro christo in labores et erumnas per infamiam et bonam famam etc. O, utinam vos aliquando videam.

Fr. Fr. de Fr. subscripsit. (Frater Franciscus de Frangepan.)

Kívül: Reverendo Domino in Christo Patri Domino Bernardino de Soria Episcopo Ravellensi etc. Domino et fratri observando.

Rome in Curia Reverendissimi Domini Cardinalis Sancte Crucis.

Másfél ív papirnak öt oldalán, zárlatán papirfelzetes veresviasz gyűrűpecséttel; csak az aláírás az érseké. — *Bécsi cs. és kir. házi stb. levéltár: Hung. 1532. Aug. 12.*

Közli: Bunyitay Vincze.

182.

Bécs, 1532 augusztus 19.

Vitturi János (Zuan)-nak nejéhez Velenczébe írt tudósítása Perényi Péter fogságáról és ezt előzőleg tett, 1531-iki lorettói zarándoklatáról.

«Hongari sono malcontenti dil Turco. Perche a Piero Varadim,[1] che è delli primi Baroni de Ungaria, qual l' anno passato fu a Loreto con una bella compagnia et per la illust. Signoria[2] li lo fatto molto honor, è presom dil Turco; et quando el venne a combatter questa città,[3] il lasciò con promission di non esser contra il Vayvoda; et havea messo zoso le arme et non se impazarà ad esso; quando il Turco intrò in Ungaria, detto P. Petro[4] ando incontra con cavalli 60 per basarli i piedi; et apresentatosi a Ibraim, lo fece retegnir et taiar tutti li suoi a pezi.» — Confer nuntium oratoris Veneti Ratisbona die 26 Augusti a. 1532. missum: «Uno principal dil paese d' Ungaria, nominato Primi Pietro... è sta chiamato dal Turcho; il quale è andato con un honorato compagnia... Sdegnati quelli Turchi, che erano con lui, hanno tagliati a pezzi tutta la sua compagnia, et esso hanno mandato legato a Belgrado».

Starine. Zágráb 1891. XXIV. k. 177, 163.

183.

Pozsony, 1532 augusztus 27.

Szalaházy Tamás kir. kanczellár értesíti a magyar urakat, hogy Medici kardinális, pápai követ biztosai Pozsonyba érkeztek, hogy a Szentatya költségén a török elleni háborúra huszárokat fogadjanak.

Magnifice domine et amice! salutem et nostri commendationem. Scripseramus iussu Regiae Maiestatis, domini nostri clementissimi, his diebus ad dominationem vestram, ut quae bello necessaria sunt, parata haberet: et, quum rursum per Regiam Maiestatem aut nos admoneretur, proficisci in expeditionem posset. Nunc commissarii reverendissimi domini cardinalis de Medicis, legati apostolici, qui huszarones ad servitia Regiae Maiestatis, stipendio Summi Pontificis, conducturi sunt, cum pecunia Posonium appulerunt. Rogamus igitur dominationem vestram et iussu Regiae Maiestatis

[1] Sic vocitatus a fratre, qui fuit «Varadinensis» (episcopus). [2] Respublica Veneta. [3] Vienna (Bécs) a. 1529. [4] Idest: Prinyi Petro.

monemus, ut mox acceptis praesentibus huc veniat, actura cum dictis commissariis et nobiscum de numero equitum et acceptura ad eosdem pecunia. Dabuntur autem in mensem quatuor floreni hungarici; praeterea illi, qui centum habiturus est equites, centum floreni ad mensem. Ea est praesentis belli ratio, ut si nihil stipendii numeraretur, tamen in illud proficiscendum esset suis impensis, omnibus, quibus patria religioque christiana cordi est. Dominationem vestram feliciter valere optamus. Posonii feria tertia proxima post festum beati Bartholomaei Apostoli, anno 1532.

Bél, Notitia Hungariae novae. I. 207. *Katona,* XX. 812.

184.

Terebes, 1532 augusztus 30.

Ormosdi Székely Klára, Perényi Péterné tudatja Tamás egri püspökkel és királyi korlátnokkal, hogy a kivánt tizedet nem fizetheti meg, mert javainak nagy része az ellenség kezében van; amiért nagy gond fogta el, hogy mivel fogják várait fentarthatni.

Reverendissime Domine mihi observandissime, post salutem, nostrorum servitiorum commendationem. Que Reverendissima D. V. ex parte decime scribit, intelligo. Utinam talia essent tempora, quod nos bona nostra ita libere teneremus, ut de illis decimam persolvere liceret. Sed Domine Reverendissime, potest intelligere Reverendissima Dominatio V., quod iam magna pars bonorum nostrorum est in manu hostis, et quod residuum est, illi ita inhiant, ut nec nostri proventus proprii nobis sint integri; itaque Dominationi V. R. nescimus quomodo decimas aliquas valeamus polliceri, quum nostra in potestate ille non sint. Est ingens cura nobis de hoc, unde castra nostra sustentari debeant, quum ipsa bona, unde illa cumulanda essent, ita distrahantur. Valere R. Dominationem V. optamus. Ex castro nostro Therebes in crastino decollationis Sancti Joannis 1532.

Clara Zekel de Ormosd consors
Sp. et M. D. Petri Pereny.

Kívül: Reverendissimo Domino Thome Episcopo ecclesie Agriensis et Cancellario Regie Maiestatis etc. Domino nobis observandissimo.

Egy negyedív papir egyik oldalán, zárlatán veresviasz gyűrűpecsét nyomaival. — *Bécsi cs. és kir. házi stb. levéltár: Hung. 1532. Aug.—Nov. Nr. 22.*

Közli: Bunyitay Vincze.

185.

Kálló, 1532 szeptember 11.

Kállai Lőkös Jánosné, Nadányi Krisztina végrendeletének vallási vonatkozású része.

Ego Christina de Nadan, coniux egregii domini Johannis Lewkes... facio tale testamentum feria quarta inter octavas Natalis Marie anno Domini 1532.

Inprimis commendo animam meam Deo omnipotenti et intemerate virgini Marie.

Item subam... lego altari divi Johannis Baptiste ad faciendam casulam.

Item pueros Paulum et Wolfgangum Kállai lego domino Stephano de Nadan et domino Michaeli Somlai, ut curam illorum gerant. Pro defensione autem eligant magnificum dominum Emericum Chÿbach, episcopum Waradiensem.

— — — — — — — — — — — — — — —

Eredetije papiron, lehullott gyűrűpecsét helyével, a Nemzeti Múzeumban elhelyezett Kállay-levéltárban.

Közli: Dr. Karácsonyi János.

186.

Schweidnitz, 1532 szeptember 24.

Henckel János Oláh Miklósnak. Panaszkodik köszvénybajáról és egyéb kellemetlenségeiről s Mária királyné kegyét kéri a maga és unokaöcscse, ifjabb Henckel János részére.

Reverende Domine et frater charissime. Si D. V. recte valet eidemque ad voluntatem succedunt omnia, id ei syncere et ex animo gratulor. Ego, ut soleo, valeo, subinde carnificem meum, pedum dolorem, recurrentem et me excruciantem sentiens. Charissime Domine ac frater, frequens invaletudo mea et ingravescens aetas facit, ut verear, ne munus pastorale, quod ad mandatum Regiae Maiestatis domini mei clementissimi et vocationem senatus et communitatis Schveidniciae administro, relinquere et Vratislaviam redire cogar, ubi quam aegre et difficulter sumptus tollerare potero, quum praebendam istic meam curtisanus quidam, pontificia nescio qua gratia, oppugnet et controversam faciat (pensio etiam illa, qua mihi Reginalis Maiestas, domina mea gratiosissima, ex Hungaria providit, ad proximum divi Michaelis diem de integro anno soluta

et propter praesentium temporum difficultatem repraesentata non sit; bona insuper pars debiti mei, nempe septuaginta duo floreni, debeantur), facile D. V. colligere potest. Ceterum cum secundum Deum omnes spes opesque meae in serenissima principe domina Maria Regina, utpote fidelis ministri et clientis Mtis suae, sint positae, D. V^ram^ pro mutuo inter nos et veteri amore, summo studio oro atque obsecro, ut me sacrae suae Mti fideliter ac diligenter commendet, quo Maiestas sua, pro innata sibi reginali munificentia et liberalitate, mihi aliunde gratiose providere dignetur. Id quod Mtas Sua non difficulter aut incommode meo iudicio ex Antwerpia per procuratores seu factores mercatorum Vratislawiensium facere posset. Bona me spes habet, id Maiestatem suam non gravate facturam, fidelissimorum servitiorum meorum et aegritudinis meae ratione habita, praesertim si legittima D. Vrae apud eam mei commendatio prout spero, accesserit. Adolescens vero, qui hasce D. Vrae litteras reddidit, Joannes Henckellus iunior, nepos ex fratre meo, ab ineunte aetate virtutis et bonorum literarum studiis, quam foeliciter nescio, diligenter certe semper navavit operam; quapropter maximam optimamque de ingenio suo apud multos concitavit spem atque expectationem, quam ut eum sustinere posse confidam, ingenita naturae eius bonitas ac indoles mihi persuadet. Cum isto[1] ad reginalem Maiestatem mittendum putavi, ut Mtis suae liberalitate ac patrocinio Lovanii aut Coloniae sub bonis praeceptoribus inchoata coeptaque sua studia absolvat, quo commodius rectiusque deinde Mti suae servire valeat. Nam famulitio eius plane a me est destinatus. Quemadmodum id quoque in litteris meis Mti suae insinuavi. Charissime Domine et frater observandissime, adiuvet me in hac etiam caussa D. Vra et ipsum adolescentem Reginae de meliore nota commendet, ut id, cuius gratia istuc venit, eo facilius consequatur. Quicquid studii aut officiorum in me aut illum D. V. contulerit, id eidem ab utroque nostrum pulchre foenerabitur, ut memores et gratos esse D. V. experiatur, reipsa praestabimus. *(Hireket közöl a törökök felől.)* — — Datum Schveidnicii die Martis post Mauritii 1532. Haec in lecto recumbens, coactus sum manu alterius scribi facere. Nam podagra me premit nunc acrius.

[1] Talán: Eum istuc.

Közölte *Frankl Vilmos:* Henckel János, Mária királyné udvari papja. Pest, 1872. 26—28. ll. *Ipolyi:* Oláh Miklós levelezése. 250.

187.

Pozsony, 1532 október 25.

Szalaházy Tamás egri püspök hírül vevén, hogy Ferdinánd hajlandó volna János királylyal békét kötni, azt ajánlja a királynak, hogy ez ügyben a zengi püspök közreműködését vegye igénybe, ki kedves embere volt Jánosnak és kinek ő felsége iránti hűségét tapasztalta.

Sacratissime Rex, Domine clementissime. Si de concordia inter Maiestatem Vestram et Joannem, *uti fama est*, tractatur, non dubito, quod sint homines idonei, quibus ea commissa sit provincia. Posset tamen Maiestas Vestra in hoc negotio domini etiam Segniensis uti opera: gratus Joanni erat, non deest homini ingenium et loquendi facultas, quodque ego non in postremis ponendum existimo: Fratrem illum Frangepanum, qui tantum apud Joannem potest, dominus Segniensis ad Ordinem divi Francisci cooptavit, multisque annis instituit et ob eam necessitudinem consiliis eius libenter solet acquiescere. Hec ideo ad Maiestatem Vestram scribenda putavi, quod videam domini Segniensis fidem erga Maiestatem V. precipuam esse, quique nihil magis cupiat, quam ut possit quocunque ingenio ac labore servitutem suam Maiestati Vestre probare. Quam Deus optimus maximus servet felicissimam. Posonii XXV. Octobris 1532.

Maiestatis Vestre servus humillimus

Agriensis m. p.

Kívül: Ad manus proprias Regie Maiestatis.

Egy félív papir egyik oldalán, veresviasz záró gyűrűpecséttel; egészen a püspök kezeírása. — *Bécsi cs. és kir. házi stb. levéltár: Hung. 1532. Aug.—Nov. Nr. 71.*

Közli: Bunyitay Vincze.

188.

Nagy-Szombat, 1532 november 25.

Várday Pál érsek felszólítja a körmöczbányai tanácsot, hogy a lutheránus tévedésektől városukat megtisztítsák. Plébánosukat magához rendeli s neki teljes menedéket igér.

Prudentes et circumspecti domini, amici nobis honorandi. Cura officii nostri pastoralis nos sollicitatur, ut rursus dominationes vestras et civitatem illam et per nuncios et litteris adhortemur, quo in doctrina sana conservarentur, et licet ex frequentibus nostris adhortationibus

heresim illam Lutherianam, in toto orbe christiano damnatam, inter dominationes vestras ex gratia Dei decrescere intelligamus, nihilominus tamen aliquid reliquiarum illius damnate heresis quorundam incolarum illius civitatis hesisse intelligimus. Quare iterum atque iterum hortamur dominationes vestras et in virtute sancte obedientie requirimus, velint heresim illam Lutherianam, si quid adhuc reliquiarum in illa civitate residui forsitan est, prorsus ex ea summovere, eamque in sacrosancta fide christiana iuxta doctrinam et traditiones sanctorum patrum conservare, nec expectent, ut de hijs authoritatem Regie Maiestatis domini nostri clementissimi ad easdem imploremus, id quod facillimum factu nobis erit, sed ipsimet ex mera et libera voluntate id faciant. Non eis ignotum putamus, in veteri testamento populum iudaicum non aliam ob rem toties a Deo afflictum, correptum, cesum et in exilium dispersionemque [1] gentium actum, quam quod aversi a vero cultu Dei traditionibusque divinis prophetarum, in idololatriam inciderunt. Predicatorem autem sive plebanum (quem dominationes vestre asseruerunt nobis catholicum et nihil preter evangelicam veritatem publice ex ambone docuisse, et si liber ad nos veniendi ei daretur occasio, paratum se offerret coram nobis declarare) hijs litteris nostris assecuramus, ut tuto et libere ad nos veniat exnunc, quem si verum verbi Dei concionatorem et ministrum agnoverimus, eundem in suo beneficio et officio confirmabimus et ad dominationes vestras remittemus. Si vero dogmata eius minus sana intellexerimus, et salutarem nostram admonitionem correctionemque admittere et illis parere noluerit, nihilominus eundem salvum ad dominationes vestras remittemus. Quas bene valere optamus, Ex Thirnavia 25 novembris Anno domini 1532.

Paulus,
Archiepiscopus Strigoniensis m. p.

Aztán saját kezétől: Per hos servitores nostros nunciavimus dominationibus vestris de rebus nostris privatis. Rogamus, velint verbis eorum fidem facere.

Eredetije Körmöczbánya város levéltárában. Fasc. 1. Nr. 36.

Közli: Dr. TIMON ÁKOS.

[1] Az eredetiben tollhibából: dispersionisque.

189.

Körmöczbánya, 1532 deczember 19.

Schaider Pál körmöczbányai plébános igazolja magát az esztergomi érsek előtt az ellene emelt vádakkal szemben és leírja küzdelmeit a lutheránusokkal.

Post indignorum servitiorum suorum cum omni fidelitate atque subiectione perpetuam oblationem plurimum sese atque quam humillime cum digna et debita reverentia observantiaque commendatum facit. Multum diuque mihi cogitanti Reverendissime Domine atque semper colendissime, quid potissimum super litteras eiusdem Rme dominationis vestre nuper per Ladislaum Dobrawyczky ad me datas (vel hoc solo nomine mihi gratissimas acceptissimasque, quoniam amplissimi testes sunt, me e pectore memoriaque Rme D. V. nondum prorsus excidisse) commodissime respondere [debeam] varie certe afficiebar inque varias rapiebar sententias. Etenim [insunt] illis quedam amicitiam pre se ferentia, quedam inimicitiam, quedam sunt laudatoria, aliqua criminatoria, nonnulla exhortatoria et promissoria, nonnulla comminatoria. Itaque pro illarum ratione et mihi quoque varie contrarieque prope sententie succurrebant suggerebanturque. At tandem necessaria deliberatione habita statui, singillatim singulis illarum partibus ex ordine pro virium mearum exiguitate et modulo respondere, et quidem, quam fieri posset, brevissime, sciens quantis quamque arduis curis ac negotiis ob temporum malignitatem Rma D. V. nunc circumventa sit ac prope obruatur.

Itaque, que primo loco R. D. V. pro sua in me gratia singularique benevolentia de mea tum estimatione tum doctrina citra meritum meum laudis quadam exaggeratione perquam amice predicat, plane non agnosco, cum certo sciam nihil eorum omnium mihi inesse, que R. D. V. pro suo in me propensissimo animo de me quam liberalissime profert. Novi enim meipsum et viritulas meas meo pede dimetiri didici. Quapropter iniecerit tantummodo mihi R. D. V. illis suis laudibus immodicis ruboris pudorisque ingentem stimulum, quo iam in perpetuum maximo animi cruciatu exstimulabor, eo mihi enitendum (licet id sane superet omnes vires meas), ut eam, quam apud Rmam D. V. concitavi opinionem, hanc cum honestate decentiaque et tueri et defendere possim illique satisfacere, quod Deus optimus maximus sua in me gratia efficere dignetur. Nam mearum id virium minime est neque unquam fuit. Sed neque quidquam unquam in assertores Lutherane secte laude dignum egi, licet pro orthodoxe veritatis defensione me illis obicem

crebro posuerim renisusque fuerim illorum falsis dogmatibus pro virili, ut quemque pium decet catholicum. Sed quid ego culex contra elephantum, aut unus fere inermis contra armatam cohortem? Preterea nec id quidem, quod a me factum est, captande alicuius aure gratia factum est, qui contemptor semper fui altarum rerum angulique sectator et amator. Sed coactus precepto Domini talentum commissum fideliter dispensare, feci, quod potui et debui. Nec sivi esurientibus ovibus Christi paleas pro granis apponere ac dispensare, extimescens horridam illam Domini exprobrantis vocem in me derivare, qua servum nequam, male sua bona dispensantem condemnat et alium quempiam mnam sibi commissam in terram suffodientem in exteriores tenebras eicere precipit. Et vellet Deus exercituum, gladius mihi daretur, spiritus sapientie et scientie, quo hos immanissimos sevissimosque apros, vineam Dei Sabaoth depopulantes devastantesque conficere possem. Ita me Deus salvet, nec fortunis meis, licet perexiguis, parcerem, nec vite, imo extremissima queque pro solida Christi gloria eiusque sponsa Ecclesia sancta catholica subire animus mihi esset. Sed cum id, nisi Domino disponente cooperanteque fieri nequeat, illi et rem et tempus opportunum eius rei conficiende relinquendum est.

Quare ad alteram litterarum Rme D. V. partem me confero, ad falsam videlicet calumniam iniquissimamque hominis malignissimi (quisquis is tandem est) criminationem, qua me tanquam aliene uxoris appetitorem corruptoremque et adulterum apud Rmam D. V. falso accusare minusque vere deferre non erubuit, cupiens decantata iam olim fabula exosum me atque invisum V. Rme D. V. reddere, meaque ignominia se in Rme D. V. gratiam insinuare, timens fortasse suis commodis sueque farine, ut si constans mihi gratia vetusque favor apud Rmam D. V. consisteret, suum sibi commodum periclitaretur deperiretque. Proinde hoc egit potissimum, ut ex infrigidatis iam vetustate cineribus novam recentemque mihi odii flammam apud eandem Rmam D. V. suscitaret, et cum per veritatem rei id ei succedere desperaret, ad falsam se convertit criminationem corrupitque verum falsi immixtione. At ut veritas in luce prodeat eamque Rma D. V. pure agnoscat, dum eam paucis profero, queso Rma D. V. faciles benignasque mihi prebeat aures sicque peccati mei, gratia Salvatoris nostri a me iam translati atque remissi, patiens equusque (sit) auscultator. Lusi, Reverendissime Domine, (neque enim negabo, nec cor meum ad excusationes in excusandis peccatis declinabo) iuvenili ardore impulsus humanaque passus cecoque amore (proh dolor) a studiis meis transversum

actus, aleam Veneris, et lusi non cum coniugata seu maritata (ut falso accusor), sed cum soluta ac libera sueque potestatis existente vidua et hac quidem lusi conditione, ut si ita sors ferret, illa mihi perpetuo iungeretur, ex qua et modo mihi superest non inelegans nubilique etate puella, quamque in proximo viro sum traditurus. At quia postea reflante fortuna, illa vel diuturne absentie mee impatiens (abfui nam quodam tempore sub conventione videlicet Maximiliani imperatoris et trium pie recordationis regum Wienne, ut optime novit Rma D. V., quattuor fere continuo menses, ac tandem domi rediens acri febre ac aliis nonnullis egritudinibus non levibus laborare cepi, quibus exhaustus viribus necnon plurimum debilitatus et usque ad ultimum vite discrimen deductus fui), vel de salute mea interea desperans, vel calore iuventutis extimulata, vel alterius consuetudine (ut est varium et mutabile genus femina) capta, animum suum in alium transtulit illique, me posthabito, nupsit. Quod equidem non admodum moleste tuli, quippe qui iam egritudinibus senioque corpus habebam plurimum exhaustum viribusque effoetum. Vnde et gaudebam tacite, vesani tandem amoris vinculum non mea culpa, sed illius instabilitate abruptum esse. Itaque cepi mox ad olim intermissa studia mea pedem refferre et illi novo marito suam novam sponsam intactam posthac relinquere. Quod publicum manifestumque est toti huic civitati. Nec poterit quisquam et postremissimorum adversariorum meorum aliud contra me cum veritate testari. Quod vel hoc unico argumento Rma D. V. sibi persuasum habeat, ut pro sua prudentia cogitet, an ii, qui alioquin iam pluries totis (ut aiunt) viribus fortunis meis, licet perexiguis, vitęque meę per phas nephasque insidiati sunt, tale scelus tamdiu inultum in me reliquissent? Minime, profecto minime. Cum prius ob longe leviorem causam, puta ob resistentiam meam, in ecclesia publice cuidam Lutherano concionatori factam, ex editiore eius ecclesie capella (ut vocamus), in qua constitutus tunc eram, deturbare me atque deiicere conati sunt et demum continuis octo diebus incarceratum me in quadam turri civitatis ea de causa tenuerunt, nec inde emiserunt, quoad adveniens huc quidam homo regius, vetus dominus et amicus meus, me eis inde sua auctoritate eripuit. Quis igitur hic eos tamdiu quieturos fuisse putabit? Cum igitur ad intermissa studia mea rediisem, cepi illis fallere anteacte male vite desiderium meque ipsum refovere, quoad tandem, sic volente disponenteque Domino, animum meum ad sacrarum litterarum lectionem appuli, quas cum a bibliaco limine reverenter pieque salutare cepissem, illico cor meum sua ineffabili sapientia immutare

et ad se rapere ceperunt, ita ut totus earum desiderio ęstuarem videns inexhaustum scientie et sapientie Dei in eis reconditum thesaurum fluentaque aque vive in vitam eternam salientis. Cepi itaque mox (nullo sumptui pro facultatibus meis parcens) optimos quosque eius thesauri expositores mihi undequaque conquirere et in illis omni diligentia die noctuque versari. Neque eius laboris satietas fastidiumve unquam me cepit, verum hidropisi quadam aquarum illarum laborare cepi, ut quo plus illas biberem, eo plus illas sitirem. Auxit hanc mihi sitim impium infelixque Lutheri tunc primum mundo influens dogma, quod ab omnibus fere novarum rerum cupidis mira curiositate applausuque non mediocri excipiebatur. Unde nec me quoque extra quesivi, verum pari tum curiositate ductus rimari illud atque perscrutari pro mei ingenii captu cepi et, ut verum fatear, non prorsus ab eo dogmate ab initio abhorrebam, allectus novarum rerum raritate. At posteaquam et adversariorum illius scripta in lucem prodierunt et ea itidem a me perlecta fuere, visa sunt mihi lutheranis longe saniora verioraque et certiora ac orthodoxis patribus magis consona, nec ita absurda insconstantiaque, ut lutherana. Proinde abalienato ab illo pestifero dogmate animo meo, statui a partibus ecclesie catholice apostoliceque ac catholicorum patrum firmiter et inconcusse perpetuo stare et permanere et sub Christi vexillo cum sancta matre ecclesia catholica contra invalescentes errores malumque hoc lutheranum dogma militare, quoque id mihi dexterius cederet, arma mihi in hostem, unde unde potui, conquirere cepi, ut si quando ingrueret necessitas, non prorsus inermis ab hoste circumvenirer. Neque me hec fefellit cogitatio. Nam mox, ut Lutherani senserunt, se contemptis, me stare a parte adversa, ceperunt in me irruere, meque tum publice in ambone ecclesie perinde ac papistam (ut vocant) malis nominibus traducere, scribam phariseumque et hipocritam nominantes, tum privatim in eorum congressibus et compotationibus variis innumerabilibusque proscindere criminationibus. Sic malum illud eorum in me odium infelici cum progressu nullum sortiri videtur finem, verum augetur invalescitque quotidie. Exinde et nuper per antesignanos illius nocentissime secte totus in me populus huius urbecule adeo concitatus fuit, ut vix tantillum abfuerit, quin ab eis occiderer et nisi dulcibus ac blandis verbis (quod tunc mihi in presentissimo periculo constituto divino credo instinctu suggestum esse) animos eorum iam ad scelus ferocientes atque festinantes demulsissem, actum certe erat de me. Sed eripuit animam Deus de manibus leonum et draconum. Nihil tamen mihi

tunc a plebis rectore seu quopiam alio de vitio scortationis seu aliene uxoris commixtione obiectum est, prout delator ille meus perfidus (quisquis tandem is est) V. Rme D. mendaciter (sit id cum venia salvaque reverentia eiusdem Rme D. V. dictum) retulit. — Verum id a iudice nostro, Lutheraneque secte fautoribus et defensoribus, quorum nominibus nunc consulte parco, mihi obiectum est, quod sine intermissione cum illius secte professoribus contenderem confligeremque eis resistendo, eis obtrectando, eos traducendo confundendoque, et per hoc eis omnes evangelicos (ut ipsi vocant) predicatores depellerem abigeremque. Quorum e numero quatuor nominatim recensuerunt, magistrum videlicet Joannem Kreslingum, magistrum Chunradum Cordatum, quendam Henricum Kesching (quos tamen ego multis affeci beneficiis et unum eorum, Henricum videlicet, a morte eripui habuique eos semper, imo et de presenti habeo sinceros et gratos amicos, nedum, quod veritate dicar eos depulisse) et magistrum Egidium Fabri, meum quidem compatriotam, verum emulum acerbissimum, ob cuius causam, ut premisi, in carcere turris cuiusdam per continuos 8 dies detentus fui, a quo et libellus quidam idiomate nostro germanico conscriptus in proxima seditione contra me exorta submissus et notario nostro, ut publice coram populi congregatione in meam perniciem ab illo legeretur, porrectus et exhibitus a quodam innominato fuit. Cui (ut accepi) titulus talis prefixus est: In Paulum Schaider, Crucis Christi inimicum. Notarius vero noster illum libellum ab exhibitore acceptare et populo perlegere noluit. Et licet in me libellus ille, titulo testante, scriptus sit, minime tamen mihi hactenus exhibitus est, neque exhibetur de presenti, quod tamen maxime decebat, quo possem illum perlegere ac illi, si ita opere pretium foret, respondere.

Hec sunt Reverendissime Domine, que mihi a iudice nostro et secte Lutherane asseclis obiecta fuere. A rectore autem plebis hoc mihi obiectum est, quod ipsum latronem lutheranum appellassem, quod si fecissem minime certe mentitus fuissem, sed nunquam id a me factum est, prout publice id a me optimis ac verissimis testimoniis coram omnibus depuli, etiam contestante domino nostro camerario, quodque dixissem et suos complices sacerdotes capellanosque cabalisticos nullam prorsus habere seu conficiendi seu administrandi auctoritatem, sed omnia per idololatriam ab eis in ecclesia fieri et ita populum eludi ac seduci. Quod equidem a me dictum nunquam negavi neque nego de presenti. Verum id me apertissime probaturum ex scripturis asserui et assero de presenti, salva doctioris informatione. Sunt enim abscissa a sancta

matre ecclesia catholica membra invalida ac infructuosa, a summo eius preside et Pontifice in ipso Luthero omnibus gravioribus censuris excommunicati, gravati et reaggravati, a Cęsarea vero Maiestate ac omnibus Christifidelibus regibus et principibus exbanditi (ut dicitur) postremissime. Quis igitur sane mentis, eos aliquam in ipsius sancte matris ecclesie, que unica Christi sponsa est, sacramenta auctoritatem habere, fateri iure potest, cum sint extra illam positi et eius ex diametro inimici, extra quam certo certius nulla est salus, nulla potestas seu auctoritas in aliquod ministerium sacramentorum Christi, sponsi illius. Talia sunt Reverendissime ac mihi semper colendissime domine, que mihi ab adversariis meis Lutheranis, licet se Evangelicos nominent, in proxima disceptatione obiecta fuere, et non qualia iniquus ille delator meus, quisquis is est, V. Rme D. detulit, cupiens ex detrito iam venereo paludamento novam mihi infamie vestem coram Rma D. V. consarcire. Sed vetus apud nos habetur teriturque proverbium, huic negotio non inaccommodum, Iudeos super ea re, que olim fuit et iam non est, nihil pecuniarum accommodare solere et qui in tempore a peccando cessant, eos penas non manere neque invenire. Sic tota illa veteris stultitie mee tragoedia, postquam Udo cessavit de ludo, e medio sublata est atque in spongiam abiit. Et certe Rme Domine, nisi me omnis coniectura fallit, arbitror illum eundem nunc esse delatorem meum, qui et paulo ante me eidem R. D. V. hoc nomine detulit, quod videlicet recusassem in officio pisetariatus diutius eidem R. D. V. servire velle, quia illud esset studiorum meorum maximum impedimentum. Quod (Deum testor et conscientiam meam) non modo non dixi unquam, sed nec cogitavi quidem, imo inverso potius modo omnia se habent. Nam non modo non impedimento illud officium fuit studiis meis, verum auxilium mihi ad illa continuanda commodissimum, aptissimumque et omnium gratissimum fuisset, si solutum illius officii salarium solitum itidem mihi fuisset. Et ego ne Rme D. V. inservire recusarem? cui perpetuo, etiam cum dispendio salutis mee et fortunarum mearum, licet perexilium, non modo servire, verum et ad nutum (si fieri posset) illius semper paratissimus esse cuperem. Scripsi super hoc in meam excusationem amplissimas olim littereras ad Rmam D. V. et nihilo fere hiis curtiores, sed quia ne verbo quidem ullo mihi a Rma D. V. preter suum morem et consuetudinem responsum est, quod tamen quam vehementissime expectabam, coniecturam facio, illas interceptas et nunquam Rme D. V. redditas esse, de quo tamen et de presenti certior. fieri non mediocriter optarem.

Sed iam ad locum exhortationis ac promissionis litterarum Rme D. V. ordo tempusque vocat, ubi videlicet Rma D. V. pro sua in me tum benevolentia tum singulari animi propensione non minus paterno quam pientissimo animo ad vitam exhortatur celibem, aut si mihi illud grave factum seu difficile foret, Apostoli sententie obaudiens ducere uxorem, ad quod perficiendum adiutorium mihi suum non vulgare pollicetur spondetque quam liberalissime. De quibus omnibus tantas ago gratias Rme D. V., quantas animus meus cogitatione complecti unquam potest. Et de uxore quidem minime mihi iam opus esse, certo sciat Rma D. V., nisi currui quinta rota quis opus esse duxerit. Nihil enim utilis illi essem in reddendo debito, etiam si haberem. Ita enim senio continuisque valetudinibus stimuli carnis in me extincti contritique sunt et confracti, ut de illorum sublatione Dominum cum Apostolo rogare non egeam. Sed illi gratias ago continuas hac via et non graviori pena illos eum a me abstulisse. Hinc sequelam quandam Rma D. V., qua est prudentia, facile elicere potest, exhortatione ad celibatum pariterque et ad matrimonium mihi minime opus esse. Ago enim (sint gratie redemptori nostro) inter studia mea et si non angelicam (quod super vires est humanas), talem tamen, qualem homini carnea mole presso agere vitam datur, ab carnalibus desideriis illecebrisque, quoad eius fieri potest, liberam et immunem. Nec ullius mulieris (sint Christo gratie) me tangit desiderium, etsi Venere egrediente venustior, Junone ditior Pallaque sapientior esset. Per hec tamen auxilium Rme D. V. nolim mihi prereptum exclusumque esse, quo plurimum hec mea senilis debilisque etas eget, hiis presertim gravissimis malignissimisque temporibus, quibus omnes premimur et exhaurimur continuis indesinentibusque taxis, omniumque rerum caristia, nec tam faciles iam victus et amictus aquirendi modi sunt, ac olim temporibus felicioribus fuere. Omnia enim in peius prolapsa sunt continuis bellis et depopulationibus. Faceret itaque Rma D. V. non modo paternum, verum et pientissimum opus in me, si auxilium, quod ad ducendam uxorem prestare instituit, pro sustentatione senectutis mee mihi largiretur. Presertim cum in mercedem laborum meorum fidelium, quos in officio pisetariatus eidem Rme D. V. paulo minus biennio exantlavi, nihil preter decem florenos monete moderne prorsus mihi datum sit atque exolutum a domino Joanne Dobrawyczky, licet a Rma D. V. non unam modo, verum plures super hac re litterarias habuerit commissiones. Cur tamen id hactenus a sua dominatione neglectum sit, mihi non constat. Sed nec quictuam sua egregia

dominatio earum pecuniarum mihi dedit, que pro veteri more ex Camera regia pisetario in suum pretium et sustentationem dari et exolvi solent. Hec tamen non per modum querele, sed tantum, quo de statu rerum huius negotii Rmam D. V. certiorem redderem ac fidelia servitia mea eidem in nemoriam reducerem, scribo, arbitrans etiam, haud parum indecens esse me privari mercede ac pretio meo per Cameram regiam, que me paupere est incomparabiliter ditior.

Nunc ad calcem litterarum Rme D. V. accedo, ubi videlicet eadem ex officio suo pastorali, sibi (nisi ab nota mihi per delatorem impressa me vindicaverim) incumbere asserit de oppurtuno remedio providere. Hic profecto satis admirari non sufficio, tantam Rmam D. V. metamorphosim ab illo delatore illo meo passam esse, ut etiam ad minas illam profundendas adegerit. Itaque non parva vis sit illius delatoris oportet, qui eatenus Rmam D. V. fascinavit, ut deditissimo fidelissimoque suo servulo, et quem iam a longo tempore intus et a cute optime novit et in pluribus expertus est, pro meritis minas sponderet, pro benevolentia indignationem. Et cur hec antea non fuere delata Rme D. V. per illum, cum tamen iam multi anni preterierint, posteaquam Hercules filavit, certe usque ad viginti vel citra. Sic ob iniquissimam unius sycophante criminationem cogor actum agere et filum iamdiu detritum cum summa displicentia retractare. Sed iam abunde videor mihi hunc scrupulum exemisse Rme D. V. in premissis, proinde pluribus de hoc iterum me purgare supervacaneum duxi. In hoc potius pro suo pastorali officio et pro zelo Christi incumbat Rma D. V. totis (ut aiunt) viribus, et quidem sine ulteriori mora, ut hanc nocentissimam presentissimique veneni luem dogmatis Lutherani, que in dies ut cancer serpit longius, omniaque et occupat et inficit, radicitus extirpetur (így), eiiciatur (így) et ad tartara, unde advolavit, rursum retrudatur (így) deiiciaturque (így), quod iam olim in animo habuit Rma D. V. et se id effecturum non nobis tantum, sed plerisque probis ac piis viris sepius est pollicita. Polliciti sunt iam olim idipsum summi Pontifices aliquot exacti et moderni toti mundo, pollicitus est Carolus Cesar invictissimus, polliciti sunt id catholici reges et principes prelatique et Antistites fere omnes utriusque status, cessatum tamen hactenus est ab omnibus cum ingenti reipublice christiane malo et detrimento cumque innumera animarum christianarum perditione. Nec ob aliud cessatum videtur, quam ob quorundam christianorum principum per ambitionem exortam discordiam nunquam (ut videtur) cessaturam, de quo doleat Deus. Est nam multorum maximorumque malorum causa et optimorum regnorum

perditio, ut videmus. V. autem Rma D. contempto illorum exemplo rumpat tandem omnem in tam necessario negotio moram, huic tanto malo iam tandem obviam ire etiam cum salutis discrimine ne tardet, huic remediari curet. Iam enim hoc malo omnia fere hic occupata sunt, omnia desolata, omnis rerum ordo, ecclesie presertim turbatur, confusus, mutatus et in pessimam conditionem deiectus est, in diesque magis ac magis omnia turbantur, confunduntur et annihilantur non ecclesiastice tantum res verum et seculares. Ah si videret Rma D. V. statum rerum omnium hic apud nos, quam longe mutatus sit a pristino, commiseresceret profecto eadem nobis pauperibus infelicibus, qui apertissimis sensibilibusque et palpabilibus indiciis perimus. Nec unde tanta nobis ruina immineat (ita excecati induratique sumus) videre volumus. Exurgat itaque iam tandem Rma D. V. et unde potest, ad hanc pestem profligendam exterminandamque auxilia atque subsidia sibi comparet concilietque. Comparabit per hoc sibi hic immortate decus et nomen, apud Christum vero mercedem perpetuam et incorruptibilem.

Hec sunt, que nunc super litteris Rme D. V. pro illarum ratione ad respondendum occurrerunt. Que, oro, boni consulat Rma D. V. quoniam, omnibus turbatis, mens quoque non turbata atque deicta non potuit. Tamen omnia bono devotoque in perpetuum Rme D. V. animo a me erga Eandem profecta sciat. Cui me nunc, ut semper, totum dedo atque devoveo tanquam unico et primario domino et patrono protectorique meo uniceque Eidem in omnibus me semper plurimum ac vehementer commendo. Quam Deus optimus maximus quam diutissime, quamque felicissime in vestram regnique huius salutem in sua gratia et pace conservare dignetur. Ex Cremnicia feria quinta ante festum beati Thome apostoli. Anno 1532. Tabellario (más, vörös tintával: Nicolao Wöreschhussar) autem assignate feria 3 in vigilia Nativitatis Domini nostri Jesu Christi.

Eidem Vestre Reverendissime Dominatio deditissimus obsequentissimusque perpetuo

Paulus Schaider,
Cremnicianus.

Reverendissimo Domino Domino Paulo de Warda Archiepiscopo ecclesie Strigoniensis etc. Primati Hungarie, Legato nato ac summo Cancellario Secretarioque Regie Maiestatis, Domino et protectori suo gratiosissimo.

Egykorú másolat Selmeczbánya város levéltárában. Fasc. XXV.

Közli: Dr. KARÁCSONYI JÁNOS.

190.

Innsbruck, 1532 deczember 24.

Ferdinánd király ismételten és komolyan meghagyja Burgus római követjének, eszközölje ki a pápánál, hogy a zágrábi püspökség és javadalma adminisztrácziójával, minthogy annak mostani birtokosa Zapolyai Jánoshoz való átpártolásáért kiközösíttetett, Ferencz zengi püspököt bízza meg.

Burgo. Ferdinandus etc. Magnifice fidelis dilecte. Superioribus mensibus tibi scripsimus, iniunximusque, ut cum Episcopus Zagrabiensis, qui Johanni Scepusiensi et per illum christiani nominis hosti Turce adherebat et queque mala in pernitiem christianitatis tentare non formidabat, a Sancta illa Sede latam excommunicationem incurrisset, se propterea indignum episcopatui Zagrabiensi reddens: apud Sanctissimum Dominum nostrum sollicitares et obtinere contenderes, quo Sua Sanctitas dicti episcopatus, suorumque fructuum administrationem reverendo devoto fideli nobis dilecto Francisco episcopo Segniensi committeret; et dum id nondum factum esse videamus et idem tamen plurimum desideremus, prefatusque episcopus Zagrabiensis sue salutis immemor Pharaonis duritiam imitando in huiusmodi excommunicatione et malo suo proposito induraverit et etiamnum induret: idcirco tibi denuo seriosius mandamus, ut id, quod tibi per priores nostras predictas in hoc negotio commisimus, adhuc sine ulteriori dilatione, omni studio exequi curas, nam id in evidentem ecclesie Zagrabiensis cedet utilitatem et tu in eo nostram seriosam facies voluntatem. Datum Insprug 24 Decembris 1532.

Ex[pedite].

Fogalmazat egy félív papir első oldalán. — *Bécsi cs. és kir. házi stb. levéltár: Rom. Corresp. 1532. 24. XII. 60. — Ferdinánd hivatolt levele u. o. 10. V. 6.*

Közli: BUNYITAY VINCZE.

191.

Megyer, 1532 deczember 30.

Ferdinánd és János királyok megbizottai négy havi fegyverszünetet kötnek.

Nos Ioannes Katzianer, — capitaneus generalis; — Ladislaus de Macedonia, electus episcopus Waradiensis; Ioannes Zalay, comes Posoniensis; — item Franciscus de Frangepanibus, Colocensis et Bachiensis ecclesiarum archiepiscopus; Stephanus de Werbewcz,

summus secretarius ac cancellarius; et Thomas de Nadasd, — Notum facimus, — quod quum de voluntate et mandato utriusque principis pro statu regni huius Hungariae reformando — in hoc oppido Megyer, in districtu et insula Challokewz sito adiacente, convenissemus: — — inducias, seu treugas quatuor mensium, a prima die mensis Ianuarii proxime instantis incipiendo, usque ad ultimam diem mensis Aprilis — duraturas — conclusimus. — Penultimo die Decembris, anno Domini 1532.

Wagner, Analecta Scepus. II. 208.

192.

Kelet nélkül (1532).

Ládi Demeter, veszprémi olvasókanonok végrendeletében kijelölvén annak végrehajtóit, pontonkint írja le mindazokat, kiknek hagyatékát kiosztani kívánja, valamint a kiosztandó tárgyakat is.

In nomine Domini Amen. Anno eiusdem millesimo quingentesimo tricesimo secundo Ego magister Demetrius de Lad lector ac canonicus et magister hospitalis capelle Annuntiationis Virginis Marie in vico capitulari fundate, coram reverendo domino Nicolao de Petthrij suffraganeo et vicario ac venerabilibus dominis Juliano de Merlinis archidiacono Zaladiensi, nec non Johanne preposito Omnium Sanctorum similiter archidiacono cathedrali in ecclesia Wesprimiensi, ac discretis Petro plebano de Paloznak, Alberto literato de Zenthkyralzabadya et Paulo magistro scole, quos ego magister Demetrius in dispositionem bonorum meorum ordinavi et constitui tanquam veros et legitimos testamentarios.

Item in primis reverendissimo domino Thome episcopo et prelato meo gratiosissimo lego unum vas vini, quod scilicet aptius videbitur, cum annulo aureo valente flor. quinque et florenis tribus aureis.

Item domino Petro plebano de Paloznak lego unam subam variolinam, nondum subductam.

Item magistro Alberto de Zenthkyralzabadya lego tunicellam meam variolina pelle subductam et tunicam pwrpyan satis tritam.

Item dominis prebendariis lego tunicam meam nigram italicam florenis novem emptam. Eisdem dominis prebendariis lego florenos quatuor.

Item habeo septem vasa vinorum, quorum alterum iam reve-

rendissimo domino episcopo deputavimus et alterum capitulo. Reliqua vendantur et exponantur iuxta ordinationem meam.

Item puero Matheo lego florenos XXXII, ex quibus decem sunt in Leweld cum aliquibus coceariis aput Emericum presbiterum.

Item ipse Matheus habuit a quondam Adriano presbitero unam vineam, quam vineam idem Adrianus presbiter legaverat in manus meas, ita quod ex proventibus et utilitate foverem et informare facerem. Quod si ipse Matheus nollet se subdi Romam, sed vagaretur, extunc vinea illa daretur uni alteri paupero *(így)*.

Item coce mulieri ad quatuor annos singulos debeo flor. III, tamen, ut bene memini, dedi sibi flor. II, vel unum cum medio.

Item habeo servitores duos, Petrum et Emericum, quibus pro annuali servitio debeo, Petro videlicet flor. IIII, reliquos solvi, Emerico debeo flor. VI.

Item Nicolao, puero meo, a puero per me nutrito lego flor. XXV. Eidem lego vaccas meas omnes quotquot sunt.

Item coce mulieri ultra sallarium lego subam meam variolinam antiquam.

Item debeo ecclesie sancti Michaelis flor. XIIIJ, solvantur.

Item subam meam har. *(így)* antiquam lego Nicolao puero meo.

Item quondam Stephano presbitero, rectori altaris in domo M. Ambrosii commoranti, debeo flor. III, et quidam iobagio noster de Naghpechel ratione vinee sue per nos sibi vendite tenetur flor. IIII, repetantur, et unus florenus debet dari Monacis Heremitis de Wason.

Item habeo unam tunicam chemeleth, volo ut fiant tres casule et una casula detur ad hospitale Beate Virginis Marie hic Wesprimii fundatum.

Item habeo tunicam de granato, volo ut vendatur et exponatur pro refrigerio anime mee.

Item habeo equos quatuor, quos lego hospitali, quia habent pro iumentario boves quatuor.

Item currus meos lego, ut vendantur.

Item habeo vasa usque ad quadraginta, executores dent hospitali viginti, reliqua vendant et exponant pro refrigerio anime mee.

Item habeo fruges decimales in Aÿka aput Emericum Aykaÿ ex quarta Hozzywthoth, reportentur; domi quoque habeo satis bonam portionem, vendantur et exponantur pro refrigerio anime mee.

Item biretum meum melius lego Magistro Valentino, vicino meo.

Item habeo pileum novum nigrum, lego Magistro Francisco.

Item habeo clenodia domus in scriniis et aliis locis, videlicet

lectisternia, cantaros, scutellas et alia utensilia domus, quorum dispensatio fiat per dominos executores; rogo Dominationes Suas, habeant curam anime mee, et quantum fieri potest bona mea sic exponantur.

Item magistro Valentino de Sagh lego unum mensale cum uno manutergio novo, reliqua bona mea disponant domini executores prout ipsis melius videbitur.

Item uxor Urbani Mezaros in partu petiit a me florenum unum denar. XVI, impignoravit duo fibula cum cocleari parvo argenteo; restituantur sibi, relaxatis meis pecuniis.

Item in Leweld sunt coclearia octo vel novem, ex quibus duo sunt impignorata per Brictium presbiterum, restituantur sibi relaxatis meis pecuniis, et ex eis lego unum reverendo domino Nicolao suffraganeo, alterum domino Juliano, tertium domino preposito Omnium Sanctorum, quartum Magistro Alberto, reliqua disponant iidem domini executores.

Item quondam Stephanus presbiter predecessor Magistri Ambrosii habuit pignori unum picarium satis competens et idem Stephanus presbiter impignoraverat quoddam picarium parvum filio Demetrii Zakal de Radartha, redimantur et facta revisione omnia exponant pro bono vino.

Item magistro Blasio Papoczy veterano amico meo, similiter magistro Paulo de Raÿk unum unum coclear.

Item habui vineam permutatam ad duo iugera extendentem in terra lectoratus per me emptam simul cum una vinea duorum iugerorum in Bencze sub vinea Andree presbiteri rectoris altaris sancti Ladislai Regis, lego istas vineas in totum lectoratui pro una missa in singulis septimanis dicenda pro passione Domini.

Item pro recompensatione vinee hospitalis, quam permutavi ad terram lectoratus, dedi hospitali duas vineas optimas, unam in Bencze inter vineam predicti Andree presbiteri, alteram emptam florenis XVIII, in monte Malazo Modosh *(így?)* florenis XII emptam, quas duas vineas lego pro recompensatione vinee a Varga Benedek permutate in terra lectoratus.

Item lego, solitas Requiem, tricesimam et psalterium faciant perlegi et decantari domini executores.

Item habeo aureos, quos, ut premissum est, legavi Domino Reverendissimo.

Item alia omnia bona mea disponant domini executores pro refrigerio anime mee.

Item locum sepulture mee eligo in ecclesia cathedrali Wespri-

miensi et volo quod per annum singulis diebus una missa pro me celebretur.

Kívül: Testamentum Demetrii Lectoris Vesprimiensis. 1532.

Egy ív papir három első oldalán, aláirás és pecsét nélkül, de egykorú másolat vagy éppen eredeti. — *Bécsi cs. és kir. házi stb. levéltár: Hung. 1532. Decz. Nr. 86.*

Közli: BUNYITAY VINCZE.

193.

Kelet nélkül (1532).

Horváth János prépost és a szepesi lovasság királyi praefectusa jelenti Ferdinánd királynak, hogy ő Felségéhez való hű ragaszkodásáért Laszky Jeromos őt atyai örökétől megfosztotta, a szepesi prépostság javadalmait pedig Serédy Gáspár lefoglalta, kéri tehát a királyt, hogy róla is megemlékezzék.

Serenissime ac invictissime Princeps... Non possum etiam non conqueri Maiestati Vestre: omnia bona mea paterna per inimicum, videlicet Jeronimum Lazky ob meam erga Maiestatem Vestram fidelitatem depredata et exusta, reliqua vero prepositure Scepusiensis bona ab ipso Gaspare Seredy occupata, nec mihi ad sepissima Maiestatis Vestre scripta hucusque reddita. Vestra Maiestas et mei quoque memoriam habere, relationem quoque gratiosam dare mihi dignetur et velit.

Eiusdem Sacre Maiestatis Vestre

fidelis servitor

Johannes Horwath,

Prepositus, necnon equitum Scepusiensium Vestre Maiestatis Prefectus.

Kívül: Serenissimo... Ferdinando Dei gratia Romanorum, Hungarie, necnon Bohemie Regi...

Egy ív papir három oldalán, veresviasz zárópecsét maradványaival. — *Bécsi cs. és kir. házi stb. levéltár: Hungarica. 1532. Decz. 90.*

Közli: BUNYITAY VINCZE.

194.

Kelet nélkül (1532).

Szomszédvári Désházi István emlékezteti a királyt, hogy már néhai Ulászló király alatt Horvátországban híven szolgált, Lajos király idejében az ország határain őrködött, többnemű követségekben járt és Mária özvegy királyné uralkodása alatt az esztergomi várnak kormányzója volt.

Sacra Regia Maiestas... Notum est multis, quod ego a iuventute mea et in regno Croatie et Jaycham a serenissimo principe, pie memorie rege Ladislao domino meo gratiosissimo per certos annos gubernando; tandem quondam domino Ludovico rege pie memorie, domino meo gratiosissimo et in confinibus et in consilio et in legationibus ambulando certis vicibus ad sacrum imperium et Maiestatem Vestram in rebus reipublice, etiam serenissime domine Maria regine Strigonium gubernando fideliter et humaniter servivisse et Maiestati Vestre etiam in presenti disturbio contra quondam comitem Christophorum et presentes hostes Maiestatis Vestre et in persona et domibus meis, prout dominis episcopo Labachensi, Domino Nicolao a Turri, ceterisque dominis Banis et Capitaneis Maiestatis Vestre bene constat...

Eiusdem Maiestatis Vestre

fidelis servitor

Stephanus Deshazy de Zomzedwara.

Egy ív papir két oldalán, kelet nélkül. — *Bécsi cs. és kir. házi stb. levéltár: Hung. 1532. Decz. és s. d. 96.*

Közli: Bunyitay Vincze.

195.

Szeben, 1532.

Egy régi könyvből, melynek czíme «Nicolai Perotti Cornucopiae etc. Venetiis MDXIII.», közölte Fabritius Károly a következő bejegyzést:

Liber presens pertinet ad conuentum Cibiniensem ordinis fratrum Predicatorum Emptus per fratrem Vitalem tunc Priorem 1532 pro LXXV. d.[1]

Archiv des Vereines für siebenbürgische Landeskunde. Neue Folge. Füntfer Band. Kronstadt, 1861. 26. lap.

[1] Unde apparet, monachos a. 1529 exire iussos, haud multo post Cibinium rediisse.

196.

Nagy-Szombat, 1533 januárius 6.

Szölgyényi Demjén, Várday Pál esztergomi érsek helytartója, a bars-keresztúri alesperesség papjainak és egyházainak megvizsgálásával a bars-keresztúri (szentkereszti) plébánost és alesperest bízza meg.

Damianus de Zewdÿn decretorum doctor, episcopus Calcedonensis, reverendissimi in Christo Patris et domini, domini Pauli de Warda, archiepiscopi ecclesiae Strigoniensis, Primatis Hungariae, summi secretarii et cancellarii regie Maiestatis, et sacrosancte Sedis Apostolice legati nati in pontificalibus et spiritualibus vicarius, causarumque spiritualium auditor generalis, etc., honorabilibus et discretis viris dominis ecclesiarum parochialium plebanis in et sub vicearchidiaconatu de Kerezthwr,[1] item capellarum, altarium et hospitalium rectoribus, eorumque vices gerentibus, ubilibet constitutis et existentibus, nobis in Christo sincere dilectis, salutem in Domino sempiternam. Quoniam Nos iuxta statuta sacrorum canonum, laudabilesque consuetudines et sanctiones sanctorum Patrum, hunc honorabilem dominum plebanum et vicearchidiaconum de dicta Kerezthwr, praesentium scilicet ostensorem, ad visitandos vos et ecclesias vestras, earumque emunitates *(így)*, item capellarum, altarium, et hospitalium, omniumque sacrarum vestium, cancellorum sacramentorum Ewcharistie, sacrarum unctionum seu liquorum, calicum, librorum, fontium baptismalium, venerationes et conservationes ecclesiarum sanctarum, violatarum, vel non, viaticorum et altarium consecratorum, vel non, cimiteriorum et Emunitatum *(így)* ac locorum sepulturarum,[2] violatorum, vel non, generaliter vero ad intelligendum et recognoscendum conversationem ordinis vestri sacerdotalis, quam (ut decet viros religiosos) sanctam et Deo acceptabilem fore non ambigimus, ac speciosorum pedum vestrorum in praedicatione ewangelii pacis assiduitatem, in visitatorem vestrum, in medium vestri duximus transmittendum. Quocirca vos et universitatem vestram, tam coniunctim, quam divisim hortamur et monemus in Domino, nichilominusque vobis et universitati vestre in solidum, in virtute sancte obedientie et sub late sententie excommunicationis pena firmiter precipiendo committimus et mandamus, quatinus statim visis et receptis presentibus,

[1] Most Bars-Szentkereszt, hajdan magyarosan Keresztúr.
[2] Az eredetiben: sepultarum.

ac dum et quando idem prefatus visitator vester unacum presentibus in medium vestri pervenerit, ex tunc eundem cum omni comitiua sua favorabiliter et benigne suscipiatis et tractetis eidemque in omnibus monitis salutaribus et rebus honestis ac licitis modis omnibus obtemperare, nosque ipsos et ecclesias vestras, aliaque sacra (ut prefertur) visitari permittere, ac demum census cathedraticos aliosque proventus illius archidiaconatus plene et integre dare et assignare debeatis et teneamini. Volumus autem, et vobis domino visitatori prefato sub predicta excommunicationis pena firmiter mandamus, ut statim finita eiusmodi visitatione, semota omni dilatione dictos census cathedraticos, aliosque proventus, integre et fideliter nobis, ubi tunc, Deo duce, constituemur, presentare et administrare debeatis et teneamini. Secus nulla ratione facturi. Presentibus perlectis exhibenti restitutis. Datum Thÿrnavie Sexto die Mensis Januarii Anno Domini Millesimo quingentesimo Tricesimo Tertio.

Magister
Cherubyn de Zenthes,
Notarius.

Kívül: Litterae visitatoriae ad Kerezthwr.

Eredetije Körmöczbánya város levéltárában. Fasc. I. Nr. 37.

Közli: Dr. Timon Ákos.

197.

Bécs, 1533 január 11.

Ferdinánd király tudtára adja Pimpinella Vinczének, hogy két rendbeli leveleit megkapta, s a másodikra azt válaszolja, hogy kész neki a kapornaki apátságot megadni, de, mert azt hallotta, hogy annak jelen birtokosa él, egyelőre ez ügyben az igazság sérelme nélkül mitsem tehet.

Pimpinelle. Ferdinandus etc. Reverende devote dilecte. Binas Vestre Devotionis litteras... accepimus... Ad alteras vero litteras Devotioni Vestre respondemus: nos esse, prout semper fuimus, propensos ad dandum illi possessionem abbatie de Kapornoh, sed, ut ab Hungaris intelleximus illius abbatem quandoque obiisse, ita modo certo accepimus ab eisdem illum prodiisse; quam ob rem aliquid hac in re agere posse sine equitatis lesione non arbitramur; verumtamen si ipsum abbatem nobis constaret mortuum, ut vivum: Devotio Vestra sibi certissime persuadeat, nos in illius gratiam singula queque, que res ipsa peteret, esse promptis-

sime facturos, quod eam latere noluimus. Datum Vienne XI. Junii 1533.

Ex[pedite].

Fogalmazat egy félív papir egyik oldalán. — *Bécsi cs. és kir. házi stb. levéltár: Rom. Corresp. 1533. II. VI. 1.* — Vincentius Pimpinella és Hugo Rangoni (Regiensis) nuncziusok voltak.

Közli: Bunyitay Vincze.

198.

Buda, 1533 január 12.

Bácsy Ferencz, János király által kinevezett szepesi prépost felhívja a papságot, hogy a prépostsági jövedelmeket megbízott emberének szolgáltassák ki.

Franciscus de Batzia praepositus Scepusiensis, secretarius regiae maiestatis, universis et singulis plebanis, rectoribus altarium, aliisque personis ecclesiasticis ad dictam praepositurам ecclesiae S. Martini de Scepus pertinentibus, dominis fratribus et amicis dilectis, salutem et fraterni amoris incrementum. — Accepisse vos arbitror ex aliis litteris meis, quas per egregium Thomam Korothnyay ad vos dedi, quae sit causa, quod nunc tandem pro proventibus meis apud vos tam sum sollicitus. Certissimum enim est, serenissimum et clementissimum dominum meum, D. Joannem, regem Hung. Dalm. Croat. etc. hanc praepositurам, propter varias proditiones et ingratum animum Joannis de Lomnitza, mihi pleno iure contulisse et serenissimum quoque regem Poloniae hoc velle, ut deinceps omnes proventus ipsius praepositurae ex medio vestri ad manus hominis mei administraretis. Quare vos rogamus, ne in hoc contra voluntatem utriusque regis difficiles sitis, neque detis occasionem, quo per alia remedia tales proventus mei exigantur; sed velitis primo quoque tempore id, quod inter vos tam ex censu cathedratico, quam aliis proventibus eiusdem praepositurae nondum collectum, remittere ad manus hominis nostri, praesentium ostensoris, dare et assignare. Qua in re facietis mihi rem longe gratissimam, quam omni officio boni viri compensabimus: Deus dederit huic rei occasionem. Bene valete. Budae 12. die mensis Januarii, anno 1533.

Wagner, Analecta Scepus. II. 213. *Katona,* XX. 862.

199.

Brüsszel, 1533 január 14.

Oláh Miklós Scepper (Szkepper) Kornél császári követet kéri, hogy őt egyházi javainak visszaszerzésében tekintélyével támogassa, miközben e javadalmak sorsával megismerteti.

— — Nunc venio ad res meas, de quibus si pluribus, quam decet, scribo, rogo ignosce, nonque sit tibi molestum. Licet, mi frater, non dubitem, quin omnia sis tum pro tua in me benevolentia, tum singulari humanitate, qua in amicorum negotiis esse consueveris, tua sponte facturus, tamen ut intelligas, quo nomine contendam a te, ut rerum mearum curam suscipias, velim te scire nihil mihi gratius, optatius et magis necessarium te aut unquam fecisse, vel in posterum facere posse, quam si tua cura ac diligentia ac authoritate, quam in hac re Caesaris oratorem agens [habes] mea negotia ex sententia conficiantur. Ut ergo rem nostram a primo ovo accipias: antequam rex Ferdinandus veniret ad Hungariam, pleraque habui beneficia in Hungaria in diversis ecclesiis, quibus, relicta mea fratri meo in Transsylvania paterna haereditate, me sustentabam. Post electionem et coronationem Ferdinandi Nicolaus Gerendy meus singularis ab ineunte aetate nostra amicus, tunc custos sive thesaurarius, ut vocant, Ecclesiae Albaeregalis, translatus fuit ad episcopatum Transsylvaniensem tunc casu per mortem vacantem, cuius hanc custodiam Albensem, in qua beneficium non poenitendum, rex, cum maius tunc non vacaret, quod mihi iuxta aliquot diplomata sua mihi data, quae et nunc apud me habeo, promissionibus suis satis firma, conferri posset, per illius translationem mihi contulerat; in cuius possessione fui biennio. Ex bonorum eius aliqua parte ego et mei fuerunt postea expulsi, cum rex noster Budam amisisset; aliquam tamen illorum partem etiam tunc mei in comitatu Zaladiensi utcunque retinuerant, quam et meo nomine possederunt tempore induciarum annuarum, quae erant factae post Viennensem obsidionem anni 1529. Quibus exspiratis meus consocius fuit in bonis captus et cruciatus et bona occupata; ab eo tempore meis spoliatus sum, quae nescio cui per Joannem regem sint collata. Est praeterea quaedam abbatia mea Thapoltza nomine, unum milliare ad arcem reginae Dyosgyewr non longe a Cassovia; quam aestate praeterita Emericus Bebek perfidus invasit, occupavit, monachos expulit, ex qua, quia est in loco munito, omnem illam regionem depraedatum esse et spoliasse dicitur; quam quia Caesaris

et regis Viennam profectis omnibus perfidio terrorem incusserat, exussit cum ecclesia, et muros diruit, colonos et villas eo spectantes ad arcem suam propinguam occupavit. Sic hac quoque abbatia sum privatus, ita ut nihil fere iam in Hungaria possideam, vacuusque nunc degam omni onere et cura. Quare si res eo devenerit, ut tu ad Poloniam proficiscaris, ubi, vel etiam alibi, te nomen et authoritatem caesaris ac regis habente pax tractetur, oro et te obtestor, velis mei meminisse et curare pro tuo singulari ingenio, quo vales pollesque plurimum, ut in pacta redigar, ac beneficia mea ista, videlicet custodia Albensis, Abbatia de Thapoltza, archidiaconatus Comorionensis in Ecclesia Strigoniensi, et alia nonnulla, quibus privatus sum, cum bonis ad illa pertinentibus Ungari pacti et concordie *(így)* mihi in integrum remittantur. Tuam hanc operam et patrocinium meis officiis omni certe tempore rependere et curabo et volo. — — Bruxellae 14-a Januarii 1533.

Oláh M. levelezése. Budapest 1875. 273—274. ll.

200.

Nagyszombat, 1533 január 21.

Várday Pál esztergomi érsek fájlalván azt a királyi választ, melyet két versben tett folyamodására Pemflinger Márk útján kapott, kéri a királyt, vegye vissza kegyébe és helyezze újból az állásának és méltóságának megfelelő állapotba, hogy a talán megkötendő béke vagy fegyverszünet ideje alatt sem ő, mint az ország főpapja, sem egyháza jogaiban rövidséget ne szenvedjen.

Sacratissime Rex et Domine, Domine mihi clementissime. Orationum devotarum ac fidelium servitiorum meorum humillimam commendationem. Maiestas Vestra Sacratissima supplicationes meas primum a domino preposito Posoniensi et deinde domino Gaspare Horwath ex binis litteris meis intellexit. Relationem autem Maiestatis Vestre, quam per dominum Marcum Pemflinger ad priores litteras meas fecit, intellexi, quod mihi onerosum est: cum nihil sit quod vel inhonestum aut inconveniens a Maiestate Vestra impetrare velim. Relaxationem sex millium florenorum non in alium finem optavi quam restaurandis reparandisque ruinis ecclesie et arcis gratia. Quare supplico Maiestati Vestre, Domino meo clementissimo, dignetur pro sua in omnes singulari et innata clementia atque munificentia iam tandem gratiosam relationem facere, habereque rationem status et conditionis mee, ut inter ceteros fideles et consiliarios Maiestatis Vestre pristina authoritas mea instar predecessorum meorum archiepiscoporum pro dignitate ecclesie mee

Strigoniensis, quae in hoc regno metropolitana est, restituatur. Suggessit Maiestati Vestre fortasse aliquis, ut mihi fertur, me in agendis negotiis regni cum aliis consilariis Maiestatis Vestre non fuisse. Ita persuasum sibi Maiestas Vestra habeat, hortatu Maiestatis Vestre, quod pro firmissimo mandato teneo, ne digito unquam latius a dominis consiliariis me abfuisse, non sine gravissimis meis expensis, neque deinceps abero, quacunque in re Maiestati Vestre et huic regno suo servire potero, dummodo ratio honoris et dignitatis ecclesie et persone mee habeatur. Dubium autem nemini esse poterit, quin Maiestas Vestra pro alta generis sui nobilitate ac in Deum et religionem christianam pietate ea fide et integritate huius regni negotia tractabit et conficiet, quod in omne bonum reipublice et tranquillitatem totius Christianitatis constans et firmum erit: nihilominus iterum atque iterum supplico Sacratissime Maiestati Vestre, dignetur ea solita sua bonitate atque clementia erga me et ecclesiam meam Strigoniensem esse, quod sive treugae longiores sive pax firma sequatur, ne ecclesia mea et ego in iurisdictione mea spirituali simul et temporali, iuribusque et proventibus ac immunitatibus meis detrimentum aliquod patiar, et inter consiliarios Maiestatis Vestre tam in tractatibus pacis, quam in aliis rebus regni habeatur ratio persone mee. Cognoscet Maiestas Vestra, me fidelissimum ac syncerum servitorem fore in omnibus. Quam Deus Optimus Maximus pro foelici statu huius regni ad vota sua felicissime conservet. Ex Tyrnavia die XXI Januarii MDXXXIII.

Eiusdem Sacratissime Maiestatis Vestre

humillimus servitor et fidelis capellanus
Paulus,
Archiepiscopus Strigoniensis m. p.

Kívül: Sacratissime Regie Maiestati, Domino meo clementissimo.

Egy ív papir egyik oldalán, pirosviasz zárópecséttel. — *Bécsi cs. és kir. házi stb. levéltár: Hungarica. 1533. Jan. 60.*

Közli: Bunyitay Vincze.

201.

Brassó, 1533 január 22.

«1533 die 22. Januarii [1] kombt aus Deutschland zuruck der gelehrte Magister Johannes Honterus, und bringet die wahre Lehre

[1] V. ö. az alább 227. sz. alatt közölt levelet.

in viel Schriften und Bücher mit sich, wie auch den Wohlweisen Magistrum Theobaldum Griffium Medicinae Doctorem et Artis Typographicae Licentiatum, der ihm dann in arte Typographica redlich beygestanden. — Parentes Magistri Johannis (Honteri) erant: Georgius Gras coriarius, et Dorothea Hones.»

Egykorú feljegyzés az «Album Oltardianum»-ban. *Trauschenfels:* Deutsche Fundgruben zur Geschichte Siebenbürgens. Kronstadt, 1860. 9. l.

202.

Krakó, 1533 január 29.

Werner György levele Bártfa város tanácsához. Minthogy megbízták, hogy szerezzen számukra prédikátort: ismerősük, Gáspár úr által itt helyben kettőt szólíttatott fel. Az egyik egy István nevű magister (Spetinger), ki azelőtt Besztercze-bányán volt prédikátor és plébános; a másik egy pózeni születésű baccalarius biblicus, de mind a kettő oda nyilatkozott, hogy már máshová kötelezték le magukat. Tudakozódott aztán más irányban is, de szintén eredménytelenül. Mindazonáltal folytatni fogja a keresést, s az eredményről irásban, vagy, mint reméli, rövid idő alatt személyesen értesítendi őket.

Ersame, namhaffte vnd weise, besunder gonstige herrn. E. W. sein mein gantz willige, geflissene dinst in alle zeit zuvor bereith. Demnach mich E. W. kegenwartigt, auch iungst durch schrifft angelangeth hot, das ich E. W. vmb einen prediger forschet, habe ich noch moglichen fleis nicht vnterlassen, vnd dieweil nur alhie zwene dofur angeben sein durch gewisse lewte, das ein itzlicher solches ampts wol pflegen mochte: einer mith namen Magister Stephanus, so vormols in Newensol prediger vnd pfarrerr ist gewesen; der ander auch ein magister, so newlich alhie der heiligen schrifft Baccalarius worden ist, der geburth ein Posner. habe ich nicht einen vnd den andernn durch herrn Magistrum Gasparem E. W. wol bekanten vnd verwanten von ferran reden lassen, dorauff hot ein itzlicher fast einer menungh geanthworth, wie ihnen zw thun nicht füglich, noch gelegen war, weil sie sich schon an andre orth vnd dinst hetten gephlichtet. Nemlich Magister Stephanus alhie zw Crok zum unterprediger ampt, der ander den Herrn ken Posen, von welchen her alhie sein vnterhaltung hette. Doruber habe ich mich bei ihnen vnd andern erkundigt, op sunst imantz hir aber anderswo zw solchem ampt geschiktt beredet werden nochte, das her E. W. vocation vnd beruffungt folge thete, habe ich nimantz erfaren mogen. Doch wil ich noch nicht ablassen weiter zw forschen, vnd was ich alsdenn berichts erlangen werde,

E. W. schrifftlich, aber, wie ich vorhoffe, in kôrtzen personlich anzeigen. Hiemith was E. W. liber, thw ich allezeit gerne. Wil mich also E. W. gunst sampt meinem geringen dinsten entpholen haben. Datum Crok, den 29. tagt Januarii anno 1533. Ewer N. weistheit in allezeit williger diner.

Georgius Werner.

Kívül: Den Ersamen, namhafften vnd weisen herrn Richter vnd Rath der Stath Bartpha, meinen gonstigen Herrn.

Egy félív papiron, zárópecsét nyomaival. — *Bártfa város levéltára.*

Közli : BUNYITAY VINCZE.

203.

Freiburg, 1533 februárius 7.

Erasmus Roterodamus Oláh Miklósnak. Ha arra határozná magát, hogy Németalföldre költözzék, azt óhajtaná, hogy vagy a kanczellár, vagy a királyné által hivatnék el innen; azután, hogy tisztességes útiköltséget kapna. Úgyis tíz évi pensióval tartoznak már neki. Miután az Özvegyről szóló könyvecskét megírta, meghidegült Henkel.

— — Velim imprimis hoc abs te curari, ut huc veniret epistola vel domini cancellarii, vel reginae nomine scripta, quae me revocaret, ut habeam hic honestam occasionem vertendi solum, ne videar odio cuiusquam discedere. Deinde mitteretur aliquod viaticum honestum. Debetur mihi iam pensio decem annis, aut eo amplius. Nihil magni facerent si unius anni pensio mitteretur. Quodsi non putas sollicitandos financiarios, possit munus mitti reginae nomine Quum peteretur a me libellus de vidua, sex epistolae eodem argumento ad me venerunt; ubi praestita sunt omnia, refrixit Henkellus. — — Friburgi. Septima die Februarii 1533.

Oláh M. levelezése. Budapest, 1875. 278.

204.

1533 februárius 9.

Templomszentelési és búcsúengedélyezési bizonyítvány.

Joannes de Felvynch, miseratione divina Episcopus Philiopolitanus, canonicus et suffraganeus Albensis Transilvan. in pontificalibus vicarius generalis, memoriae commendamus, quod ecclesiam parochialem in possessione Lengyenfalva fundatam et altaria

duo in eadem existentia consecravimus, et ad instantem supplicationem bonorum virorum loci eiusdem, omnibus Christifidelibus, quicunque dictam ecclesiam diebus dominicis et festivis devote visitaverint et manus adiutrices eidem porrexerint, pie gratiose annuimus quadraginta dierum indulgentias perpetuis futuris temporibus duraturas. In festo s. Apolloniae sirginis. Anno Domini 1533.

Joannes Episcopus m. p.

Szeredai, Notitia veteris et novi Capituli eccles. Albensis Transilvaniae ex antiquis ac recentioribus literarum monumentis eruta. 152. l.

205.

Linz, 1533 február 15.

Ferdinánd király biztosítja kegyelméről Várday Pál esztergomi érseket s biztosítja, hogy kérését, a mi pedig nem kis dolog, teljesíteni fogja, mihelyt közelebb jön Magyarországhoz. Hibás czímeztetése meg ne aggaszsza: nem tiszteletlenségből történt.

Strigoniensi. Ferdinandus etc. Reverendissime, Devote, Fidelis, Dilecte. Ex litteris tuis de XXI mensis Januarii proxime preteriti cognovimus, te graviter ferre, quod contra omnem spem forsan tuam pro voto a nobis responsum non habueris super iis, que dudum a nobis petiisti. Ad quod te latere nolumus, nos tibi et Ecclesie tue Strigoniensi ad omnem rem honestam concedendam esse satis propensos, tamen quod ardua peteres, duximus tunc negotium hoc, quoad propius illi regno nostro Hungarie accederemus, differendum, quo nobis perventis tibi generosam essemus daturi responsionem, sicuti ex responso Marci Pempflinger haud dubio intellexisti. Verum autem cum modo huc pervenerimus, Wiennam nostram propediem ituri satisfacturique promissioni nostre, volumus tibi aliud nunc concedere, quam quod per dictum Marcum fecimus. Quare non est, quod merito tibi onerosum esse debeat, cum tam parva dilatio nihil tibi gratie auferat nostre, quominus adventum nostrum expectare queas.

Quod autem existimas, nos tui honoris et dignitatis debitam rationem non habere, quod tibi solito tuorum praedecessorum Ecclesiae Strigoniensis archiepiscoporum titulo non scripserimus, credas, velimus, id non consulta opera factum esse, sed utrumque et te et ipsum episcopum Agriensem hoc termino Reverende truncato et ambigue scripto pro lectoris studio potuisse et posse com-

prehendi, quod tibi gratiose significandum duximus. Datum Lintii XV. Februarii 1533.

Fogalmazat egy félív papir egyik oldalán. — *Bécsi cs. és kir. házi stb. levéltár: Hungarica. 1533. Febr. 59.*

Közli: BUNYITAY VINCZE.

206.

Linz, 1533 február 19.

Ferdinánd király Zapolyai Jánossal békét óhajtván kötni, a béketárgyalások helyéül Óvárt tüzi ki s a tárgyalásnál okos, a magyar ügyekben jártas tanácsurakra lévén szüksége, meghívja oda a váradi püspököt is (kétségkivül Maczedoniai Lászlót).

Waradiensi. Ferdinandus etc. Reverende Devote Fidelis Dilecte. Te iam satis scire arbitramur, quorum stimulatione, quave ex causa (nempe non minus pro quiete, tranquillitate et uniuscuiusque vestrum omnium salute, quam pro commodo nostro et totius Reipublice Christiane utilitate) in tractatus concordie cum Johanne Scepusiensi adversario nostro faciende super illo Hungarie nostre regno consenserimus condescenderimusque, nos quoque pro effectu tractationum huiusmodi oratores et commissarios nostros (quos eisdem intervenire volumus) ad oppidum nostrum Owariense, locum ad hoc constitutum, ire mandaverimus, nihil dubitantes, quin iam eo concesserint. Verum tamen cum hoc negotium arduum sit et in eo plurium personarum ingenio et consilio pollentium nec non qualitatum ac rerum hungaricalium scientium opera, studio et industria indigeamus, quibuscum idem negotium pro illius necessitate, secundum quod ad nos per dictos oratores et commissarios pro tempore relatum fuerit, tractare, consultare, masticare et concludere valeamus, e quarum numero te unum eligendum duximus. Idcirco tibi omni serio et strictissime precipimus atque mandamus, ut postpositis negotiis quibusvis ad nos, ubi fuerimus quantotius et sine aliqua mora venias, consiliis nostris in hoc maxime negotio interventurus. In eo nostram omnimodam facies voluntatem. Datum Lintii XIX Februarii 1533.

In simili Strigoniensi: Reverendissime, devote etc.
« « Preposito Albensi: Honorabilis, devote etc. totum valet.
« « Valentino Tereck: Magnifice fid. dil. etc.
« « Caspari Horwath: Egregie fide. dil.

In simili Ludovico Pewkri: Egregie fidel. dilecte.
« « Nicolao Apaffy: Egregie fid. dil.
« « Marco Pempfflinger: Egregie etc.
« « Stephano Pempfflinger: Magnifice fi. etc.
« « ad Bathyan: Magnifice fi. dilecte.
« « Balthazar Banffy: Egregie f. d.
« « Alexio Bethlem Vicevayvode: fid. dil.
« « Egregio *(nincs tovább).*

Fogalmazat egy félív papir két oldalán. — *Bécsi cs. és kir. házi stb. levéltár: Hungarica. 1533. Febr. 87.*

Közli: Bunyitay Vincze.

207.

Brüsszel, 1533 márczius 7.

Oláh Miklós Scepper Kornél császári követhez irt hosszú levelében említést tesz atyjáról és kifejezést ad honvágyának.

— — — — — — — — — — — — — — —

In Valachis et Moldavis in amicitiam nostrorum et Polonorum adhibendis non magnum iacio fundamentum. Nescis enim tu, Valachorum vayvodarum quam incerta sit conditio. Memini ego patrem meum, qui erat ortus ex sanguine Draculae vayvodae Valachiae, mihi aliquando narrasse, se maluisse in Transsylvania — quo ex Valachia tempore Mathiae regis, ne per ipsum Draculam ob regnum trucidari posset, confugerat — mediocri fortuna esse contentum, quam ampla in patria sua dignitate. Quem Mathias rex saepe monuerat, ut si vellet, ad vayvodatum transalpinum cum exercitu remitteret; sed quid illi responderit, non ob pusillanimitatem aut timiditatem, sed quod maluerit ad senectam usque in pace privatus vivere, quam in magistratu ad annum (solent enim vayvodae valachi eos, qui sunt ex vayvodarum sanguine, ob imperium trucidare), sciunt multi...

— — — — — — — — — — — — — — —

Sicuti dominus Xanthus [1] tecum est locutus: si pacata Hungaria, rebusque meis salvis fieri poterit, non me hic detinebunt campanularum vestrarum artificiosi sonus, non caminorum etsi sanae, tamen fuliginosae deliciae, non mulierculарum blanditiae: libertas sola et doctorum virorum conversatio me quodammodo

[1] Gabriel Xanthus (Sanchez) protonotarius apostolicus, secretarius regis Ferdinandi.

irritat; at libertas magna erit mihi in patria, homini non admodum ambitioso sed paucis contento, non deerunt isthic etiam si non tam multi, quam hic, at non pauci viri et plures his docti codices, quorum conversatio et tractatio me perinde delectabit, acsi in media essem Italia. Praesertim cum non defuturos arbitror in patria: abundantem commeatum omnis generis, copiam vinorum diversorum, nobilitatem amicorum veterum, redintegrandae confabulationis... Cura igitur, ut uterque redeamus in patriam, ego in Hungariam, tu in Flandriam. —— Bruxellae 7-a Martii 1533.

Oláh Miklós levelezése. 310—313.

208.

Pozsony, 1533 márczius 8.

Brodarics István értesíti Oláh Miklóst, mint régi barátját, hogy javadalmai ügyében mindent meg fog tenni s kéri, hogy őt Mária királyné kegyeibe ajánlja.

Gratissimae mihi fuerunt tuae litterae, quas Joannes Czegledinus mihi reddidit, qui et antequam tuas litteras accepissem, mecum de hiis, aliisque negotiis diligenter fuerat locutus. Et ego illi operam meam liberaliter fueram pollicitus. Quid enim mihi pro tali fratre et amico etiam non rogato faciendum non erat? Cuius probitatem et multiplices virtutes semper cupidissime sum complexus; omnia mea etiam penitiora eidem communicavi. Accessit ad priora cognitio etiam et familiaritas cum tota tua domo in Transsylvania, ubi non semel in domo tua sum amanter exceptus; nepotulos ex fratre tuos non aliter, quam si mei fuissent, complexus. Itaque quicquid unquam in rem tuam facere potero, id erit semper ad tuum votum, imo tibi et omnibus tuis ita paratum, ut non sim rogandus... Rogo autem Tuam Dominationem, ut obsequia mea humillima in gratiam Maiestatis reginalis, dominae nostrae clementissimae commendare per omnes occasiones velis; non possum ego, quomodocunque negotia publica vadant, quicquid suae Maiestati de me dicitur aut aliquando fortassis dictum est, oblivisci tantae gratiae ac benignitatis, qua me indignum et immeritum sua est Maiestas prosequuta et supra omnes non solum aequales meos, sed me longe superiores sua authoritate evexerat. Pro quo suae Maiestatis in me tanto beneficio volo, donec vivam, suae Maiestatis erga me gratiam omnibus, quibus potero modis quaerere... est enim mihi in praecipuis votis esse in gratia suae

serenissimae Maiestatis, et possum in veritate dicere illud, quod apud Virgilium Aeneas:

per sidera iuro,
Per superos, et si qua fides tellure sub ima est,
Invitus, regina, tuo de littore cessi.

Me vestrae dominationi et aliis amicis, si qui adhuc istic nostri sunt memores, commendo plurimum... Posonii 8-a Martii 1533.

Oláh Miklós levelezése. 315—316.

209.

Beszterczebánya, 1533 április 6.

Picus nevű hitújító Feller Miklós selmeczbányai jegyzőnek a selmeczbányai papválasztás ügyében ir.

G. (aut C. Picus) Nicolao Feller, notario Schemniciensi... Scripsi Domino Simoni et spero, diis benevolentibus, votum omnium benesentientium Christum fortunaturum. Non potuit neque melius neque felicius alea cadere, quam cum munus religionis tanto viro demandastis. — Dominum Mathiam meo nomine saluta. Sed heus, quid agit? Ego cogor iam latinis literis longum valedicere, quid ipse inter Caucasum?

Eredetije Selmeczbánya levéltárában. XXV. Fasc.

Közli: Dr. Karácsonyi János.

210.

Bécs, 1533 április 16.

Ferdinánd király meghagyja a pozsonyi városi hatóságnak, hogy a városi könyvekből készített lajstromot a pilisi apát számára küldje meg és adósait fizetésre kötelezze.

Ferdinandus — fidelibus nostris iudici, magistro civium et iuratis civibus civitatis nostre Posoniensis salutem et gratiam. Intelleximus esse plerosque istic intra civitatem et in suburbiis, qui abbati Pilisiensi annuatim ratione domorum et vinearum certam pensionem, sive certos redditus solvere tenentur, quorum nomina una cum summa pensionum in libris istius civitatis nostre scripta esse dicuntur. Quum autem voluntas nostra sit, ne proventus

ecclesiarum ullo pacto diminuantur, mandamus vobis harum serie strictissime, ut et registrum super huiusmodi pactionibus, ex libris civitatis descriptum, ipsi abbati dare, et eos qui obligantur ad solutionem pensionum, per omnia opportuna remedia compellere debeatis. Secus ne feceritis. Datum Vienne feria quarta post festum Pasche. Anno Domini millesimo quingentesimo tricesimo tertio. Ferdinandus. Wylaky.

Papirra irva; pecséttel. — Eredetije a pozsonyi városi levéltárban. Lad. XLVI. Nyomtatva kiadta Dr. *Békefi* Remig: A zirczi, pilisi, pásztói és szent-gotthárdi cziszterczi apátságok története. I. 466.

211.

Verőcze, 1533 április 25.

Bánffy János nádor panaszkodik VII. Kelemen pápánál Erdődy Simon zágrábi püspök ellen.

Beatissimo in Christo Patri et Domino, Domino Clementi divina providentia Pape Septimo, Domino mihi Clementissimo.

Sanctissime Pater et domine, domine mihi clementissime: Post devota beatorum oscula pedum ac mei humillimam commendationem. Sanctitati Vestre iam planum est a tot annis, quam validis gravibusque plagis tum ab externis hostibus, tum per intestina dissidia post cladem in Mohach acceptam hoc regnum attenuetur, enervetur dilacereturque, quibus dominus Simon episcopus ecclesie Zagrabiensis, qui in episcopali ordine pro sacro regni Hungarie diademate secundas tenet, non considerans, nec perpendens a s. Rege Stephano episcopatus regni Hungarie tot et tam amplis dominiis et possessionibus ideo dotatos, ut presides eorundem impetum et virulentiam fidei catholice subversorum facilius retundere et ad tramitem vite reducere possent, utque orthodoxorum columne atque propugnacula forent ac bella, veluti fomitem malorum, lenirent et sedarent; sed econtra facultates ecclesiasticas refundens cum validis viribus, necnon ingeniorum machinis plurimorum nobilium bona, que a tot et tantis calamitatibus remanserant, vastando, desolando, plebeos captivando, homines occidendo et sanguinem christianum effundere sitiendo, domos ad capita nobilium succendendo ac illinc extractos in carceres coniiciendo; tandemque etiam in propria persona adveniens deseviit suamque exercuit tirannidem, cui rei et serenissimus princeps et dominus, dominus Ioannes dei gratia Rex Hungarie, Dalmatie, Croatie etc.

dominus meus clementissimus, veluti iustus christianissimusque princeps, in quantum presens status huius regni patitur, providit paratumque se providere semper exhibet. Que etiam Sanctitati vestre veluti summo culmini et moderatori fidei christiane notum facere volui, quo tempestivius et maturius huic rei providere valeat, quodque apostolico innotescat apici, quid operatur quantamque exercet tirannidem, cuius potius interesset rebus christianis et componende paci providere: quare supplico Sanctitati vestre, ut his provideat, ne dum etiam pestifera contagio sectarum iam in Christianitate nimis late serpserit, hoc etiam exemplo permoti, dum Episcopus hec agit, seculares, regnumque hoc magis inficiatur, quod a multis annis contra persecutores fidei christianitatis extitit propugnaculum. Et iterum meipsum recommendo Sanctitati Vestre. Quam Deus Opt. Maximus felicem, ac Ecclesie sue statum diu ac votive sospitem et letum conservet. Datum in castro meo Werewczensi vigesima quinta die Aprilis Anno domini 1533.

Eiusdem Sanctitatis Vestre

filius

Joannes Banffy de Alsolyndwa,

Comes perpetuus comitatus de Werewcze

ac Regni Hungarie Palatinus.

Theiner, Vetera monum. Slavorum merid. historiam illustrantia. I. 621.

212.

Bécs, 1533 április 25.

Maczedóniáy László Ferdinánd-párti váradi püspök írja Oláh Miklósnak, hogy a jelen viszonyok között ne térjen vissza hazájába. Irja továbbá, hogy javadalmai ügyében tárgyalt Török Bálinttal. Ajánlja Fűzmegyeri Imre kir. jogigazgatónak a beregszászi plébániára vonatkozó ügyét figyelmébe.

Reverende Domine, ac frater et amice honorande. Ignoscat Dominatio Vestra, quod rarius ad illam scribo, faciunt curae quaedam et sollicitudines, in quibus iam consenuimus, ut ne in mentem quidem venire possit tale quidpiam, quod ad hunc aut illum amicorum scriberem. Res enim ita se habent, praesertim vero negotia pacis, cuius tanta est fama, ut consultius existimem Dominationem Vestram adhuc ibidem manere, quam ut patriae desiderium eam huc pertrahat. Cum dominis enim husaronibus transegit aliquatenus Maiestas regia tum de stipendiis, tum de aliis, fuimusque mediatores ego et dominus Stephanus Pempflinger inter regiam

Maiestatem et ipsos husarones; egimus autem cum eis etiam de remittendis bonis ecclesiarum. Cum domino autem Valentino Therewk habui speciales tractatus de bonis beneficiorum D. V., sed adhuc res non est confecta. Itaque antequam a nobis aliud cognoverit, contineat se D. V. ibidem. Dominus Emericus de Fyzmegyer, director causarum regiae Maiestatis, habet quidquam negotii apud D. Physicum reginalis Maiestatis ex parte plebaniae de Berekszász. Rem igitur ipsam commendo Dominationi V^{rae} rogoque, ut praestet in negotio ipso diligentem operam. — — Ex Vienna, in festo beati Marci 1533.

Oláh Miklós levelezése. 353.

213.

Bécs, 1533 április 26.

Ferdinánd király a győri püspököt illető németújvári gabona- és bortizedet, bizonyos tartozás fejében, évi 200 forint erejéig Batthyány Ferencznek adja, mindaddig, míg a püspöki szék betöltve nem lesz.

Nos Ferdinandus etc. memoriae commendamus per praesentes, quod nos in deductionem illius summae pecuniariae, qua serenissimus princeps quondam Rex Ludovicus, sororius et praedecessor noster charissimus piae memoriae, fideli nostro magnifico Francisco de Batthyán, consiliario nostro, alias regnorum nostrorum Dalmatiae, Croatiae et Sclavoniae bano, pro suis servitiis debitor remansisset, super quibus a nobis litteras habet speciales, decimam frugum, vinorum et bladorum cultelli castri sui Ujvár et pertinentiarum eiusdem, ad episcopatum ecclesiae Jaurinensis, nunc praelato vacantis, pertinentem, quoad scilicet in ipsa ecclesia Jaurinensi legitimum episcopum creaverimus, duximus dandam et inscribendam; ut ex huiusmodi decimis, servato nobis bono et vero computu, singulis annis ducentos florenos hungaricales percipere et pro se colligere possit et valeat. Immo damus et inscribimus harum nostrarum vigore et testimonio litterarum mediante. Datum in civitate nostra Vienna, sabbato proximo post festum beati Marci evangelistae, anno Domini 1533.

Schoenvisner, Antiquitatum et historiae Sabariensis libri novem. 279.

214.

Bécs, 1533 április 26.

Batthyány Ferencz elismervénye az előbbi szám alatt megnevezett tizedekre vonatkozólag.

Nos Franciscus de Batthyán consiliarius regius etc. recognoscimus et fatemur per praesentes, quod Sacra Regia Maiestas... in deductionem debiti nostri decimam frugum, vinorum et bladorum oppidi Ujvár et pertinentiarum eiusdem, ad ecclesiam Jauriensem et castrum Sabariae pertinentem, quoad scilicet ipsa ecclesia Jauriensis legitimum episcopum habuerit... nobis dedit et inscripsit: ut ex huiusmodi decimis, servato bono et vero computu, singulis annis 200 flor. hung. percipere et pro nobis colligere possimus et valeamus. Vice versa et nos Maiestati suae instar boni et fidelis servitoris promittimus, dictam decimam... ubi ipsa ecclesia Jauriensis legitimum episcopum habuerit, reddi et restitui, quamprimum Maiestas sua postulaverit; de perceptis etiam bonum computum tenebimus et dabimus, et in summam debiti nostri illud computabimus. Datum in civitate Vienna, sabbato proximo post festum b. Marci evangelistae, anno Domini Millesimo quingentesimo trigesimo tertio.

Schoenvisner id. m. és lap.

215.

Brüsszel, 1533 május 1.

Oláh Miklós utasításokat ad Czeglédi János megbizottjának.

— — — — — — — — — — — — — — —

Abbatiae de Tapolcza Sebastianus Pempflinger providebit, de archidiaconatu Strigoniensi cum exiero videbo, quid sit agendum. Canonicatum Jauriensem curabo, quantum in me est, ut tu habeas; Theophilus non erat illius possessor, sed ego. Verum quidem est, me beneficium hoc illi voluisse dare et eum etiam praesentasse capitulo. Litteras ipsas canonicatus requiram et vel mittam ad te vel mecum adducam, cum Deo volente exivero. Tu interea insta apud Agriensem, ne quispiam authoritate regis manus illi praebendae iniiciat. Scribe ad me, si Turcae vel in regressu ultimo vel antea bona mea desolarunt, et quae sint desolata et quae integra.

Cura, ut missa Strigonii continuetur. Ego solvam stipendium, si tu aliunde id praestare ex meis non potes, hoc est, ex archidiaconatus et canonicatus proventibus, curabo, ut in hoc non sit defectus, modo mihi significa. Quo in me sit animo Strigoniensis, fac me certiorem, an pristino benevolo, an novo alieno; id quamvis et tu, tamen medio aliorum quoque meorum amicorum expiscari poteris, fac me hac de re et de aliis certiorem cito. Ad Franciscum Reway dederam litteras, nescio an hae sint redditae? — — Domino praeposito Albensi commenda me et dic, si qua in re ei obsequi possem, nihil facerem libentius, maxime in hac sua necessitate. Compatior enim illius penuriae; paratus essem, si adessem, mea omnia illi communicare. Saluta et Albertum praepositum ac alios amicos meos. Vale et scribe de rebus omnibus. Bruxellae prima Maii 1533.

Oláh M. levelezése. 359.

216.

Bécs, 1533 május 3.

Ferdinánd király elismeri, hogy Bakyth Pál, a könnyű lovasság vezére a szentmártoni várat és apátságot Máté pannonhalmi apátnak visszaadta.

Ferdinandus rex agnoscit Paulum Bakyth, ducem equitum levis armaturae, arcem et abbatiam sacrimontis Pannoniae Mattheo, archiabbati, restituisse.

Másolata a pannonhalmi főapátsági lt. c. 26. l. F.

Közli: Dr. Karácsonyi János.

217.

Buda, 1533 május 5.

János király Statileo János erdélyi püspököt a kolosmonostori konvent tanúsága mellett beigtatni rendeli Budai István Enyeden lévő birtokába, mit a püspök ezer arany forintért megvett. — Datum Budae feria secunda post dominicam Iubilate anno 1533.

Joannes rex Joannem Statilium episcopum Transylvaniae introduci mandat in possessionem Stephani Budai Enyedini habitam, per eundem episcopum pretio 1000 flor. aureorum coëmtam.

Eredetije a kolosmonostori konvent levéltárában. Com. Albens. E. Nr. 15. — *Beke Antal:* A kolosmonostori konvent levéltára. Budapest, 1897. 105. l.

218.

Bécs, 1533 május 6.

Laki Deák Balázs pannonhalmi várnagy esküje.

Ego Blasius Literatus de Lak iuro per Deum immortatem et omnes sanctos Dei, quod arcem sancti Martini sacrimontis Pannonie, postquam illius prefecturam adeptus fuero, in obedientia et fidelitate... domini Ferdinandi Romanorum, Hungarie... regis retinebo et si tempore mei castellanatus Rmum d. Matheum Abbatem e vivis contingat decedere, arcem et abbatiam ipsam nemini alii, quam dicte Maiestati regie aut, cui ipsa iusserit, reddam et assignabo. Sic me Deus adiuvet et omnes sancti. Datum Wienne in festo beati Joannis ante portam Latinam anno domini 1533. Idem Blasius, qui supra, manu propria.

Eredetije a pannonhalmi főapátsági lt. c. 47. l. Dd.

Közli: Dr. KARÁCSONYI JÁNOS.

219.

Pécs, 1533 május 8.

Brodarics István értesíti VII. Kelemen pápát a török nagy hatalmáról Magyarországon, s hogy miután szerémi püspökségét a törökök elfoglalták, jelenleg a szintén nagy veszélynek kitett pécsi püspökséget birja.

Ad manus S. D. N. Clementis VII. Pontificis Maximi D. M. Clementissimi.

Beatissime Pater et domine, domine clementissime. Post pedum oscula beatorum et servitutis mee humillimam commendationem. Feci Vestram Sanctitatem sepe certiorem de rebus nostris Hungaricis per litteras ad dominos Casalios scriptas, et ex Posonio, quo pacis faciende causa conveneramus, ac novissime hinc ex Quinqueecclesiis his diebus proximis: neque nunc aliud scribere possum, nisi rem christianam eo esse deductam, cuiuscunque culpa id acciderit, ut de regno Hungarie, quod paulo ante vidimus florentissimum ac inter christiana regna potentissimum, coram Thurcarum imperatore disceptetur, et utrique regi illius arbitrio sit standum. Adhuc nihil intelligimus, quid de nobis sit decretum. Quicquid erit, conabor Vestram Sanctitatem facere certiorem statim. Ego sub mirabili sidere sum natus: occupato per Thurcas episcopatu Sirmiensi, quem mihi divus Rex Ludovicus cum cancellariatu dederat,

nunc episcopatum Quinqueecclesiensem teneo, et ipsum Thurcis ad III vel IIII miliaria vicinum, adhuc quidem satis insignem, sed magno periculo expositum. Deus Optimus Sanctitatem Vestram semper conservet felicem et incolumen. Ex Quinqueecclesiis 8. Maii 1533.

Eiusdem Vestre Sanctitatis

Humillimus servulus et capellanus
S. Brodericus Sirmiensis mpp.

Theiner, Vetera monum. Slavorum merid. I. 621.

220.

Bécs, 1533 május 11.

Ferdinánd király rendelete Körmöcz-, Selmecz- és Beszterczebánya városokhoz. Ha Pál esztergomi érsek körükbe jön, vagy embereit küldi, hogy a lutheránus eretnekséget terjesztő, nyilvánosan házasságra lépő stb. papok ellen vizsgálatot tartson: mind őt, mind küldötteit tisztelettel fogadják és kezükre járjanak.

Ferdinandus divina favente clementia Romanorum, Hungarie, Bohemie etc. rex semper Augustus, infans Hispaniarum, archidux Austrie, Burgundie dux etc. fidelibus nostris prudentibus et circumspectis iudicibus et iuratis ceterisque civibus civitatum nostrarum Crempniciensi, Sebniciensi, et Bistriciensi salutem et gratiam. Accepimus non sine animi nostri displicentia, esse nonnullos plebanos ac concionatores aliosque presbiteros in istis civitatibus nostris, qui heresim Lutheranam inter plebem passim sparsissent, spargere et seminare non cessarent, quinetiam publica matrimonia in facie ecclesie auderent contrahere, aliaque diversa facta enormia exercerent in contemptum Dei Omnipotentis, ac fidei nostre catholice ac contra ritum sancte Romane ecclesie instituta, atque sanctorum Patrum orthodoxorum. Cum itaque huiusmodi hereses et pravi sacrarum literarum interpretes et eversores ex suscepto regiminis nostri officio e medio subditorum nostrorum tollere debeamus, Fidelitati vestre harum serie strictissime committimus et mandamus, ut, dum Reverendissimus dominus Paulus, archiepiscopus Strigoniensis etc., pro inquirendis et corrigendis huiusmodi plebanis, concionatoribus et presbiteris in medium Vestri venerit, aut homines suos miserit, eundem dominum archiepiscopum aut eosdem homines suos omni honore et reverentia suscipere ex ratione officii sui pastoralis non modo non obstare, sed omni opportuno consilio adesse debeatis et teneamini. Secus non facturi. Presentibus per-

lectis, exhibenti restitutis. Datum Viennę dominica Cantate, Anno millesimo quingentesimo trigesimo tertio.

Ferdinandus. *Vylaky.*

Eredetije Selmeczbánya város levéltárában. Fasc. XXV. Másolata Beszterczebánya város levéltárában. Fasc. 316. Nr. 23. Töredékesen, betoldásokkal éktelenítve közli *Breznyik:* A selmeczbányai evang. egyház és lyceum története. I. k. 69. l.

Közli: Dr. Karácsonyi János.

221.

Győr, 1533 május 16.

A győri káptalan bizonyítja, hogy a pannonhalmi apát, Máté, és a konvent május 14-én Letenyei János kisprépost, Visy István és Borohy Jakab miséspap kanonoktársaik előtt, Bakyth Pál főkapitányt megnyugtatták a pannonhalmi vár átadásáról s nevezetesen arról, hogy mindazon ezüst tárgyakat és egyházi ruhákat, melyeket azon németektől «qui castrum sancti Martini a manibus Abbatis et conventus exceperunt» átvett, hűségesen visszaadta. Tekintve továbbá azon nagy szolgálatot, melyet Bakyth a szentmártoni várnak a legutóbbi török hadjárat alkalmával való megvédelmezésével teljesített, hálából az 1533. és 1534-iki tizedeiknek felét neki adják és a vár börtönében tartott kilencz foglyot számára hűségesen megőrzik.

Mattheus, abbas sacrimontis Pannoniae, eiusque conventus coram Joanne Letenyei, praeposito minori, Stephano Visy et Jacobo Borohy praesbyteris canonicis Capituli ecclesiae Jauriensis, agnoscunt, per Paulum Bakyth arcem sacrimontis Pannoniae restitutam fuisse unacum rebus argenteis, vestimentisque ecclesiasticis Paulo Bakyth a Germanis, qui castrum sancti Martini a manibus abbatis et conventus exceperunt, traditis. Pro defensione autem arcis in ultimo bello Turcico decimas dimidias duorum annorum ei cedunt.

Eredetije a pannonhalmi főapátsági lt. c. 48. l. P.

Közli: Dr. Karácsonyi János.

222.

Bécs, 1533 május 28.

Fáber János tudatja a selmeczbányai tanácscsal, hogy az eretnekségek és a török hadjáratok miatt Bécsben a papok nagyon megfogytak s így alkalmatos prédikátort nekik nem küldhet.

Johann von Gottes Gnaden Bischove zu Wienn ud Coadiutor zu Newstatt.

... Fürsichtigen ... und guette freundt. Wir haben von euch durch zaiger diss brieffs ein schreyben emphangen, darinn ir aus sonderm vertrewen ... unns den abgang ainers predigers ... Ob

solchem ewern schreyben und begeer haben wir auss vatterlichen gemuet ainsonders wolgevallen... Aber laider so ist über die Deutschen diss platz kemen, so der hailig prophet beschriben... dieweil die Deutschen so vyl unerhört, unkristenlich, auffruerig und gotlose ketzereien haben ainreysen lassen... das furwar dyerzeit alhie wenig sein, auch in ansehung, das der Türkenzug vyl vertriben, un haben euch dye tag kainen mögen uberkomen... Wellen aber gar gern mit vleyss unser nachfrag haben unnd sobald wir einen tugenlichen erfaren, als dann vollen wir euch denselben unvertzueglich zuefurdern... Geben zu Wienn den XXVIII. tag Maij Anno etc. im [XXIII.

Johann Bischoff zu Wien.
(Sajátkezű aláírása.)

Kívül: Den fürsichtigen... Richter und Ratt der Stat Schemnitz.

Eredetije Selmeczbánya város levéltárában. XXV. Fasc.

Közli: Dr. Karácsonyi János.

223.

1533 június 1.

A ferenczrendűek közt Kassai Kristóf állítólag Ferdinánd király udvari szónoka levele által terjesztett nagyrészt hamis hírek.

Anno Domini 1533. celebratum est Capitulum provinciale in conventu de Gyula in festo sacratissimi [1] Penthecostes, in quo eligitur in provinciae Ministrum frater Martinus de Nagocz antedictus. Iste pater iam secundo est electus Minister provinciae et a tempore generalissimi Capituli, quo officium ministeriatus generalis a Conventualibus translatum est ad fratres Observantiae, est in ordine octavus provinciae Hungariae Salvatoris Minister fratrum Minorum observantiae regularis. Item reverendus pater Minister post suam electionem in communi refectorio coram patribus et fratribus praesentavit quaedam paria litterarum excellentissimi domini Doctoris Christophori Casoviensis, clementissimi principis domini Ferdinandi concionatoris supremi etc., quas quidam negotiator ad nundinas [2] protunc in praedicta civitate Gÿwla de partibus superioribus veniens portaverat et sic ad manus praefati Ministri venerant, quas etiam idem pater Minister manifeste coram omnibus fratribus illic praesentibus per semetipsum legit. Sequitur tenor litterarum:

[1] A kéziratban hibásan: sacratissimae.

[2] A kéziratban hibásan: mundanos.

Venerabilis Domine! Inter alia haec curavi vestrae dominationi bono et fido animo et breve et [1] notificare curavi *(így):* quod cum paucis ante diebus egregia Maiestas in Oenipontem [2] venisset, vulgo Isprork *(így),* et praecipui oratores coram sua Maiestate astitissent, praesente et domino Tridentino Cardinali, idem oratores viva voce eorum palam ac manifeste ad auditum omnium et totius suae curiae proposuerunt et affirmative indubieque retulerunt: quomodo magnus ille quondam dux Saxoniae, Joannes, qui Lutheri et eius sectae maledictae longo a tempore tutor et defensor fuit fortissimus, a Deo valida infirmitate praeventus et tactus, in qua dum dire et acriter laboraret iuxta prophetae [3] dictum: «Multiplicatae sunt infirmitates eorum, postea acceleraverunt», se per adiuvamina orationum multorum bonorum Christifidelium (quum impossibile est orationes multorum non exaudiri) recognoscens, per totam suam provinciam strictissimum emisit edictum, ut omnes et singuli Praelati, Capitulares, religiosi, doctores et prudentes literati, alii quoque universi orthodoxae fidei cultores, quicunque essent, tam spirituales, quam saeculares, semoto procul omni pudore, bona fiducia ante animae suae exhalationem ad se venire vellent et dignarentur, praecipiendo haec idem firmissime ac mandando et summe per Deum rogando, pollicens coram eis ultimam suam voluntatem loco testamenti firmissime facere (ecce divina misericordia, venerabilis domine, qua ex lupo ferocissimo factus est agnus mansuetissimus). Quo facto mox convenerunt plusquam trecenti spirituales et saeculares, boni et sapientissimi viri, quibus, iacendo in lecto aegritudinis, elevatis in coelum oculis et manibus, copiose lachrymans, eiulans et suspirans [4] talem solemnem fecit protestationem: Subditi — inquit [5] fideles charissimi! Ultra modum gratulor de vestro adventu, et, quod venistis, gratias ago. Obsecro vos per gratiam et clementiam Dei omnipotentis, ut dignemini Deum pro me misero peccatore exorare, ut divina Maiestas mihi parcat. Quidquid contra Deum, maxime contra fidem christianam egissem, profiteor coram vobis, seductus per hunc pseudo-doctorem maledictum Lutherum fecisse. Iam recognosco meam culpam et omnes errores meos revoco, sacram denique antiquam fidem recognosco, veneror, in qua omnino mori volo, ad cuius corroboramen vobis praesentibus suscipere volo venerabilissimum Eucharistiae sacramentum. — Et his dictis omnes litteras Lutheranianas repertas in

[1] Talán: breviter. [2] A kéziratban hibásan: Zwpontum. [3] A kéziratban hibásan: propriae. [4] A kéziratban hibásan: superans. [5] A kéziratban hibásan: inquam.

civitatibus per vicos et plateas incinerari fecit. Quibus finitis, ut bonus princeps et catholicus, facta prius plena et pura confessione auriculari catholico sacerdoti, Eucharistiae sacramentum flexis genibus (o divina pietas!) cum maxima devotione et fletu simul et Unctionis sacramentum suscepit. Ubi per eosdem spirituales et saeculares bonosque sapientes consolatus maxima devotione, iuxta latronis venerabilis iuxta crucem domini Jesu pendentis tertio die ultimum conclusit diem, cuius anima Deo vivat.[1]

De Luthero.

Tandem nefandissimo et sceleratissimo, cuius pestifera apostasia et mortis pabulo fuerat infectus idem princeps praeclarus, prout uxor Abbatissa Lutheri ipsius protestata est et idem oratores praecipui recensuerunt, quod cum rugitu et clamore maximo, tanquam leo rugiens, et sese remordens et discerpens et omnium miserrimus, ratione privatus omnes ad se venientes mirande verberibus invadens funibus ligari cogitur seu custodiri, ne per ignem et aquam vel aliter se interficiat, miserabiliter postremo horrende vitam finivit temporalem.[2]

De Erasmo quoque Rotterodamo idem, quomodo solemnis omnium universitatum mater et schola Parisiensis: haereticum sententialiter adiudicavit, quam sententiam idem praeclarus Doctor appellavit ad concilium generale, ubi non credo suam excellentiam sese expugnare[3] posse. *(Alia manu adiicitur:* Hucusque primus nostri Chronici scriptor.)

Egy a XVI. század közepén élő Ferenczrendű szerzetes krónikájának 1627-ben készült másolatából. E másolat czíme: Chronica seu origo Fratrum Minorum de Observantia in provincia Bosnae et Hungariae Christo Jesu militantium ab anno 1313. A Ferenczrendűek gyöngyösi levéltára. 10. szám.

Közli: Dr. KARÁCSONYI JÁNOS.

224.

Gyulafejérvár, 1533 június 13.

Sajószentpéteri Tamás felszólítja Katalint, özvegy Rákóczy Ferencznét, hogy férjének őrzés végett átadott nyolcz ezüst kanalát Sajószentpéteren lakó Anna nevű nővérének kézbesítse, vagy ha ezt tenni nem akarná, tartsa őrizet alatt, mig maga tőle elviszi.

Egregia Domina et Compatrissa mihi honoranda, salutem et orationis commendationem. Estimo Dominationi Vestre Egregie bene constare, qualiter superioribus annis domino Francisco

[1] E hir természetesen hamis volt. [2] Ez is alaptalan hiresztelés volt. [3] Talán helyesebben: expurgare.

Rakochy, domino et marito suo, octo coclearia argentea, dum Poloniam profectus fueram, ad conservandum dedisse *(így)*. Intelligo ipsum dominum Franciscum Rakochy e vivis excessisse; hortor igitur Dominationem Vestram: velit illa coclearia octo ad manus honeste domine Anne, sorori mee in Sayo Zent Pether residenti, assignare, et presentes litteras pro sua expeditione reservet. Aut si casu aliquo Dominatio Vestra Egregia hoc facere nollet, conservet in tuto ipsa coclearia, nam ad festum sancti Georgii martyris personaliter hinc[1] ad pareciam meam proficisci omni nisu conamur et volumus, ubi cum Dominatione Egregia de certis aliis negotiis tractare habebimus. Et Dominatio Vestra Egregia felix, sana valeat. Datum Albe Julie Transilvane, in festo sancti Anthonii confessoris, anno Domini millesimo quingentesimo tricesimo tertio.

Magister Thomas de Sayo Zent Pether,
Canonicus Albensis et Plebanus Wyheliensis.

Kívül: Egregie Domine Chaterine, relicte Domini olim Francisci Rakolczy, Domine et Compatrisse honorande.

Eredeti, egy negyedív papir egyik oldalán, záró gyűrűpecsét nyomaival; csak az aláírás s a külczím Sajószentpéteri kezeírása. — *Kassa városa levéltára: rendezetlen rész. 1527—1549.*

Közli: Bunyitay Vincze.

225.

Bécs, 1533 június 13.

Ferdinánd király Moshaim Rupert passaui dékán panaszára, hogy sem az esztergomi kántor nem adja ki neki a kántorság jövedelmeiből járó száz forintnyi fizetését, sem a káptalan nem részesíti őt mint kanonokot illető jövedelmekből, meghagyja az esztergomi káptalannak, hogy a panaszlót mind maga kielégítse, mind a kántor által kielégíttesse.

Capitulo Strigoniensi Ferdinandus. Honorabiles ... Nobis gravi cum querela exposuit honorabilis devotus, fidelis nobis dilectus Rupertus a Moshaim decanus Pataviensis et consiliarius noster, quod licet cantor ecclesie vestre illi obstrictus sit in singulos annos ex fructibus ipsius cantorie pensionem centum florenorum persolvere; preterea se in dicta ecclesia canonicatum et prebendam habere, quemadmodum ex incluso nostrarum litterarum exemplari latinus intelligere potestis: ipsum tamen cantorem neque de pensione, vos quoque neque de fructibus huiusmodi canonicatus et prebende ipsi decano hactenus respondisse, neque futuris temporibus respon-

[1] A kéziratban hibásan: hic.

suros esse; nobis itcirco humiliter supplicavit, ut sibi in premissis opportune consulere dignaremur, quod, cum, ut iustum est, ita quoque decet nostras litteras manutenere. Itcirco vobis omnium serio committimus atque mandamus, ut quantum in vobis est, ipsi decano de fructibus sui canonicatus et prebende tam cessis, quam cedendis debite respondeatis; cantorem vero remedio opportuno, quo solet quisque in vestra ecclesia obediens reddi, compellatis, quo et ipse pensionem tam retardatam, quam in futurum cedendam debitis temporibus persolvere studeat. Secus non facturi. Datum Vienne 19. Junii 1533.

Fogalmazat egy negyedív papir egyik oldalán, másik oldalán czím nélkül, de kétségkívül az esztergomi érsekhez ez ügyben intézett levél fogalmazata áll, mely említi: «Ex inclusa litterarum nostrarum exemplari videbis, que concordia per te et honorabilem devotum, fidelem nobis dilectum Rupertum a Moshaim decanum Pataviensem et consiliarium nostrum super cantoria, necnon certis canonicatu et prebenda ecclesie Strigoniensis eidem decano dandis facta et per te comprobata et per nos confirmata existat» s a fentebbihez hasonló eljárásra utasítja. — *Bécsi cs. és kir. házi stb. levéltár: Hung. 1533. jun. 31.*

Közli: Bunyitay Vincze.

226.

1533 június 26.

Keglevics Péter, Horvát- es Szlavonország helytartója jelenti Ferdinánd királynak, hogy a tartományi gyűlésen Ferencz zenggi püspök felkérte a jelenlevőket, nyilatkozzanak, igaznak tartják-e azt, a mivel őt Klyzi Jeromos ő felségénél bevádolta? Mire az egész gyűlés egyen kívül, ki azt mondta, hogy semmi illetlent nem tud a püspökről, hallgatott.

Serenissime Princeps... In festo Nativitatis beati Joannis Baptiste secundum mandatum Sacre Maiestatis V. in civitatem eiusdem Montis Grecensem, *prope Zagrabiam*, congregationem fecissem, mandataque et iussa eiusdem retulissem, omnes benivole, humiliterque receperunt et obedierunt; finitis itaque negotiis Sacre Maiestatis V. mox e medio illorum dominorum reverendus dominus Franciscus episcopus Segniensis exurgens, litteras Maiestatis V. legendas obtulit, que cum fuissent lecte, dixit: Domini Spectabiles et Magnifici, Egregii, totaque universitas Nobilium, qui nunc hic presentes ad fidelitatem Sacre Maiestatis convenistis, fui etenim superioribus diebus apud Regiam Maiestatem, ibi inter cetera me Hyeronimus de Klyzio apud suam Maiestatem detulit, quod ego, dum nuncius fuissem preterito anno huc in Sclavoniam et Croatiam, regna sue Maiestatis, ut ego fideles sue Maiestatis corroborare et firmare ad fidelitatem suam debuissem, aliosque, qui alterius

partis erant, attrahere et pellicere, et quod ego talia non fecissem, sed potius disvasissem, impedivissemque, contrarium procurando et in aliam opinionem ducendo; querendo igitur ab omnibus illis, si talia dixissem: ideo Dominationes Vestre nunc fateantur et dicant. Assurrexit spectabilis ac magnificus Stephanus Blagay dicens: ego nolo nec penes te, nec penes alium fateri; alii vero domini regnicole siluerunt, nec verbum dixerunt. Et cum ista fierent, monuit me dictus dominus episcopus Segniensis, quod iterum monerem ipsos: si *(egy szó kiszakadt)* contra ipsum haberent dicere et fateri. Eapropter quod et feci, rursus siluerunt. Silentio prolongato quidam nobilis vir, Georgius Pyzacz, iudex nobilium comitatus Zagrabiensis dixit: Domine Episcope, ego nullum inconveniens scio de Dominatione V. R. Et ita iuxta fidelitatem meam, quam debeo S. Maiestati V. hec scripsi, me et servitia mea humiliter offerendo, commendandoque. Datum feria quinta in festo beatorum Johannis et Pauli Martyrum anno Domini millesimo quingentesimo trigesimo tertio.

Eiusdem S. Maiestatis V.

humillimus servitor

Petrus Keglewych,

Regnorum Croatie et Sclavonie Locumtenens.

(Ezalatt glagolit betűkkel még egy más aláírás.)

Kívül: Serenissimo Principi et Domino Domino Ferdinando Romanorum, Hungarie et Bohemie Regi, Infanti Hispaniorum, Archiduci Austrie etc. Domino sibi semper clementissimo.

Egy kiterjesztett ív papir egyik oldalán, veresviasz zárópecsét nyomaival. — *Bécsi cs. és kir. házi stb. levéltár: Hungarica. 1533. Juni. 48.*

Közli: Bunyitay Vincze.

227.

Várad, 1533 június 28.

Honterus János értesíti Melczer András kassai grammatikust, hogy Szent-László ünnepén szerencsésen megérkezett Váradra. Brassóból senki sem volt a vásáron. Kolozsvári fuvarossal holnap fog Erdélybe indulni. Váradon a törököktől félnek, a kikről némelyek azt állítják, hogy már Szegeden vannak. A püspök (Czibak Imre) naponkint felhivatja a fegyverfoghatókat, hogy készen legyenek. Egyéb újságot nem hallott. Köszönti Fridericus András tanítót.

Pax. Festo divi Ladislai feliciter Varadinum perveni, per Sixtiam iter fecimus, viam habuimus satis pacatam et tranquillam, telonia quinque tantum. Ex Corona nemo adfuit in nundinis. Clausen-

burgensem vectorem conduxi, qui postridie huius diei, que erit Petri et Pauli, abiturus est, spero me gratia Dei in omnibus voti compotem futurum. Comites duos ex Cassovia Transylvanos habui, quorum alter mecum in mediam Transylvaniam proficiscetur. Domina Catarina omnem humanitatem mihi exhibuit, aureum unum pro vectura et impensis eidem dedi, quamvis plura petierit. Dominatio vestra meo nomine ei gratias agat et commendatam habeat. Si quid est, in quo dominationi vestre operam meam prestare possim, scriptis tantum significet, et diligenter curabitur. Varadienses Turcas timent, quos nonnulli iam asserunt in Segedino esse. Episcopus quottidie semel atque iterum hic proclamare facit, ut omnes, qui arma ferre possunt, quacunque hora necessitas postulaverit, in armis presto sint, ni faciant, gravissimam penam executurus. Preterea nihil est novi, quod a quoquam intelligere potui. Ista, precor, dominatio vestra ceteris amicis nostris indicet, quoniam tempus vix patitur me pauca paucis scribere; si deus requiem dederit ab his molestissimis difficultatibus, non immemor ero officii mei. Littere d. vestre mihi semper erunt venerabiles et gratissime. Dominum Andream Fridericum ludimagistrum ex me plurimum d. vestra salvere iubeat, et feliciter valeat. Ex Varadino. Anno MD.XXXIII.

Joannes Honterus Coronensis.

Kívül: Prestantissimo domino Magistro Andree Melczer Grammatico Cassoviensi, amico observando. 1533.

Eredetije Dr. *Fraknói* V. birtokában. — Közölte *Fabritius Károly,* Archiv für Siebenb. Landeskunde. Neue Folge. XI. 452. l.

228.

Pozsony, 1533 június 30.

Szalaházy Tamás egri püspök értesíti Oláh Miklóst dunántúli egyházi javadalmai állapotáról.

— — — Quod ad res privatas Dominationis Vestrae pertinet, effecimus nuper, ut d. Valentinus Therek pollicitus fuerit sese bona D. V. restituturum. Ad alios quoque mandatum regiae Maiestatis expedivimus; quid sequutum sit, ex litteris magistri Joannis Czegledini D. V. cognoscet. Apud Hieronymum Horwath de Wason perfici poterat, ut bona, quae possidet, remisisset; verum si id fecisset, castellani de Thiconio ea occupassent; quemadmodum

fecerunt nuper de bonis capituli ecclesiae nostrae Vesprimiensis, quae d. Ladislaus More remiserat. Si is erit rerum status, ut recipi bona absque incommodo Dominationis Vestrae poterunt, cogetur Hieronymus remittere ea, sin minus, de proventibus satisfacere debebit. Ad promotionem D. V. quod praestare poterimus, ex animo praestabimus, quamprimum occasio data fuerit. Interim etiam non omittemus Dominationem Vestram regiae Maiestati commendare, quemadmodum optime meretur. Nova in praesentia nulla sunt... Posonii ultima Junii 1533.

Oláh Miklós levelezése. 384.

229.

Buda, 1533 július 5.

Frangepán Ferencz kalocsai érsek kéri VII. Kelemen pápát, küldjön alkalmas követet János királyhoz, ki őt és a pártján levő magyarokat a pápával kiengesztelje. Ezzel a szentszék tekintélye helyreállna, a kinevezett püspökök megerősítésüket kérnék, a lutheranismus ellen védekezni lehetne. Maga részére azt kéri, hogy a béke létrejöttével előbbi állapotára visszatérhessen.

Beatissimo in Christo Patri et Domino, Domino Clementi VII. Sacrosancte Romane et Universalis Ecclesie Summo Pontifici, Domino meo Clementissimo.

Beatissime Pater et Domine, Domine Clementissime. Post pedum beatorum oscula et servitutis mee humilem commendationem. Si non me et observantia in sanctam Sedem Apostolicam et obsequium perpetuum in Vestram Sanctitatem movissent, tacuissem utique, nec tam temerarium opus aggrederer. Ceterum ea, que dixi, me nedum moverunt, verum et impulerunt, ut Vestre Sanctitati aliqua de hiis, que hic aguntur, scriberem. Cui supplico, velit in eam partem accipere ea, que a me Vestre Sanctitati scribuntur et scribentur in posterum, in quam a me scribuntur et scribentur. Quali iniuria superioribus annis affectus sit Sermus dominus meus, dnus Joannes Hungarie Rex a Vestra Sanctitate et Sede Apostolica, omnibus notum est, quod factum, licet illi, qui fuerunt dediti Sanctitati Vestre ad latus sue Maiestatis, suaserunt processisse magis ex adversariorum impulsu et temporum statu, quam ex Vestre Sanctitatis animo deliberato: tamen in totum ita persuadere non potuerunt, quin sua Maiestas non gravi et molesto animo ferret, regem et regnum optime de christiana republica meritum, sancte Sedis Apostolice amicissimum et observantissimum (nam et tunc multo

maiorem partem regni possedit et in presentia possidet), inimicorum furori Vestram Sanctitatem subiecisse, et nunquam neque litteris neque nunciis suis se vel excusasse, vel aliquo modo sue Maiestati satisfecisse. Cum tamen nunc instet tempus pacis et concordie, in dies enim expectantur ex Constantinopoli a cesare Thurcarum (ad quem Sermus dnus Romanorum rex totum negocium regni Hungarie tanquam ad arbitrum reiecit) littere, que omnes articulos pacis continebunt: monerem humiliter Sanctitatem Vestram, vellet, antequam saltem Vestra Sanctitas haberet nova certa de pace, mittere huc ad hunc Regem virum gravem alicuius conditionis nuncium suum (ne sua Maiestas crederet in totum pendere Vestram Sanctitatem ex suis adversariis), qui bonis et paternis verbis demulceret animum sue Maiestatis et induceret ad filialem amorem et observantiam. Nec in hoc Sanctitas Vestra faceret cuiquam iniuriam, quia Sanctitas Vestra non est pater unius regis vel duorum, sed omnium equaliter, et maxime in licitis et honestis, et presertim cum per adventum nuncii Sanctitatis Vestre neque accedat neque decedat sue Maiestati de regno, transierunt enim tempora illa. Accedet tamen multum et Vestre Sanctitati et Sedi Apostolice, quia autoritas Vestre Sanctitatis, que nunc pene nulla est hic, reviviscet: habet enim Sanctitas Vestra servitores sinceros (paucos tamen), qui hanc rem sincere promovebunt; cum enim viderit Rex meus et Hungari partem suam sequentes (qui multo plures sunt adversariis) Sanctitatem Vestram curam de eorum salute gerere et se paterno amore a Vestra Sanctitate prosequi, sicut a predecessoribus Vestre Sanctitatis olim prosequebantur, et ipsi viceversa erga Vestram Sanctitatem et Sedem Apostolicam hii essent, qui fuerant. Nunc hic per donationem Maiestatis Regie, domini mei, libere possidetur Archiepiscopatus Colocensis (in ea parte, in qua non est destructus per Thurcas), Episcopatus Transilvanus, Waradiensis, Quinqueecclesiensis, Waciensis, Chanadiensis, Boznensis, et omnia ista sacerdotia vacant per mortem, et tamen nullus petit a Sede Apostolica confirmari, non aliam ob causam, nisi quia vident Sanctitatem Vestram e memoria sustulisse et regem nostrum et nos. Quale autem incommodum sit, tot ecclesias legitimis vacare Pastoribus, Vestre Sanctitatis prudentissimo iudicio committo. Reges, Beatissime Pater, nolunt nunc regi, ut olim Theodosius, et quando vident se contemni, irritantur potius, quam emendantur, et ex hiis nihil sequitur, nisi Apostolice Sedis diminutio et contemptus, qui presertim in hoc regno et hoc tempore non deberet admitti: immo potius cum ex una parte habeamus Thurcas, ex alia Lutheranos,

deberent Hungari, qui dure cervicis sunt, omnibus blandimentis unacum Principe eorum in officio contineri; facilius est enim hominem preservare, ne incidat in morbum, quam cum inciderit, relevare. Hec, ut supplicavi, iterum supplico, ut eo animo legantur, quo scripta sunt. Preterea, ego hucusque hic fui in servitiis Christi et huius regni, quibus periculis me obiectaverim, quidve serviverim, taceo, cum pax Dei optimi et Thurcarum cesaris voluntate iam in procinctu est: supplico Sanctitati V., velit et ad Sermum meum regem litteras dare et ad me, in quibus et Maiestatem suam Sanctitas Vestra rogatam haberet, ut me dimitteret, et mihi preciperet, ut illico Dei benignitate confecta pace redire deberem ad prioris vite institutum: nam multe sunt cause, ob quas vix diutius hic manere potero. Et in hoc prostratus supplico Vestre Sanctitati, offerens me paratum orare, quoad vivam pro Vestra Sanctitate et sancta Sede Apostolica, in cuius gremio et vivere et mori cupio et volo. Et cum hiis me Sanctitati Vestre humillime commendo: Quam Deus Optimus Maximus sanam et felicissimam conservet ad multa tempora. Bude 5. Julii 1533.

Eiusdem Vestre Sanctitatis

deditissimum mancipium

Fr. Franciscus de Frangepane ss. (?)

Theiner, Vetera monum. Slavorum merid. I. 622.

230.

Ipolyság, 1533 július 12.

Várday Pál esztergomi érsek Fegyverneky Ferencz sági és András esztergomi prépostot Körmöczbánya vallási állapotának megvizsgálására küldi.

Prudentes et circumspecti domini, amici nobis honorandi, faelicitatem et promptam in omnibus complacendi voluntatem. Cura et sollicitudine officii nostri pastoralis atque etiam iussu et voluntate sacratissime Regie Maiestatis, domini nostri clementissimi id a nobis exigentibus, misimus ad Amicitias vestras hos reverendos fratres nostros, Franciscum, beatissimę Marię virginis de Saag ordinis Premonstratensium, et Andream doctorem, comitem et prothonotarium Apostolicum, nostre Metropolitane Strigoniensis ecclesiarum prepositos, qui presentes eisdem reddent, in rebus et negotiis quibusdam, sacrosanctam et orthodoxam fidem nostram catholicam, salutemque animarum vestrarum contingentibus, eisdem nomine nostro fusius explicandis. Hortamur itaque Amicitias vestras ex

animo, velint verbis eorundem fratrum nostrorum plenam et indubiam fidem adhibere, ac ea, quae per easdem ad laudem, gloriam et honorem divine Maiestatis sacroquesancte ecclesie sue exaltationem ac incrementa fidei nostre christiane, salutisque animarum vestrarum, nomine nostro, quin potius prefate sacratissime Regie Maiestatis fieri voluerint, prona et alacri voluntate amplecti, et, ut veros, synceros, et indubitatos Christifideles addecet, primo quoque tempore debite exequutioni demandare. Quas feliciter ad vota valere optamus, Ex oppido Saag, XII Julii M. D. XXXIII.

Paulus m. p.
Archiepiscopus Strigoniensis.

Eredetije Körmöczbánya város levéltárában. Fasc. 1. Nr. 38.
Közli: Dr. Timon Ákos.

231.

Drégely, 1533 július 12.

Várday Pál esztergomi érsek Fegyverneky Ferencz sági és András esztergomi prépostot Beszterczebánya vallási állapotának megvizsgálására küldi.

Prudentes et circumspecti domini amici nobis honorandi, salutem et nostri commendationem. Cura et sollicitudine officii nostri pastoralis etc. *Szóról-szóra egyezik az előző levéllel, csupán a keltezés helye itt:* Ex oppido nostro Dregel, XII die Mensis Julii M. D. XXXIII.

Paulus m. p.
Archiepiscopus Strigoniensis.

Eredetije Beszterczebánya város levéltárában. Fasc. 316. Nr. 24.
Közli: Dr. Timon Ákos.

232.

Bécs, 1533 július 15.

Faber János bécsi püspök jelentése Ferdinánd királyhoz Dévai Mátyás háromszoros kihallgatásáról. Őszintén bevallja, hogy igyekezetei a fogolynak makacsságán teljes hajótörést szenvedtek; minélfogva azt ajánlja a királynak, hogy Dévait küldje vissza Magyarországba, a hol illetékes főpásztora — az egri püspök — a törvények értelmében bánjék el vele.

Allergnedigister Roemischer Kunig unnd Herr, demnach auff Ewer Roem. kun. Majst. bevelch Ich zum andern mol in Beiwesen etlicher Doctorn, Licenciaten unnd Briesterr den Lutherischen pfaffen, so aus Hungern alher presentiert worden, examiniert hab,

laut der Relation Ewer kun. Majst. vberantwurt, hab Ich auff den leczten Ratschlag denselbigen Briesterr, auff hiebeiligende Articl, abermal in beysein vyler personen examiniert, vnnd wie vor allerley Im gesagt auch vndersagt, ermanet vnnd furgebracht, von Ime die Responsien, auch laut beyligender copey nit anders bekomen mögen, vnnd wiewol etlichs durch meinen official, so Licenciatus vnnd ein Notarius ist, auffgeschriben, so hat sich doch vyl Inred vnnd gegen Red darzwischen aus der geschrifft auch sonst zuegetragen, das hierjn nit geschriben. Er ist vber seinen Herrn Bischoff vnnd Ordinarium dominum Agriensem gancz verpittert, nennet In ainen Tyrannum etc. vnnd hat wenig gnad zuwiderkern, bleibet pertinax in vil Stucken, vnnd zu besorgen, wo es Im muglich, Er wurde in seinen Heresibus fürfarn. Dieweil Ich nun dreymol sampt andern gehandlet vnnd sein salutem gesuecht, Er mir vnnd meiner jurisdiction nit zuegehert, vnnd Ich sonst vonwegen der Religion odia vnnd auffsecz meines achtens gnueg auff mich geladenn: acht Ich kains wegs zuraten, das hie weiter wider In procediert vnnd exequiert werde; hierumb ist mein vnderthenigist Bit vnnd Ratt, Ew. kun. Majst. wolle denselben seinem Ordinario zueschicken, Im beuelhen, das Er iustitiam thue. So dan Ew. Roem. kun. Majst. mir aufflegt, das Ich die Acta darmit vnnd darneben auch schicken vnnd einschliessen sol, bin ich solichs zu thun gancz willig vnnd genaigt. Alain dieweil allerley volck, fere de omni natione, que sub celo est, hie ist, ainer nit gesinnet vnnd genaigt wie der anderr, vnnd dan Ich mit hoechstem vleiss, so vyl mir imer muglich, den Schwurwel der vilfaltigen Keczerienn, so Ich hie gefunden, gestilt, das durch dise person vnnd Handlung nit von newen dingen, hin vnnd heer fragens, disputierens, vnnd dergleichen sachen erweckt werden, wie mir dan nit zweifflet Ewer. Roem. kun. Majst. als der hochuerstendigist selber bedencken vnnd newem Schwurwel, so die Ketzer vnnd Schwermer woll auff vnnd anrichten kunnen, faerkomen kundt vnnd gnediglich abstellen werde. In summa sein Handgeschrift Lutherisch, Zwinglisch, Buczerisch vnnd andere Buecher, so hinder im gefunden, sein ain anczaigung vyles giffts, so er zu Wittemberg gesogen.

Ewr Roem. Kuen. Majestät

underthenigister Caplan

Johann,

Bischoue zu Wienn.

Eredetije a bécsi állami levéltárban. Ung. Acten. 1533. Közölte: *Fraknói* Vilmos, Történelmi Tár 1880. évf. 6—7. l. — *A jelentés hátlapján a következő kabineti jegyzet olvas-*

ható: «Agriensi zu schreiben, dass S. Majestät Im den briester zueschickhen, dann weil derselbe seinem Bistumb unterworffen, hab S. Maj. Im kein eingriff wollen thun; hab demnach zuvor examination lassen halten, was sein mainung ist, und Er aus den schrifften, so Im S. Maj. schickhen, vernemen. Et dominus episcopus Viennensis debet adiungere omnem informationem sue tractationis cum sacerdote et eiusdem confessiones». (Tört. Tár id. évf. 2. l.)

233.

Bécs, 1533 július 15.

A Dévai Mátyás ellen intézett vizsgálat alkalmával, a bécsi püspök által formulázott kérdőpontok.

Articvli Inqvisitorii contra et adversus quendam Mathiam, olim concionatorem Cassoviensem, presbyterum apostatam, super quibus simpliciter sine ambagibus medio iuramenti respondere debet per verbum credit, vel non credit.

1. Primo etsi Lutherus velut haereticus evitandus ab omnibus, illiusque perversa dogmata dudum a faelicis recordationis Leone Papa Decimo, una cum eiusdem libris, libellis et tractatibus condemnata sint, nihilominus idem Mathias se se Vittenbergam contulit, atque illic Lutheri et Lutheranorum praedicationes audivit ac lectiones, et cum eisdem haereticis consuetudinem conversationemque habuit.

2. Item ex eorundem praedicationibus ac lectionibus damnatas haereses et perversa dogmata suxit et didicit.

3. Item eisdem praeceptoribus usus ac seductus in varias et diversas haereses, non tantum a summis pontificibus et sanctis conciliis damnatas, sed etiam ab ecclesia catholica nunquam receptas incidit ac easdem docuit.

4. Item negat atque negavit septem esse sacramenta.

5. Item inuocationem ac intercessionem divae virginis Mariae ac sanctorum negat.

6. Item docuit utriusque speciei communionem ad salutem esse necessariam.

7. Item tenuit ac tenet post verba consecrationis etiam in sacramento altaris esse et remanere substantiam panis et vini.

8. Item tenuit ac tenet beatissimam virginem Mariam nihil plus apud Deum posse quam aliquem alium, et hanc fuisse mulierem similem aliis.

9. Item tenuit ac tenet eucharistiam in missa non esse oblationem.

10. Item docuit missam in quacunque magna ecclesia non debere celebrari, nisi unam in hebdomada.

11. Item missam iuxta morem et ritum ecclesiae Romanae, a reditu ex Vittenberga, licet esset sacerdos, celebrare non voluit, imo eandem missam contempsit.

12. Item docuit venerationem reliquiarum, processiones, stationes et peregrinationes esse meras stultitias, nec quicquam prodesse ad salutem.

13. Item ieiunia ab ecclesia instituta ac etiam abstinentiam a carnibus, quadragesimali, ac etiam certis aliis temporibus contempsit ac vilipendit.

14. Item festa sanctorum esse supervacanea, nec teneri quemquam ad observationem eorum.

15. Item purgatorium dicit esse nullum.

16. Item confessionem sacramentalem presbytero facere non oportere, neque necesse esse affirmavit.

17. Item tenuit ac tenet opera qualiacumque nihil ad salutem prodesse, sed sola fide iustificari hominem.

18. Item Hieronimum ac caeteros ecclesiae doctores praecipuos verbis contumeliosis affecit.

19. Item sacerdotium novae legis in ecclesia Dei negavit propterea presbyteratum (quem semel benedictione episcopali suscepit) abnegavit, asserens laicos aeque sacerdotes esse, quemadmodum ipse sit.

20. Item, quod presbyteri non teneantur dicere canonicas horas quas nec ipse aliquot annis unquam dixit.

21. Item, quod religiosis et presbyteris non praedicantibus nullae decimae vel eleemosinae dari debeant.

22. Item oleum extremae unctionis nihil valere docuit.

23. Item tenuit ac tenet eum consecrare posse, qui fuerit electus ab aliqua congregatione Christifidelium.

24. Item, quod etiam diaconus conficere et consecrare possit eucharistiae sacramentum.

25. Item tenet, quod etiam mulieres possint predicare et ministrare sacramentum.

26. Item in homine negat liberum arbitrium.

Egykorú irat a bécsi állami levéltárban. Közölte: *Fraknói* Vilmos a Történelmi Tár 1880. évfolyamában, 7—8 ll.

234.

Bécs, 1533 július 15.

Dévai Mátyás feleletei a kérdőpontokra.

Anno 1533. die Martis, decimaquinta mensis Julii, reverendissimus dominus Viennensis constitutus in monasterio Augustinensi, cum Mathia praedicatore Cassoviensi egit, ut responderet articulis sibi obiiciendis per verbum Credit vel Non credit, praesentibus domino doctore Wurgell, domino Joanne, domino Conrado Mayr, domino plebano in Attekrim, Andrea Wagner.

Responsio Mathiae super articulis sibi obiectis ex commissione regiae Maiestatis.

I. Super primo articulo incipiendo: Primo et si Lutherus: fatetur articulum.

II. Super secundo dicit, se lectiones ac praedicationes audivisse.

III. Super tertio articulo examinatus dicit, se non eorum dogmata, sed sacram scripturam docuisse.

IV. Super quarto articulo examinatus: Non credit septem sacramenta.

V. Super quinto examinatus, dicit se non negare, sed sacram scripturam negare.

VI. Super sexto articulo respondit, ad fidem confirmationis et consolationis nostrae, utriusque speciëi communionem esse necessariam.

VII. Super septimo articulo examinatus: Credit articulum verum.

VIII. Super octavo articulo examinatus negat intercessionem beatae Mariae virginis, sed diffitetur, se praedicasse eam peccatricem actuali peccato, aut similem aliis mulieribus, tamen tenet eam esse conceptam in peccato originali, sicut alios sanctos.

IX. Super nono articulo examinatus: Credit eucharistiam esse sacrificium eucharisticum, non tamen satisfactorium neque propiciatorium.

X. Super decimo articulo fatetur, se locutum fuisse contra multitudinem missarum.

XI. Super undecimo articulo examinatus dicit, se aliquando celebrasse, sed post reditum a Vittenberga non celebrasse, quia non erat vocatus ad ministranda sacramenta, propterea noluit celebrare.

XII. Super duodecimo articulo examinatus fatetur, se predicasse eas non valere.

XIII. Super tredecimo articulo examinatus fatetur se praedicasse libertatem, sed non abusum propter infirmos.

XIV. Super XIV. articulo fatetur se praedicasse contra multitudinem festorum, et hoc propterea, quod multa mala in eis peragantur.

XV. Super XV. articulo: Non credit Purgatorium in hac vita.

XVI. Super XVI. articulo. Dicit quod unusquisque Christianus, etiam mulieres, possint audire confessiones, tamen in ecclesia debet postea eligi idoneus, cui confiteatur postea homo ad recipiendam consolationem, et eam esse necessariam ad salutem. Deficiente vero sacerdote, quod illa possit fieri unicuique tandem Christiano, etiam mulieri, tempore necessitatis.

XVII. Super 17. articulo dicit, quod coram Deo sola fides iustificet, fiduciam operum excludit a causa iustificationis, non ab effectu.

XVIII. Super XVIII. articulo: Non credit.

XIX. Super XIX. articulo dicit, quod ad officia orationis, praedicationis et sacrificii omnes Christiani sint sacerdotes, sed in ecclesia nemo praesumat hanc provinciam, nisi vocatus.

XX. Super 20. articulo: Negat ut ponitur, sed praedicavit, quod debeant legere scripturas sacras et non inutiliter tempus perdere in horarum canonicarum recitationibus, quae nec illis, nec aliis prosint; fatendo se horas canonicas non orasse propter defectum oculorum, et lectionem sacrarum litterarum.

XXI. Super 21. articulo, negat eum.

XXII. Super 22. articulo, Credit articulum verum.

XXIII. Super 23. fatetur.

XXIV. Super 24. articulo, non ponit differentiam inter diaconum et presbyterum.

XXV. Super 25. articulo, quod sic tempore non aliter credit.

XXVI. Super 26. articulo, sic negat liberum arbitrium, quemadmodum Augustinus libro 3. hypognosticorum; fatetur enim liberum arbitrium erga praecepta, quae sunt in secunda tabula Moysis, sed negat liberum arbitrium in praeceptis primae tabulae.

Egykorú írat a bécsi állami levéltárban. Közölte: *Fraknói* Vilmos a Történelmi Tár 1880. évfolyamának 8—10. lapjain.

235.

Buda, 1533 július 19.

Bácsy Ferencz Zápolya-párti szepesi prépost helytartójául Leudisicz György szepesi kanonokot és késmárki plébánost rendeli.

Franciscus de Bachya praepositus Scepusiensis, secretarius serenissimi domini, D. Joannis, Dei gratia regis Hung. etc., universis et singulis, lectori, cantori ac aliis dignitatibus et canonicis, item plebanis, rectoribus altarium, ceterisque personis ecclesiasticis ad praepostituram S. Martini ecclesiae Scepusiensis pertinentibus. — Quam multae calamitates et ruinae per has procellas bellicas, quae in hoc regno Hungariae his retro annis propter perniciosas infidelium Maiestatis regiae, domini nostri clementissimi, factiones non solum in facultatibus vestris, sed etiam in rebus divinis et usque adeo in administratione iuris et iustitiae consequutae sint, omnibus vobis sunt manifestae. Certe pro mea virili, posteaquam praepositura Scepusiensis propter immanem et ignominiosam proditionem atque ingratitudinem erga eundem serenissimum principem mihi fuit collata: fui saepe conatus obviam ire et vos negotiaque vestra, si quae per haec tempora turbulenta iudicanda emersissent, alicuius boni viri ministerio committere; sed expectabam, quo hae dissensiones sedarentur et aliqua futurae pacis spes effulgeret, ut solus ipse vera vobiscum de hac re tractare possem. Sed quoniam Deus altissimus ex sua immensa pietate id, quod tantopere expectabamus, misertus conditionis afflictorum suorum, iam nobis elargitus est, paxque certissima inter hos principes conclusa esse nuncietur: non putamus esse differendum, praesertim quum intelligamus adversarium nostrum nihil ex suae naturae artibus praetermittere et multa mala, quorum est artifex, ut vos in vera fide honestoque officio vestro pessumdet, quotidie inter vos spargere; decrevi interim honorabilem dominum Georgium Lewdisicz, canonicum ecclesiae Scepusiensis et plebanum civitatis Kesmark, de cuius eruditione et virtutibus multi amicorum mihi praedicarunt, in vicarium meum constituere, quo interim illis defectibus, qui inter vos emergunt vel fortassis superioribus temporibus emersissent, iuridice medeatur et disponat: prout eundem D. Georgium in vicarium meum et locumtenentem constituo vobisque in rebus et negotiis, quae ad vicarii officia pertinent, audiendum praesento. Quare dominationibus et fraternitatibus vestris et vestrum cuilibet harum serie

committo — — Datum Budae, sabbato proximo post festum divisionis Apostolorum, anno Domini MDXXXIII.

Wagner, Analecta Scepus. I. 374. *Katona,* XX. 885.

236.

Bécs, 1533 július 23.

Ferdinánd király értesíti korlátnokát, az egri püspököt, hogy a Luther tévedéseit hirdető pap, kit Kassáról Pozsonyba, onnan ide (Bécsbe) hoztak volt, fogságából megszökött; meghagyja tehát, hogy maga is szorgalmasan járjon el tartózkodási helyének kifürkészésében, valamint abban is, hogy ott, a hol megtalálják, fogják el és tartsák fogva a további intézkedésig.

Agriensi. Ferdinandus. Reverende devote, fidelis dilecte. Sacerdos ille Lutherismi reus ex civitate nostra Cassoviensi Posonium (ut nosti), indeque huc adductus, carcere, quo servabatur, evasit, qui cum, ut etiamnum intelligere potuimus, Cassoviensium aliquorum ope et ministerio in hoc eius effugio potissimum adiutus esse videatur et ut opinandum est, vel ad Cassoviam ipsam vel circa forte redire possit, quamvis in toto eo, quod sic admissum est, certius aliquanto perquirendo, maiorem curam simus adhibituri: tue propterea fidelitati committimus, ut de eo tu quoque diligentiam et inquisitionem habere velis, ut vel eo loci vel ubi, ubi pervestigetur ac deprehensus et captus asservetur, te quod nobis latius ea de re notificabitur, dehinc etiam admonituri. Datum Vienne 23. Julii 1533.

Fogalmazat egy félív papir egyik oldalán. — *Bécsi cs. és kir. házi stb. levéltár: Hungarica. 1533. Jul. Nr. 83.* (Nyomtatásban kiadta *Fraknói* Vilmos a Történelmi Tárban. 1880. évf. 2. l.)

Közli: Bunyitay Vincze.

237.

Bécs, 1533 július 25.

Ferdinánd király meghagyja az esztergomi prépostnak és káptalannak, hogy Mruck János királyi ellenőrnek visszatartott tizedét és egyéb jövedelmeit adják ki.

Lascano. Ferdinandus etc. Egregie, Fidelis, Dilecte. Per alias nostras litteras venerabilibus, devotis, nobis dilectis preposito et capitulo Metropolitane Ecclesie Strigoniensis commisimus, ut egregio

fideli nobis dilecto Johanni Mruck contrascribe nostro alias Strigonii proventus, quibus eum, dum in servitiis nostris ageret et in computo reddendo hic occuparetur, privaverat, statim redderet. Hos autem cum non modo sibi nondum redditos, verum etiam eundem huius anni decimis mensalibus et aliis proventibus in nostri contemptum et vilipendium et supplicantis illius gravamen non modicum ultra hoc privatum esse cognoverimus, eidem vero Capitulo postremis litteris nostris significaverimus, nisi proventus ablatos supplicanti restituant, nos omnino curaturos, ut ex theloneo Strigoniensi contentetur, nec hoc etiam veriti, suo potius animo contumaciter obsequentes, nos per hoc ad debitum remedium iis adhibendum adegerint, tibi propterea seriose et districte precipiendo committimus et mandamus, ut mox receptis presentibus eundem Johannem Mruck vel procuratorem suum legitimum de omnibus et singulis proventibus sibi ab eodem Capitulo, ut prefertur, debitis et non solutis plene et integre ac cum effectu contentum efficias, auctoritate Regia tibi in hac parte attributa et concessa, in contrarium non obstantibus quibuscunque, nostram in eo seriosam pariter et expressam executurus voluntatem. Datum Vienne 25 Julii 1533.

Fogalmazat egy félív papir egyik oldalán. — *Bécsi cs. és kir. házi stb. levéltár: Hungarica. 1533. Jul. 85.*

Közli: Bunyitay Vincze.

238.

Eger, 1533 július 31.

Csábi István, az egri püspökség jövedelmeinek kezelője Serédi Gáspárhoz intézett levelében azon vita eldöntésére, a mely köztük az egri egyház és vár jövedelmei felett keletkezett, öt tagból álló általuk választandó biróságnak fölkérését indítványozza; vagy ha ez nem tetszenék, döntsenek az Esztergomban választandó biztosok.

Magnifice Domine, Amice Honorande, salutem et amicitiam. Litteras Dominationis Vestre accepi, in quibus scribit Eadem, articulos Megerienses per me satis prolixe esse interpretatos, sed tamen in commodum meum. Sciat Dominatio Vestra, me de articulis ita scripsisse prolixe, tum ut Eadem animadverteret iuxta principum articulos, quatenus sibi in occupandis proventibus ecclesie et arcis huius progrediendum esset, tum vero, ut Dominatio Vestra cognosceret, me quoque, quemadmodum Eandem induciarum articulis niti et nolle extra prescriptum articulorum quicquam agere. Sed ut paucis inter nos agamus, si articulos ipsos ego ita, ut mihi videtur,

interpretabor, vicissim Dominatio Vestra pro sua sententia interpretabitur. Hoc pacto inter nos nullo modo conveniemus, sed si Eidem commodum fore visum fuerit, necesse est ad interpretandam sententiam articulorum magistros interpretes adhiberi, qui verum ac germanum sensum articulorum interpretandorum deliberent, proventus illi in utram partem debeant iuxta continentiam articulorum percipi? Quod hoc pacto fiet commode, si et ego hinc duos probos et peritos homines, similiter et Dominatio Vestra alteros duos probos et peritos et preter hos unum selegerimus, quem superintendentem appellare consueverunt, ut sint quinque. Et quocunque modo isti quinque selecti homines sententiam articulorum deliberaverint pronuntiaverintque, equidem paratus sum in eo consistere. Hoc tamen adiecto, ut casu, quo quinque homines illi sententiam proferre nollent, tres eorum nihilominus proferre possint. Quod si autem Dominationi Vestre hoc minus placuerit, domini commissarii, qui Strigonii constituentur, decernant, utrum decime et proventus ecclesie per me secundum articulos aut vero per Dominationem vestram sint recolligende. Quemadmodum autem promisi, utcunque domini comissarii adinvenerint, paratus sum me illorum sententie in omnibus accommodare. Nam illorum deliberatio postea mihi apud Dominum meum gratiosissimum loco iuste excusationis erit. Ego vero decimatoribus meis commisi, et coram et in litteris, ne ex decimis ipsi quicquam venumdarent, sed ut omne frumentum decimale in acervos congererent. Committat itaque et Dominatio Vestra suis, ut agant similiter. Quas postea is percipiat, cui aut selectorum hominum aut vero dominorum commissariorum sententia percipiendas decreverit. Quod autem Dominatio Vestra scribit, se brevi ad has partes venturum et mecum conventurum, posteaquam Ea redierit mecumque convenire voluerit, dummodo locus conveniendi sit idoneus, non recusabo cum Eadem convenire, ubi cum Eadem de statu fidei et cultu divino, qui hactenus hic ne in minima quidem hora est pretermissus, satis habunde poterimus inter nos tractare. Aut etiam si contingeret, nos non convenire, utrique nostrum non deerunt probi servitores, per quos ea, que optima et commoda erunt, inter nos deliberaremus. Valere Eandem feliciter optamus. Datum in arce Agriensi feria quinta in profesto Sancti Petri ad vincula, anno Domini 1533.

Stephanus de Chab,
proventuum episcopatus ecclesie
Agriensis Administrator.

Kívül: Magnifico Domino Gaspari Seredi partium superiorum Capitaneo etc. Domino et amico honorando.

Egy félív papir egyik oldalán, barnaviasz záró gyűrűpecséttel, melynek paizsán koronából növő alak vállain egy másik emberi alak áll, kinek fejét nyíl fúrja át; a paizs felett egyéb semmi, csak S C betűk. — *Bécsi cs. és kir. házi stb. levéltár: Hung. 1533. Jul. 90.*

Közli: BUNYITAY VINCZE.

239.

Buda, 1533 augusztus 1.

Brodarics István szerémi püspök VII. Kelemen pápát a lutheranismus terjedésére figyelmezteti és kéri, hogy a bajnak zsinat által vagy más módon útját állani igyekezzék.

Sanctissimo Domino nostro Clementi Septimo Pontifici Maximo Dno meo Clementissimo.

Beatissime Pater et Domine, Dne Clementissime. Servitutis meae humilem commendationem ad oscula pedum vestrae Sanctitatis beatorum. Non est opus me de statu horum regnorum multa ad V. S. scribere, cum omnia ex dominis Casaliis sit acceptura. Duae erant potissimum res in tota republica christiana difficiliores, pro quibus etiam Excellmus Carolus Imperator testatus est, se in publico Germaniae conventu Augustensi in Germaniam venisse: nostrae res Hungaricae, et dogma Lutheranum. Res nostrae ad quem statum sint deductae, vestra Sanctitas, út dixi, intelliget ex dominis Casaliis. Neque credo serenissimum regem Ferdinandum quicquam iam amplius moturum, sed hiis, quae sunt authoritate potentissimi Turcarum imperatoris, quem ipsemet sibi iudicem elegit, nobis iudicio fratris eius serenissimi contentis, decreta staturum, nisi velit funditus et se et sua omnia ruere, quam mentem Deus optimus illi adimat. Rebus igitur nostris compositis, restant negotia fidei ac religionis, ad quae componenda vestram Sanctitatem totis viribus adniti decet, nisi velit reliquum etiam christianum orbem paulatim a sacrosancta Sede Apostolica et a se deficere. Id enim futurum manifeste video, nisi vestra Sanctitas vel concilio faciendo, vel aliquo alio modo quamprimum subveniat. Iam scita Lutheri et eorum, qui eum sequuntur, sensim totam fere Hungariam pervadunt: in aliquibus vero locis, maxime serenissimo adhuc Ferdinando regi parentibus, coeperunt omnia iuxta illius dogma fieri et praedicari. Sacerdotes palam uxores ducunt, indulgentiae, dispensationes et alia huiusmodi, quae aliquando in pretio fuerunt,

contemptui habentur. Nec scimus nos, qui Sedis Apostolicae sumus observantes, quid ad talia respondere, vel quo pacto illorum opinionem refellere: nam si dicamus, sanctius esse et Deo acceptius sacerdotes (quod fere ubique fit) scorta quam uxores habere, ut longe turpiora taceantur, nescimus quam pie id asseverare possimus.

Non defuerunt superioribus mensibus, id quod mihi certo constat, qui nomine Sanctitatis vestrae indulgentias et dispensationes hic in Hungaria circumferrent, et non aliter, quam quaevis vilissimae merces vendi solent, nundinarentur, nostris talia non deridentibus solum, sed et palam detestantibus. Quidnam et istis respondeamus? cum iam omnibus sit illud in ore: Gratis accepistis, gratis date. Quodsi vim eis et incendia minemur, quod minus christianum, quid protinus ad haec recurrere? Principes etiam nostri non ita facile ad vim talibus inferendam induci possunt, quod et ipsi intelligere coeperunt, multa esse in usum christianum recepta, quae vel aboleri vel certe immutari deberent. Omnes intelligunt concilio esse opus et multarum rerum restauratione.

Taceo de hiis, quae de abusibus Sedis Romanae ubique praedicantur: omitto, quae de tanta beneficiorum, aliorum super alia congerie, de nulla animarum, sed tantum de proventuum et corporum cura iactantur. Praeterea neminem pene esse in toto christiano orbe antistitem in tot opulentissimis et Croesi divitias equantibus ecclesiis, qui verbum Dei, ad quod episcopi et sacerdotes sunt ordinati, doceat. Charta me deficeret, si vellem vel partem eorum, quae nobis et maxime Sedi Apostolicae obiiciuntur, recensere. Igitur amore Dei omnipotentis vestra Sanctitas cum suo Cardineo Senatu aliquam rationem inire velit alicuius medelae ad talia aliena ulcera sananda adhibendae, quae nisi antidoto quopiam quamprimum sanentur, erumpent, mihi crede, Beatissime Pater, nec ultra obducta teneri poterunt, vereor, ne cum totali divitiarum nostrarum ruina. Melius esset mea quidem et multorum bonorum, cum quibus ista soleo interdum mussitare, sententia, partem cedere volentes, quam ut totum nolentibus et invitis eripiatur. Quod Hungaria dogma Lutheri nondum palam receperit, V. S. et Sedes Apostolica nulli hoc debet, nisi nostro Serenissimo Principi et eius modestiae ac bonitati, qui licet a Sede Apostolica repudiatus et ab ea indignissime habitus, dat tamen operam, ne quid in regno suo innovetur: sed et ipse concilium suspirat. Vereor et illud, ne dum Sedes Apostolica differt, principes ipsi vel simul, vel quisque in suo regno concilium faciant: quod multi, et viri quidem catholici, non cessant

auribus principum assidue instillare. De hiis volui pro mea in Sedem Apostolicam fide ac devotione, in vestram autem Sanctitatem singulari observantia et animi deditissimi propensitate, vestram Sanctitatem humiliter admonere: quae, supplico, sicut proficiscuntur ex sincero, bono et christiano corde, ita boni aequique consulere dignetur. Et Sanctitatem Vestram Deus Opt. Max. diu salvam et incolumem conservet. Datae Budae die prima mensis Augusti Anno Domini M.D.XXXIII.

Eiusdem Vestrae Sanctitatis

Humillimus servulus et capellanus
Steph. Brodericus Sirmiensis.

Theiner, Vetera monum. Slavorum merid. historiam illustrantia I. 623.

240.

Beszterczebánya, 1533 augusztus elején.

«Antonius Philadelphus inn Newen Soll gottsdiner, wi woll unwirdig», írja Feller Miklós selmeczbányai jegyzőnek, hogy «der Her Mathias, Prediger zu Kyrchdroff und war gewesen predigens ordens, Wol redsam, beredt un erfaren man . . .» és ajánlja őt prédikátornak.

Antonius Philadelphus, predicator Neosoliensis, commendat Mathiam, predicatorem Szepes-Várallyensem ordinis s. Dominici desertorem pro praedicatore Schemniciensi.

Eredetije Selmeczbánya levéltárában XXV. fasc.

Közli: Dr. Karácsonyi János.

241.

Deés, 1532 augusztus 4.[1]

Deés város mészárosainak czéhmestere Szent-István király miséjének megtartására 8 aranyforintot és 5 font viaszkot köteles adni a tanácstól jóváhagyott szabályok szerint.

Senatus oppidi Deés promulgat statuta societatis lanionum Deesiensium, inter quae occurrit: «Item novus magister tenetur in paratis deponere ad celebraionem misse sancti Stephani regis octo florenos auri et quinque libras cerarum».

János király 1536-iki megesősítő leveléből. Ennek eredetije Deés város levéltárában 123. sz.

Közli: Dr. Karácsonyi János.

[1] Ez az adat tévedésből került az 1533. évi Emlékek közé.

242.

Bécs, 1533 augusztus 5.

Ferdinánd király az egri püspöknek azon levelére válaszolván, melyben ez Brodarics számára útlevelet kér, azt írja, hogy az útlevél kiadását követjeinek visszaérkezéseig el kell halasztania. Inti továbbá, hogy az elszökött lutheranus pap elfogatását segítse elő.

Agriensi. Ferdinandus. Reverende devote, fidelis dilecte. Binas tuas litteras de festo beate Anne et 28 huius accepimus, quarum alteris litteras passus Broderico dari petis, alteris vero ad nostras respondes, quas de Lutherano sacerdote tibi scripsimus.

Quod itaque ad Brodericum adtinet, ex certis rationabilibus causis animum nostrum moventibus, et presertim donec oratores nostri, quos in horas expectamus, ad nos redeant, negotium istud differendum duximus, interea de eo, quod superinde faciendum fuerit, deliberaturi.

Sacerdotem vero sic evasisse, non parum nos commovit, quem cum ut in multis aberrantem, nec redire volentem tibi, ut Ordinario, remittere decrevissemus, eius nimirum rei presagio monitus, aliquorum forte auxilio vincula rupit et aufugit; tuum ergo esto omnem in hoc ulteriorem adhibere diligentiam, ut si quo pacto fieri possit, comprehendatur; quod nostrum vero fuerit aut a nobis agendum esse videbitur, dehinc etiam fieri demandabimus. Quod te latere noluimus. Datum Vienne (*kitörülve:* ultima Julii) quinta Augusti 1533.

Fogalmazat egy félív papir egyik oldalán. — *Bécsi cs. és kir. házi stb. levéltár: Hung. 1533. Aug. 104.* — (A Dévaira vonatkozó részlet kiadva Történelmi Tár 1880. évf. 3. l.)

Közli: Bunyitay Vincze.

243.

Bécs, 1533 augusztus 10.

Ferdinánd király a soproni tanácstól lefoglalt szent-kereszt-oltárok igazgatóságait Pacsa János soproni plébánosnak és Nagyrévi Deák Andrásnak ajándékozza.

Ferdinandus divina favente clementia Romanorum, Hungarie, Bohemie etc. rex semper augustus, infans Hispaniarum, archidux Austrie etc. fidelibus nostris prudentibus et circumspectis iudici et iuratis civibus civitatis nostre Soproniensis salutem et gratiam. Quum nos proximis diebus certo intellexissemus vos nullo habito respectu salutis et anime vestre, sed potius sinistra quadam per-

suasione adductos rectoratus altarium, que per pios olim homines Domino in ista ecclesia vestra parochiali sub nomine sancte crucis fundata extitissent, mortuis quondam honorabilibus viris Udalrico Henndorffer et Thoma Raydinger rectoribus eorum legittimis, in prophanos usus convertisse domusque ac vineas pretio vendidisse. Suasit nobis tum ipsa equitas, tum devotio et pietas erga reliquos christianos, id vobis minime obaudire debere, neque pati, ut nostro tempore aboleantur, que antiquitus ad laudem Dei a piis hominibus sunt instituta. Contulimus igitur altaria ipsa fidelibus nostris, alterum honorabili magistro Joanni Pacha plebano vestro, alterum vero nobili Andree literato de Naghrew, viris idoneis et benemeritis committenda, ut accepta illorum possessione curent diligentissime divina officia iure altarium in dicta ecclesia vestra ad laudem et honorem Dei continuanda et in pristinum statum reducenda. Mandamus fidelitati vestre harum serie firmissime, ut acceptis presentibus iuxta contenta aliarum litterarum nostrarum donationalium prefatos magistrum Joannem Pacha plebanum et Andream literatum in dominium altarium sancte crucis, quantum vestra interest, introducere et admittere, domusque et vineas eorundem eisdem vel hominibus eorum venditione vestra non obstante possidenda relinquere, alia etiam omnia, que a fundatoribus altarium ipsorum sunt ordinata, eisdem dare et concedere debeatis et teneamini; iurisdictioni autem vestre, si quam in conferendum [dominium] altarium huiusmodi habetis, de cetero nullo unquam tempore obesse vel contrarium facere volumus. Ut hanc donationem in presentia fecerimus, cause prescripte nos admonuerunt. Secus nulla ratione facturi; presentibus perlectis exhibenti restitutis. Datum Vienne in festo beati Laurentii martyris, anno millesimo quingentesimo tricesimo tertio.

Ferdinandus. *Wylaky.*

Eredetije Sopron város levéltárában. S. L. f. IV. Nr. 319.

Közli: Dr. Karácsonyi János.

244.

Bécs, 1533 augusztus 10.

Ferdinánd király meghagyja Serédy Gáspárnak, hogy János leleszi prépostot Losonczy Antal és a Homonnay-testvérek támadásai ellen oltalmazza s neki Nagy-Kapost az egyházi szerekkel stb. együtt visszaadassa.

Ferdinandus — fideli nostro egregio Casparo Seredÿ partium regni nostri superiorum capitaneo salutem et gratiam. Cum nos

fidelem nostrum venerabilem Joannem praepositum ecclesiae de Lelesz, simul cum universis bonis rebusque ac iuribus possessionariis, ad ipsam ecclesiam pertinentibus, in nostram receperimus protectionem et tutelam specialem, viceque et in persona nostra tuae commiserimus protectioni et tuitioni speciali: committimus tibi harum serie firmiter, ut praefatum Joannem praepositum et bona dictae ecclesiae suae omnia, ubilibet in partibus istis superioribus habita, iustis ut puta et legitimis in rebus, contra omnes impetitores suos illegitimos: signanter vero adversus fidelem nostrum magnificum Antonium de Lossoncz ac Stephanum, Gabrielem Homonnaÿ, et alios fratres eorum, qui plerumque illi diversa nocumentorum genera inferre dicuntur, tueri et protegere; praeterea possessionem Nagy-Kapos vocatam, quam ipsi Homonnaÿ sub indiciis praesentibus circa dominicam Invocavit proxime praeteritam occupasse dicuntur, de manibus eorum excipere, simul cum rebus argenteis et sacris suppellectilibus, privilegiis etiam ac litteralibus instrumentis, pecudibusque, quae tempore occupationis huiusmodi ablata per eos fuissent, reddi et restitui facere debeas et tenearis, auctoritate praesentibus tibi in hac parte attributa et iustitia mediante. Datum Viennae in festo beati Laurentii martyris anno Domini millesimo quingentesimo tricesimo tertio.

Ferdinandus mp. *Vylaky mp.*

Kaprinai-kéziratgyüjtemény. 4. r. 62. köt. 380. l.

Közli: Dr. Rapaics Rajmond.

245.

Jászó, 1533 augusztus 24.

Péter jászai prépost és a konvent «honorabilis presbiter Petrus rector altaris sanctorum Andree et Benedicti martirum in ecclesia Colocensi fundati», Mihály kalocsai prépost meghatalmazottjának kérésére átírja Ferdinánd 1530 október 20-iki levelét.

Petrus Praepositus et conventus de Jászó ad preces Petri, rectoris altaris sanctorum Andree et Benedicti, in ecclesia Colocensi fundati atque Michaelis, praepositi Colocensis, delegati transsumit literas regis Ferdinandi 20-a Octobris a. 1530 emanatas.

Eredetije a vasvár-szombathelyi káptalan levéltárában. Litt. eccl. f. F. Nr. 12.

Közli: Dr. Karácsonyi János.

246.

Selmeczbánya, 1533 augusztus 31.[1]

A selmeczbányai tanács Philadelphus Antalnak köszöni a prédikátor keresésében tanusított közbenjárását és igéri, hogy a szepesvárallyai prédikátort, bár nem örömest, meghívja.

Nachdem nun wir durch E. Wir(digkeit) schreiben an unser stattschreyber gethan vornommen haben, wie der prediger von Kirchdroff darauff wartt, und die anderen der geferlickkeit des Leib besorgen, wer uns wol lieber, so wir einen khundten haben, der vor nitt ein Munich gewesen, dann einmall werden wir seinelt halben unangefochten oder unnoth gertt nitt sein, doch in ansehung der nott und des mengel des wortt Gottes, wollen wier ien auff ein versuechen annemen.

Eredetije Selmeczbánya város levéltárában. Fasc. XXV.

Közli: Dr. Karácsonyi János.

247.

Selmeczbánya, 1533 augusztus hó.

A selmeczbányai tanács köszöni Várday Pál esztergomi érseknek gondoskodását és utalva az érseki biztosok vizsgálatára, biztosítja az érseket, hogy őszinte keresztények maradnak.

Reverendissime in Christo presul, domine et patrone nobis semper gratiose. Post perpetuorum obsequiorum nostrorum commendationem.

Immortales Rme d. v. de sua singulari cura et sollicitudine, qua nos Eadem medio reverendorum dominorum Francisci beatissime virginis Marię de Saag et Andreę decretorum doctoris, comitis Palatini et Protonotarii Apostolici, Rmę D. V. metropolitanę Strigoniensis Ecclesiarum Prępositorum ex speciali officio pastorali[2] in assecutionem salutis nostrę prosequi dignata est, agimus laudes et gratias. Sumus et nos summo studio operam daturi, quo huiusmodi specialem erga nos innatam pietatem R. d. v. totis nostris conatibus possemus promereri. Cum tamen res et accusatio nostrarum re et facto longe aliter, quam sicuti et quemadmodum articuli nobis propositi demonstrabant, per pręfatos reverendos dominos prępositos, a quibus d. v. R. certitudinem rei latius diffusiusque intelligere dignabitur, hic in medio nostri est adinventa.[3] Proinde

[1] Az eredetiben tollhibából: 32. [2] Az eredetiben: pastoralis. [3] Az eredetiben: adinventum.

Rme d. v. tanquam domino et patrono nostro gratiosissimo supplicamus, nolit nos ulterius in hac re ficta adeo et sinistra suspectos habere, sed potius nos pro veris syncerisque et indubitatis, ut ab initio usque fuimus vitaque nobis comite esse volumus, Christifidelibus cognoscere dignetur. Quod summo opereque indefesso erga R. d. v. studebimus promereri. Quam Deus optimus maximusque per multa sęcula felicissimam et incolumem conservare dignetur. Cui nos obsequia nostra iterum atque iterum commendamus. Sempnicia 1533.[1] E. Rme d. v. subiectissimi

Iudex iuratique Civitatis Sempniciensis.

Kivül: Rmo in Christo patri et domino domino Paulo de Warda Archiepiscopo Strigoniensi, Primati Hungarię, Legato nato, sacrę Romanorum, Hungarię atque Bohemię Regię Maiestatis Summo Secretario et Cancellario.

Fogalmazvány Selmeczbánya város levéltárában. Fasc. XXV.

Közli: Dr. Karácsonyi János.

248.

Róma, 1533 szeptember 3.

VII. Kelemen pápa válasza Brodarics szerémi püspök aug. 1-i levelére.[2]

Venerabili fratri Stephano Broderico Episcopo Sirmiensi.

Clemens PP. VII. Venerabilis frater, salutem etc. .... Quae autem de haeresi Lutherana [....] commemoras, atque rogas, ut in istam curam incumbamus atque aliquod remedium labenti religioni afferamus: Nos quidem istas [.....] proficisci certo scimus, teque valde collaudamus, quod in tanto locorum temporumque intervallo tuae erga nos observantiae, nostraeque vicissim in te voluntatis memoriam retinueris, et in [.....] ac perturbatione omnis divini humanique iuris tuam pristinam pietatem ac religionem etiam auxeris. Sed profecto te latere non debet, qui non modo haec publica, quae in oculis atque conspectu omnium provisa atque elaborata a nobis sunt, vidisti, sed etiam pro tua nobiscum veteri familiaritate ex nostris gravissimis sermonibus totum sensum animumque nostrum perspicere potuisti, neminem omnium esse, qui istiusmodi adhortationibus ac monitis minus loci reliquerit. Quid enim tot iam annos aliud agimus, in quo omne nostrum studium, cura, mens, vita deni-

[1] Az évszám más kéztől. [2] L. fentebb a 239. számot.

que consumitur, nisi ut hanc turbulentissimam tempestatem discutiamus? Quid molestiae, quid laboris, quid periculi non subiimus, ut communi tranquillitati atque omnium saluti consuleremus? Nonne hoc ipso tempore difficillimum iter praeter aetatem et valetudinem nostram suscepimus, ut Domino potius et christianae reipublicae, quam nostris commodis aut hominum inanis (így) opinionibus serviamus? Quod quidem iter, eiusdem Domini bonitate et misericordia freti, speramus omnibus christianis utile atque salutare futurum. Nam de concilio, quod suades, quodque ab omnibus bonis efflagitari dicis, Nos semper ita sensimus, turbulentis temporibus, in seditionibus atque haeresibus nullum nec maius, nec magis praesens auxilium, quam legitime atque Spiritus Sancti instinctu vocati concilii inveniri posse: sed tamen iisdem et rationibus et exemplis superiorum in utramque partem adductis perspicimus, id quod nemo negare potest, quantum sit in recte atque ordine habito concilio boni, tantumdem autem etiam multo plus esse in temere atque ex hominum cupiditate, non ex Domini honore ac timore coacto mali. Itaque et a principio nostri Pontificatus nunquam destitimus hortari atque suadere christianis principibus, [ut] nobiscum et inter se ad sublevandam rem christianam ac religionem tuendam conspirarent, et his proximis mensibus nuncios ad omnes fere principes cum his tantum mandatis de suadendo concilio misimus, neque omnino aliud aut curamus aut cupimus, ut si unquam id efficere poterimus, satis nos diu vixisse atque amplissimam nostrarum omnium vigiliarum fructum cepisse arbitraturi 'simus. Quas nostras actiones et cogitationes ad te non esse perlatos, hominem in rebus gerendis versatum, valde miramur. Si perlatae sunt, multo etiam magis miramur te isto ingenio, ista doctrina, tanto etiam rerum usu magis imperiti vulgi rumoribus aut etiam iniquorum criminationibus, quam aut nostra instantia, aut tuo ipsius consensu commoveri. Atque haec eadem de Sedis huius Sanctae (quos vocas) abusibus et vere et recte responderi possunt. Quis enim non videt totam istam criminationem a malevolis atque ab haereticis confictam esse opprimendae Ecclesiae causa, ut cum simulatione exagitandae vitae praelatorum se in aures multitudinis insinuarint, repente in sacra atque in ipsum Dominum impietatis suae venenum expromant. Nos quidem non negamus, quin graviter etiam dolemus, esse homines in hac Urbe nonnullos malos, qui neque hominis christiani, neque viri boni officiis saepe fungantur, minimeque digni sint non modo dignitate ulla, verum etiam hoc solum nomine Christiani. Sed tu nobis, qui in hac Urbe complures annos vixisti, idem

optimus testis esse potes, neque ita esse eos multos, ut invidia ferat, et in caeteris bonis[1] non pauciores, ac saepe etiam multo deteriores inveniri. Quare erit officium tuum, cum eiusmodi hominibus ac sermonibus posthac occurreris, quod tamen te fecisse assiduo, scribis et nos certo credimus [....] neque pati homines imperitos ab impiorum calumniis everti, sed cum doctrina atque prudentia, tum autem, quae in te magna sunt [......] omnino esse docebis. Si qua vero etiam vera sint, non esse tamen eiusmodi, ut etiam ad innocentium et integrorum hominum infamiam et labem permanere [....] caeteris fraudi esse non debeant. Ut haec ipsa, quae scribis de divenditis indulgentiis ac dispensationibus, quae nobis certe inscientibus atque invitis omnia fiunt: neque satis mirari possumus, quomodo istae litterae sint ablatae, ut suspicari cogamur, eos in re improba nostro titulo ac nomine falso abuti. Quare te hortamur, ut si quem posthac eiusmodi molientem nactus sis, des operam, ut quantum possit, comprehendatur ac diligentissime custodiatur, ut, causa cognita, statui pro meritis de illo possit, ne et re animae suae et exemplo caeteris perniciem in posterum afferat. Quod autem scribis de vigilantia et studio ipsius Principis tuendae fidei et haeresum propulsandarum, nobis gratissimum est, ut debet, optantes ac in Domini benignitate sperantes brevi fore, ut sicut inviti et officio nostro coacti ad ea devenimus, quae nobis rerum qualitas ac temporum necessitas imposuit, ita subsecuta, quam scribis et nos summe cupimus, pacificatione, ad pristinam nostram in illum benevolentiam et paternum amorem libentissime revertamur. Datum Romae etc. die III. Septembris MDXXXIII. Pontificatus nostri Anno Decimo.

Theiner, Vetera monumenta Slavorum merid. I. 624.

249.

Gyula-Fehérvár, 1533 szeptember 6.

Enyedy Adorján, Statileo János erdélyi püspök helytartója, megbízza a beszterczei, nagydemeteri és lekenczei plébánosokat, vizsgálják meg: igaz-e, hogy a beszterczei egyház czintermében levő Szent-Mihály-kápolna omladozik s ha igaz, engedjék meg annak lebontását, köveinek a beszterczei egyház építésére való fordítását, a kápolna oltárképét és oltárát pedig az egyházban helyeztessék el.

Adrianus de Enyedino, artium liberalium et iuris utriusque doctor, archidiaconus Craznensis, canonicus ecclesie Albensis Transilvane necnon reverendissimi in Christo patris et domini domini

[1] Talán: oris.

Joannis Statilii episcopi Transsilvani, consiliarii regie Maiestatis etc. dignissimi vicarius in spiritualibus et causarum auditor generalis etc. in Christo nobis sincere dilectis egregio Matheo d. d. civitatis Bystriciensis, item venerabilibus Cristanno de Magno Demetrio, Bystriciensis, et Stephano de Leknychya ecclesiarum parrochialium plebanis, Kyrallye decanis salutem in Domino sempiternam. Circumspectus Martinus Berth civis tum suo tumque prudentum et circumspectorum iudicis, iuratorum consulum ac totius communitatis populorum et incolarum civitatis Bistriciensis nominibus et in personis nostram veniens in presentiam exposuit nobis in hunc modum, quomodo ipsi zelo devotionis accensi pari voto et voluntate ecclesiam ipsorum parrochialem in nomine et sub titulo beati Nicolai episcopi et confessoris in eadem civitate fundatam in quadam ipsius ruina reformare et restaurare ac eandem augmentare et quoddam sacellum sancti Michaelis archangeli ad latus eiusdem ecclesie situm patrono ac procuratore seu sindico carens, quod ex longa vetustate et incuria sindicorum in omnibus suis edificiis ruinam minaretur, destruere et demoliri et ut cemiterium eiusdem ecclesiae, cuius bonam partem dictum sacellum occupasset, eius demolitione ampliaretur, solo adequare tabulamque et altare portatile sive viaticum in dictam ecclesiam parrochialem deferre lapidesque eiusdem sacelli ad erectionem et reformationem dicte ecclesie parrochialis, quo citius operi insisteretur, deduci facere vellent atque omnino decrevissent, si noster ad id benivolus accederet consensus. Supplicavit itaque idem Mårtinus Berth nobis humili cum prece, ut nos considerata eorundem populorum salubri proposito et pia devotione, annueremus dictam ecclesiam ipsorum parrochialem ex lapidibus dicti sacelli restaurare et reformari facere permittere. Unde nos supplicationi eiusdem Martini Berth, nominibus quorum supra nobis porrecte, inclinati tum ex eo, tumque, quia dictum sacellum patrono sive sindico, ut dicitur, careat et destitutum sit hominum cura et provisione, de facilique possit minari ruinam, si et in quantum res ita se habeat, nostra ordinaria auctoritate id eisdem populis et incolis dictae civitatis Bistriciensis duximus annuendum et concedendum, ut, habita prius per vos, de quorum integritate in Domino clara lux habetur, super praemissis diligenti et conscientiosa revisione, si et in quantum ita rem compereritis, liceat eisdem populis et incolis dictum sacellum demolire et ex eiusdem lapidibus prefatam ecclesiam parrochialem ad laudem et gloriam Dei et honorem sancti Nicolai confessoris in suis edificiis reformare, prout vos quoque rebus sic stantibus ad prae-

missa eosdem exequenda admittere debeatis et teneamini dicta nostra ordinaria auctoritate vobis in hac parte presentibus attributa et concessa mediante. Datum Albe sexta die mensis Septembris anno Domini millesimo quingentesimo tricesimo tertio.

Eredetije papiron, vörös viaszpecséttel, Beszterczé város levéltárában.

Közli: Dr. KARÁCSONYI JÁNOS.

250.

Bécs, 1533 szeptember 12.

Ferdinánd király értesülvén arról, hogy a zágrábi káptalanban a papi tizedet a hozzája hű kanonokoktól elvonják, s a hűteleneknek adják, szigorúan megparancsolja, hogy a tizedet csakis a hozzája hűséges kanonokoknak adják ki.

Hampo. Ferdinandus etc. Magnificis Wolfgango et Gaspari Hampo fidelibus nobis dilectis salutem et gratiam regiam. Exposuerunt nobis honorabiles devoti et fideles nobis dilecti canonici ecclesie Zagrabiensis, vos eis decimas iam per aliquot annos debitas nedum solvere recusare, verum etiam (quod gravius est) adverse parti canonicorum infidelium porrigere. Idque ratione certi contractus inter prefate ecclesie canonicos tam fideles quam infideles unanimi consensu initi et approbati, quo cautum esse audivimus, ne sub pena 3000 florenorum alteri parti quam illi, que sigillum et potestatem quietandi haberet, decimas in posterum debendas daretis. Cum autem publicum sit et notorium, adversam partem infidelium canonicorum non solum ob manifestam suam in nos et regnum nostrum infidelitatis notam, verum etiam propter apostasis crimen, quod Turcorum partes fovendo christianamque rempublicam et religionem ac communem pacem graviter ledendo commiserunt, non ab eo iure tantum, quod in iis sibi vendicare conantur, verum etiam a quibuscunque aliis iuribus et privilegiis suis cecidisse: idcirco Fidelitati Vestre et cuiuslibet vestrum strictissime committimus et mandamus, quatenus prefatis exponentibus dictas decimas, non obstante contractu iam dicto omnibusque in eo contentis, efficaciter et omnino solvere et dare velitis et debeatis. Quod si facere denegaveritis, ex nunc de potestate et auctoritate nostra regia omnes et singulas decimas eisdem canonicis et capitulo debentes et de cetero solvendas harum serie arrestamus et sub strictissimo ponimus ac positas esse volumus arresto, volentes ut easdem nemini alteri, quam eisdem fidelibus canonicis nostris dare aut consignare debeatis, in quantum penam pro arbitrio nostro

decernendam evitare volueritis. Presentibus perlectis exhibenti restitutis. Datum Viene 12 7^bris 1533.

Fogalmazat egy félív papir két oldalán. — *Bécsi cs. és kir. házi stb. levéltár: Hung. 1533. Sept. 22.*

Közli: Bunyitay Vincze.

251.

Drégelyvára, 1533 szeptember 12.

Várday Pál esztergomi érsek kémei által hírül vevén, kogy Zapolyai János a szokottnál is kisebb sereggel Székes-Fejérvárra és innen Pécsre ment, úgy ezt, mint a János király tetteiről szóló egyéb híreket is közli Ferdinánd királylyal, igérvén, hogy a királyt ezentúl is, semmi fáradságot és költséget nem kímélve, még élete feláldozásával is híven fogja szolgálni.

Sacratissime Rex... Paucis ante diebus ad litteras Maiestatis Vestre Sacratissime succintim rescripseram, que fama communi hiis in partibus de Joanne Scepusiensi, de eius versus Albam Regalem, deinde Quinqueecclesias profectione circumferebantur. Exploratores mei, quos ad intelligendos eius conatus miseram, duo rediere, tertium expecto. Hi retulerunt Joannem Scepusiensem minore, quam antea aliquando fuisset, exercitu Quinqueecclesias ingressum, cui dominum Petrum Pereny obviam ivisse et abbatias insignes Pechwaradiensem, Saxardiensem et Bathensem simulcum arcibus et fortalitiis, quas pro se occupaverat, ad manus hominum ipsius restituisse; Franciscum quoque Kapolnay arcem Zaz, episcopatus Quinqueecclesiensis, eidem remisisse; arx Male, quam superiori anno homines domini Pauli Bakyth possederunt, restituta est. Velle preterea differentias inter episcopum Zagrabiensem et Joannem Banffy diu suscitatas componere; ceterosque dominos et nobiles regni Sclavonie ad defectionem a Maiestate V. Sacratissima ad partes suas inducere. In hoc quoque laboratur, ut nonnullos militares fideles Maiestati V. subiectos omni posse suo ad se traheret; bombardas certas maiores et minores ex Buda per Danubium ad ipsum delatas: fama est arcem Rahocza velle expugnare. Laaczky ab imperatore Turcarum dicitur rediisse; Mamyn vayvoda Turcus bono numero equitum et nazadistarum Budam venturum; preterea Joannem Scepusiensem nunciasse Budam et ad Pesth, aliaque loca: caveant sibiipsis et rebus eorum propter adventum Turcorum, quos dixit venturos. Hec sunt, que mei exploratores duo attulere; si quid aliud accepero a tertio meo exploratore, quem usque ad Quinqueecclesias misi, Maiestati V. Sacratissime citra moram curabo

significare. In aliis quoque omnibus rebus et negotiis Maiestatis Vestre, conservationem regiminis eiusdem, hoc regnum concernentibus offero fidelia et perpetua servitia mea, non parcendo laboribus, expensis et periculo quoque vite mee. Quam Deus optimus, maximus pro conservatione reipublice christiane felicem conservet. Ex arce Dregel die 12 Septembris anno Domini 1533.

Eiusdem V. Sacratissime Maiestatis

humillimus servitor et fidelis capellanus
Paulus,
Archiepiscopus Strigoniensis
manu propria.

Kívül: Sacratissime Regie Maiestati Domino meo clementissimo.

Egy ív papirnak két oldalán, veresviasz, czímeres züzárópecséttel, egészen a prímás kezeirása. — *Bécsi cs. és kir. házi stb. levéltár: Hung. 1533. Sept. Nr. 20.*

Közli: BUNYITAY VINCZE.

252.

Bécs, 1533 szeptember 23.

Ferdinánd király az apostoli szentszékhez küldött követjének meghagyja, hogy Jozefics Ferencz zenggi püspöknek, kit a hozzája hűséges zágrábi kanonokok kérésére a néhány év óta főpásztori gondozást nélkülöző zágrábi megyének generalis vikáriussá kinevezett, a pápától a szükséges megerősítését és a kellő jogokkal való ellátását kieszközölje.

Sanchez. Ferdinandus etc. Honorabilis devote dilecte. Cum ecclesia Zagrabiensis legitimi pastoris et episcopi cura iam annis aliquot destituta, presentis heresis iam in Sclavonia quoque, ut et in plerisque Germanie locis, ultra pervigilem nostram in ea supprimenda et tollenda operam enascentis contagione pene correpta, eius Antistitis presentiam et vigilantiam poscat, qui eidem ecclesie in rebus divinis et sacramentorum ecclesiasticorum, iam diu quasi iacentium, administratione, ceterisque pro officii pastoralis exigentia subeundis et exequendis presit et intersit, oviumque suarum debitam curam et custodiam habeat; nobisque propterea honorabiles, devoti, nobis dilecti et fideles ecclesie predicte canonici ex parte nostra existentes humiliter et devote supplicaverint, ut eis in suffraganeum et vicarium in spiritualibus generalem, videlicet reverendum, devotum, nobis dilectum Franciscum Josephit, episcopum Segniensem, a Sanctissimo Domino nostro preficiendum et con-

stituendum admittere et assumere et eosdem in hoc tam pio et honesto eorum desiderio, a Sanctitate Sua impetrando et obtinendo clementer adiutos et promotos habere dignaremur: quibus rationibus inducti, nostrum, quatenus opus est, in iis consensum pariter et assensum prestantes, atque etiam considerantes valde necessarium esse, ut ad precavenda maiora, que ex neglectu eorum subsequi possint, inconvenientia, ecclesia predicta aliquo antistite et suffraganeo provideatur: tibi propterea seriose committimus et mandamus, ut apud prelibatum Sanctissimum Dominum nostrum nostro nomine instes et sollicites, quatenus Sua Sanctitas episcopum Segniensem non tam ob vite, morumque honestatem, quam doctrine, predicandique in lingua patria sufficientiam nobis commendatum et gratum in generalem vicarium in spiritualibus prefate ecclesie Zagrabiensis et suffraganeum huiusmodi curare et constituere, litteras sibi necessarias et opportunas desuper expediri mandare dignetur, nostram in eo seriosam executurus voluntatem. Datum Vienne 23 Septembris 1533.

Ex[pedite].

Fogalmazat egy félív papir két oldalán. — *Bécsi cs. és kir. házi stb. levéltár: Rom. Corresp. 1533. 23. IX. 22.*

Közli: BUNYITAY VINCZE.

253.

Bécs, 1533 október 3.

I. Ferdinánd megparancsolja a soproni tanácsnak, hogy az előző években (tehát a török hadjárat alkalmával) elégetett és elpusztított Wansdorfi, másként «Sannd Wolfgang bei Odenburg» [1] *pálos kolostornak tőle elfoglalt és használt javait a pálosok bécsújhelyi házának adja át.*

Ferdinandus rex praecipit senatui Soproniensi, ut bona claustri ordinis eremitarum s. Pauli de Wansdorf, superioribus annis diruti et combusti, domui eorundem monachorum in Nova Civitate (Wiener-Neustadt) existenti tradat.

Eredetije Sopron város levéltárában. Lad. II. et B. f. 1. Nr. 5.

Közli: Dr. KARÁCSONYI JÁNOS.

[1] Most Bánfalva, Soprontól nyugatra. Bánfalva elnevezés különben hibás fordítása a német Wandorfnak, mert e falu német neve nem valamelyik bán falvát, hanem Zovány-falvát (Zuansdorfot, rövidítve Wansdorfot) jelenti.

254.

Krakkó, 1533 október 6.

A tizenhárom szepesi város főispánjához és biráihoz intézett lengyel parancs az anabaptisták ellen.

Petrus Kmitta de Wyssnitz, capitaneus Sandomiriensis, regni Poloniae marschalcus, supremus Cracoviensis Generalis, Scepusiensis, Premisliensis, Colensis etc. etc. capitaneus. Famate, ac famati fideles nostri dilecti! Intelleximus exortam illic pessimam sectam esse, quam vocant Anabaptistarum, quorum complures circum circa Tredecim Civitates iam esse feruntur. Igitur nos mandamus, ut tu Comes, cum caeteris iudicibus, omnibus hominibus de Tredecim Civitatibus demandetis, ut ipsi a commercio et societate praefatorum Anabaptistarum sub poena capitis abstineant, et quicunque eorum ausu temerario cum praefatis Anabaptistis commercium et colloquium ausus fuerit habere, tales tu Comes cum aliis iudicibus, captivari demandetis; quos captivatos et detentos apud se habeatis et nullibi emittatis, quousque ad ulteriorem informationem nostram. Datum Cracoviae feria secunda proxima post festum s. Francisci. Anno Domini 1533.

Wagner, Analecta Scepusii II. 216.

255.

Bécs, 1533 október 16.

Ferdinánd király megparancsolja a körmöczbányai tanácsnak, hogy a körmöczbányai plébánost, a ki az érseki biztosok távozása után még tüzesebben hirdeti a lutheranus vallást, fogják el és Várday Pál érseknek adják át.

Ferdinandus divina favente clementia Romanorum, Hungarie et Bohemie etc. Rex semper Augustus, Infans Hispaniarum, Archidux Austrie, Dux Burgundie etc.

Prudentes et circumspecti fideles nobis dilecti. Mandaveramus vobis per alteras litteras nostras patentes, quoad requisitionem reverendissimi in Christo patris, domini Pauli, archiepiscopi Strigoniensis etc. aut hominum suorum ad id specialiter per eum deputatorum et transmissorum, cuiuscunque ordinis homines, presbiteros videlicet et seculares, qui peste illa Lutherana infecti aut irretiti forent, illamque publice in contemptum Dei Omnipotentis et fidei nostre catholice, ac contra ritum sacrosancte Romane ecclesie, institutaque sanctorum Patrum orthodoxorum profiterentur,

predicarent et sequerentur, emendationi et correctioni prefati domini archiepiscopi, aut commissariorum suorum dederetis et traderetis. Ad quos, cum idem dominus archiepiscopus commissarios suos, viros utique integros ac sacrarum literarum veros professores, ex debito officii sui pastoralis transmisisset et destinasset, vos eos, licet omni honore susceperitis et habueritis, emendationemque et correctionem eorundem piam, sanctam ac relligiosam susceperitis et admiseritis, vosque litteris vestris ad prefatum dominum archiepiscopum Strigoniensem datis ne minima quidem parte ab institutis sacrosancte Romane ecclesie, sanctorumque Patrum vestigiis ac ortodoxe fidei nostre catholice ritu discessisse aut aberrasse testificemini, extant tamen adhuc in medio vestri (uti accepimus) nonnulli, et presertim plebanus istius civitatis vestre, qui non modo a tali heresi et prava interpretatione sacrarum literarum ad emendationem dictorum commissariorum resipuit, verum, ductus maligno spiritu, multo magis in fidem, relligionem ac instituta sanctorum Patrum exarsit et excanduit ac palam et publice misere plebecule virus illud pestiferum spargit et concionatur. Fidelitatibus igitur vestris harum serie firmissime committimus et mandamus, aliud habere nolentes, quatenus statim, acceptis presentibus, prefatum plebanum, huiusmodi heresiarcham, comprehendatis et comprehensum ad manus prefati domini Pauli archiepiscopi emendandum et corrigendum tradatis. Alioquin certi sitis, quod in omnes fautores, promotores et sequaces ipsius plebani ita animadvertemus, quo ceteris etiam exemplo futuri erunt. Secus non facturi. Datum Vienne in festo beati Galli confessoris, anno Domini Millesimo Quingentesimo Trigesimo Tertio.

Ferdinandus. *Wylaky.*

Eredetije Körmöczbánya város levéltárában. Fasc. I. Nr. 39.

Közli: Dr. Timon Ákos.

256.

Bécs, 1533 október 20.

Ferdinánd király arról értesülvén, hogy János szepesi gróf Désházi Istvánt meg akarja házasítani és vele a zágrábi püspök nővérét elvétetni, azt a reményét fejezi ki, hogy sem e házassága, sem semmi más nem fogja iránta való hűségét megrendíteni. A kért puskapor és ólom elküldéséről majd gondoskodni fog.

Dezhazi. Ferdinandus etc. Magnifice Fidelis Dilecte. Intelleximus, te nonnihil a Johanne Comite Scepusiensi sollicitari ad ducen-

dam sororem episcopi Zagrabiensis in uxorem. Quia vero nobis nihil unquam aliud de te persuasum habuimus, prout etiamnum habemus, quam omnem fidem et fidelitatem nobis semper inconcusse servandam et retinendam, idcirco illius potissimum et nostre in te benignitatis et gratie respectu eam in te adhuc ponimus spem omnem et fiduciam, te tam matrimonii istius, quam omnium aliorum ratione sic erga nos exhibiturum esse, ne quid in te vel fidei tue officio quoquo pacto incusari vel culpari possit, idque tam certo nobis fore pollicemur, quam quod certissimum est, nos tibi cum gratia semper fuisse et fore affectos.

Quod autem pulveris et plumbi a te petiti emptio aut locum aut progressum hucusque habere non potuit: in causa est generalis inhibitio nostra, quam propterea fieri et publicari iussimus. Verum si locum designaveris, in quo pulveres huiusmodi pro defensione et conservatione castrorum tuorum emere volueris, tibi illos permittemus educendos litterasque desuper necessarias expediri faciemus. Quod te modo latere noluimus. Datum Vienne 20 Octobris 1533.

Fogalmazat egy félív papir egyik oldalán. — *Bécsi cs. és kir. házi stb. levéltár: Hung. 1533. Okt. 80.*

Közli: Bunyitay Vincze.

257.

Bécs, 1533 október 28.

Ferdinánd király római követjének meghagyja, hogy az annaták ügyében, melyeknek elengedését vagy leszállítását Várday Pál esztergomi érsek az apostoli szentszéktől kérte, eszközölje ki a pápánál, hogy kedvező határozata mind a király várakozásának, mind az érsek óhajtásának megfeleljen.

Sanchez. Ferdinandus etc. Honorabilis devote dilecte. Ex incluso litterarum nostrurum exemplo videbis, que in favorem Reverendi Patris Pauli de Warda archiepiscopi Strigoniensis, devoti fidelis nostri dilecti, ad Sanctissimum Dominum nostrum super annata sibi a Sanctitate Sua remittenda seu relaxanda scribimus; cupientes hoc totum negotium nostro etiam favore apud Sanctitatem Suam et Sanctam Sedem istam ob causas in eisdem litteris nostris expressas promoveri et obtineri, tibi propterea studiose committentes, ut hoc idem annate negotium ita dirigere, eoque studio et instantia apud Sanctissimum Dominum nostrum conficere et expedire labores, ut et nostre in iis expectationi, eiusque archi-

episcopi desiderio satisfiat, nostram in eo expressam executurus voluntatem. Datum Vienne XXVIII. Octobris 1533.

Ex[pedite].

Fogalmazat egy félív papir egyik oldalán. — *Bécsi cs. és kir. házi stb. levéltár: Rom. Corresp. 1533. 28. X. 28.*

Közli: Bunyitay Vincze.

258.

Bécs, 1533 október 29.

Ferdinánd király Tolnai Máté pannonhalmi apátot felhatalmazza, hogy utódját maga szemelhesse ki és neki megerősítés végett bemutathassa.

Ferdinandus divina favente clementia Romanorum, Hungarie et Bohemie, etc. rex semper augustus, infans Hispaniarum, archidux Austrie, dux Burgundie, etc. Reverende fidelis nobis dilecte. Supplicationem tuam equo animo et clementer admittimus, ut iuxta ecclesie et ordinis tui privilegia ab sede apostolica et a nostris precessoribus Hungarie regibus concessa successorem tibi idoneum, servatis de iure et consuetudine servandis, rite et canonice eligere ac designare possis, nobis, uti regi et generaliter omnium regni nostri ecclesiarum patrono presentandum. Quem si dignum tua, conventus et ordinis istius commendatione iudicaverimus, libenter electioni vestre consentiemus et in eum, qui sic electus fuerit, abbatiam ipsam sancti Martini, auctoritate iurispatronatus nostri regii, graciose conferemus. Datum Vienne, feria quarta post festum beatorum Simonis et Jude apostolorum, anno Domini millesimo quingentesimo tricesimo tertio.

Ferdinandus.

Kívül: Reverendo Matheo abbati sancti Martini sacri montis Pannonie, fideli nobis dilecto.

Eredetije a szent-mártoni főapátság levéltárában. 21. Capsa P. — Közölte *Fraknói* Vilmos: Oklevéltár a m. kir. kegyúri jog történetéhez. Bpest, 1899. 96. l.

259.

Pannonhalma, 1533 november 1.

A pannonhalmi konvent: «religiosus vir, frater Martinus abbas ecclesie beati Georgii martiris de Jaszt» kérésére átírja Ujlaky Jánosnak, Galócz veszprémmegyei puszta adományozásáról szóló 1409-i levelét.

Religiosus frater Martinus, abbas ecclesiae beati Georgii de Jaszt, per conventum monasterii sacri montis Pannoniae litteras donationis anno 1409 exaratas transsumi curat.

Eredetije a pannonhalmi konvent orsz. lt. c. 1. l. U.

Közli: Dr. Karácsonyi János.

260.

Pozsony, 1533 november 3.

Várday Pál esztergomi érsek, Szalaházy Tamás egri és Gerendy Miklós erdélyi püspökök eljárván megbizatásukban, értesítik Ferdinánd királyt azon feltételekről, melyek alatt Thurzó hajlandó Pápát és Dobrát más várakkal kicserélni. További eljárásukra nézve pedig utasítást kérnek.

Sacratissime Rex, Domine Clementissime. Post humillimam fidelium servitiorum nostrorum commendationem. Egimus ex mandato Vestre Maiestatis studiose cum domino Thwrzone de arcibus Papa et Dobra, rogantes eum, ut Maiestatem Vestram hac cura levaret, minimo, quo posset, Vestre Maiestatis incommodo. Supervacaneum putamus repetere, quibus verbis ultro citroque sumus usi. Rem ipsam Vestre Maiestati breviter aperiemus. Negat dominus Thwrzo, se Papam, arcem hereditariam, permutatione aut inscriptione episcopatus Nittriensis daturum, optat pro arce arcem meliorem aut eque bonam eodem iure hereditario, quo Papam habet. Tres autem sunt conditiones, quas nobis proposuit. Si arcem cum tricesima Posoniensi ad manus eius Maiestas Vestra assignandam curaverit, tamdiu possidendam, donec pretium Pape flor. XXII^{m}, item pro Dobra X^{m} expleantur. Alia conditio, si Maiestas Vestra arcem Dyosgyewr e manibus Sebastiani Penfflynger liberet, ipsique domino Thwrzoni pro illa summa XXII^{m} loco Pape inscribat, Nittriam hoc casu pro Dobra acciperet. Opinabamur autem Sebastianum Penfflynger contentum futurum, si Dobrawynam ei Maiestas Vestra donaret,

que arx non multo pluris quam quattuor millibus florenorum estimatur. Tertia conditio, si Maiestas Vestra arcem Trinchiniensem pro Papa ipsi donaret. Tricesimam vero eius loci totam, donec ultra priorem inscriptionem illa quoque decem milia pro Dobra perciperet. Et quum non ignoret, Trinchinium Joanni Koczianer pro summa octo millium florenorum Renensium inscriptam, Dominus Thwrzo posset facile persuaderi, ut hanc summam Joanni Koczianer solvendam curaret, si interim Nittria tanquam pignoris titulo ipsi domino Thwrzoni committeretur, sperat ex comitatibus Nittriensi et Barsiensi posse confici in eius ecclesie redemptionem florenorum III^{m}, reliqua summa de proventibus episcopatus expleri posset. Ultima hec conditio ceteris et facilior et magis tollerabilis futura nobis videtur. Ceterum Maiestas Vestra eam amplectatur, quam existimaverit suis rebus fore conducibilem, et nos edocere dignetur, quid deinceps hoc in negotio nobis agendum aut tractandum existimat. Deus optimus maximus Maiestatem Vestram servet felicissimam. Posonii tertio die Novembris 1533.

Eiusdem sacratissime Maiestatis Vestre

fideles servitores

Paulus de Warda,

Archiepiscopus Strigoniensis.

Thomas,

Episcopus Ecclesie Agriensis.

Nicolaus Gerendy,

Electus Transilvaniensis.

Kívül: Sacratissime Regie Maiestati, Domino nostro clementissimo.

Egy ív papir két oldalán, három veresviasz záró gyűrűpecsét maradványaival. — *Bécsi cs. és kir. házi stb. levéltár : Hung. 1533. Nov. Nr. 9.*

Közli: BUNYITAY VINCZE.

261.

Bécs, 1533 november 4.

Ferdinánd király a Thurzó Elek feltételeit, melyek alatt Pápát és Dobrát kicserélni hajlandó, igen terhesnek találván, biztosait újabb és olyan egyesség kötésére hatalmazza fel, mely lehetségessé teszi, hogy a nyitrai püspökség a világiak kezéből kivétetvén, eredeti rendeltetésének visszaadassék.

Ferdinandus divina favente clementia Romanorum Rex... Reverende pater et Devoti, Fideles, Dilecti. Legimus litteras vestras, quas heri de negotio spectabilis et magnifici, fidelis nobis dilecti comitis Alexii Turzonis de Bethlemfalwa, regni nostri Hungarie locumtenentis ad nos scripsistis, ex quibus intelleximus conditiones tres vobis ab eo propositas, quarum bine priores nobis quoque non secus, quam vobis, apparent onerose ex pluribus causis rationalibus. Sed et tertia conditio suo quoque non caret onere, eoque non parvo, quod castrum Trinchiniense nobis et regno non parum, prout omnibus notum est, importare videtur; quare nobis valde gratum et oportunum esset, si ad alia quedam media tollerabiliora per vos descenderetur, quibus locumtenentis nostri animus, sicut vobiscum locuti sumus, contentari posset, adhibendo in hoc operam et industriam vestram possibilem et ultima quoque tentando. Hiis vero si prorsus acquiescere nolit, nec ullum vobis superesse videatur remedium, tandem ad hanc postremam conditionem descendere poteritis, quod arx Trinchiniensis eidem Turzoni loco pignoris tantum et non hereditarie assignetur cum proventibus suis et tota eius loci tricesima, sic scilicet, quod summam decem millium florenorum pro Dobra ex hac tricesima recipiat, et se ipsum solvat. Similiter et aliam summam pretii castri Papa florenorum vigintiduorum millium etiam exinde capiat, et tricesimam cum proventibus tamdiu teneat, donec tota hec decem millium et deinde vigintiduorum millium florenorum summa successive solvatur et expleatur, sic tamen, ut tota illa summa semel vel successive sibi post hac soluta et expleta, arx illa cum proventibus suis et tricesima tota redimi et ad manus nostras ac heredum nostrorum restitui et reassignari valeat et debeat. Que si sic fiant, credimus Turzonem cum iis verisimiliter et merito contentum esse posse. Eoque casu vellemus episcopatum Nitriensem nulla impignoratione gravari, sed ex manibus secularium ad primevam sui institutionem et usum, ad quem fundatum est, redire, sicut vos alioqui pro vestra ipsorum

fide et ingenio haud dubie facturos esse confidimus, nostram in iis omnibus expressam executuros voluntatem. Datum Vienne quarta Novembris 1533.

Ex[pedite].

Fogalmazat egy félív papir egyik oldalán. — *Bécsi cs. és kir. házi stb. levéltár: Hung. 1533. Nov. Nr. 15.*

Közli: BUNYITAY VINCZE.

262.

Pozsony, 1533 november 14.

A magyar királyi kamara tanácsolja Ferdinánd királynak, hogy Munkács vára személyzetének föntartására fordíthatók lennének a magvaszakadták s hűtlenségbe esettek, továbbá a beregszászi plébánia javai, ez utóbbi azonban úgy, hogy az istentisztelet el ne hanyagoltassék s az egyházi személyzet se kevesbedjék.

Sacratissima Regia Maiestas... Commisit nobis Maiestas V. per litteras suas, ut eidem significaremus: quid nos in conferendis quibusdam bonis in personam provisoris et castellanorum arcis Mwnkach, aliorumque servitorum ibidem servientium, simul et censu duorum Comitatuum Bereg et Wgocha eisdem deputando, faciendum esse censeremus: videtur autem nobis, salva meliori deliberatione Maiestatis V., quod bona, que per defectum seminis et notam infidelitatis quorundam nobilium petunt, Maiestas V. gratiose eis conferre poterit, etsi nobis de numero colonorum non constat; simul etiam proventus archipresbyteratus oppidi Bereghzaz, qui non pauci sunt, arci illi, durante beneplacito suo, per hanc plebani absentiam, adiungere et applicare, ea tamen lege, ut modis omnibus curent: ne divina officia et ministri ecclesie interea negligantur aut imminuantur... Datum Posonii 14. Novembris anno Domini 1533.

Eiusdem Maiestatis V. S.

servitores
Prefectus, ceterique consiliarii
Camere Hungarice.

Kívül: Sacratissime Regie Maiestati, Domino nostro clementissimo.

Egy félív papir egyik oldalán, négy pirosviasz zárópecséttel. — *Bécsi cs. és kir. házi stb. levéltár: Hung. 1533. Nov. Nr. 31.*

Közli: BUNYITAY VINCZE.

263.

Bécs, 1533 november 15.

Ferdinánd király a kamara tanácsosainak a legszigorúbban parancsolja, hogy Várday Pál esztergomi érseknek azon háromezer forint visszatérítéseül, melyet az esztergomi várőrség élelmezésére a király akaratából adott, kétezer forintot (ezeret a mult évben begyűlt és ezeret a jövő évi) országos segedelemből fizessenek meg, minthogy egy ezerről lemondott.

Ferdinandus... Fidelibus nostris Magnifico, Venerabilibus et Egregiis Consiliariis camere nostre ac Dicatoribus et exactoribus subsidiorum regni nostri Hungarie salutem et gratiam. Mandaveramus nuper vobis per alias litteras nostras, ut in sortem et recompensam illorum trium millium florenorum, quos fidelis noster reverendissimus in Christo Pater, dominus Paulus archiepiscopus Strigoniensis etc. anno superiore ad sustentationem militum nostrorum in presidio arcis Strigoniensis locatorum in vino, pecoribus et id genus victualibus ex nostra voluntate dederat, quandoquidem ex predicta summa nobis idem Dominus Strigoniensis florenos mille relaxavit, ex presenti contributione seu subsidio fidelium nostrorum florenos mille, ex secundo, qui post hac sequeretur, iterum mille flor. de bonis scilicet archiepiscopatus Strigoniensis eidem domino archiepiscopo deputandos et exolvendos curaretis. Quemadmodum tamen ex eiusdem domini archiepiscopi litteris accipimus, vos prioribus litteris nostris neglectis nullam in hunc diem deputationem facere voluissetis. Quare volumus et rursum vobis et vestrum cuilibet strictissime committimus et mandamus, ut visis presentibus absque omni difficultate prescripta duo millia florenos per nos modo premisso deputatos, mille scilicet de presenti et rursum alios mille florenos de futuro subsidio eidem Domino Strigoniensi in bonis suis (datis superinde ad officiales vestros efficacibus litteris) deputare et percipiendos permittere debeatis et teneamini, sufficientibus super solutione huiusmodi expeditoriis ab ipso Domino Strigoniensi pro parte vestra extractis, secus nullo modo facturi, presentibus perlectis exhibenti restitutis. Datum Vienne die dominico proximo post festum beati Martini episcopi et confessoris, anno Domini millesimo quingentesimo tricesimo tertio.

Egy félív papir egyik oldalára keresztbe írt nyilt levél aláírás vagy pecsét nélkül. — *Bécsi cs. és kir. házi stb. levéltár: Hung. 1533. Nov.—Decz. 40.*

Közli: Bunyitay Vincze.

264.

Bécs, 1533 november 15.

Ferdinánd király parancsa Kassa városához. Úgy hallja, hogy (Dévay) Mátyás kassai hitszónok, kit elfogatott és Bécsben fogságban tartott, de onnan megszökött, most náluk vagy valahol Felső-Magyarországon tartózkodik és azzal ámítja a népet, hogy őt a király ugyan elfogatta, de rögtön szabadon bocsátotta; holott éppen, ha még néhány napig börtönében marad, példás büntetésben részesült volna. Inti őket, hogy ne higgyenek neki, hanem, bárhol van is, fogják el, tartsák szigorú őrizet alatt s erről vagy őt, vagy Katzianer főkapitányt azonnal értesítsék, bevárván a további intézkedést.

Ferdinandus. Prudentibus et circumspectis iudici et iuratis ceterisque civibus civitatis nostre Cassoviensis gratiam regiam. Audimus Matthiam, concionatorem Cassoviensem, nuper ob manifestam illius heresim a nobis hic in civitate nostra Vienna comprehensum et in vincula coniectum, dehinc vero sua ipsius et quorundam adiutorum machinatione elapsum ad vos, seu partes regni nostri Hungarie superiores rediisse et perversa, que fovet, dogmata in credulam utique plebem disseminare et subinde falso asserere, se quidem nostro iussu captum, sed protinus cum scitu et gratia nostra dimissum, ceteraque dicere et spargere, que nec veritati sunt consentanea, neque in mentem nostram unquam descenderunt. Absit enim ut ad tam horrendas et abhominabiles hominis insani et heretici assertiones connivere et tantam illius in Deum et suos derisionem et blasphemiam inpunitam relinquere velimus, qui nimirum sibimet iudicio et ceteris exemplo manifesto tuendi honoris et fidei nostre fuisset, si paucos saltem in carcere dies adhuc expectasset. Quare ne quem hominis scelerati malitiosa versutia et ceca errorum huiusmodi libido aut similis vesania capiat, seque per hoc Deo reddat abhominabilem et legibus divinis ac humanis graviter obnoxium, sed se unusquisque a penis in eiusmodi factiosos et hereticos latis et promulgatis servet indemnem, vos per has nostras assecurare et certiores efficere voluimus de animi nostri super iis voluntate, que est eritque perpetuo: nos in predicatoris istius malesanam doctrinam et facta illius omnia nec verbo, nec cogitatu, nec ullo alio mentis nostre signo annuisse, nec quoad vixerimus assensuros unquam, cum ex precedentibus et haud dubie, nisi aufugisset, secuturis appareat contrarium; vestre propterea fidelitati seriosissime ac strictissime committentes, ut iam dictum

concionatorem nullo pacto audiatis, imo ubicunque deprehendi possit, capi et penes vos bene munitum et custoditum asservari et de hoc nos statim vel egregium fidelem nobis dilectum Johannem Catzianer, supremum regni istius nostri capitaneum, protinus admoneri et certificari curetis, nostramque aut eiusdem capitanei nostri commissionem superinde latiorem expectetis, secus sub obtentu gratie nostre minime facturi. Datum Vienne 15. Novembris 1533.

Fogalmazat egy félív papir két oldalán s lapszélén ezen följegyzéssel: *Bartphensis, Leutscha, Epperiesiensis, Zebiniensis,* és csakugyan megvan a Lőcse városához intézett, a föntebbihez szóról-szóra hasonló fogalmazat, melynek befejezése után ez áll: *In simili ad alias civitates: Bartfensi, Epperiesiensi et Zebiniensi. — Bécsi cs. és kir. házi stb. levéltár: Hung. 1533. Nov. 37. és 39.* — A kiállított és elküldött levelek közül a Bártfának szóló példány maradt fenn (e város levéltárában, egy ív papirnak kétharmadára keresztbe írva), a következő keltezéssel és aláírásokkal: Datum in civitate nostra Vienna, die XV. mensis Novembris, anno a nativitate Domini M. D. XXXIII. regnorum nostrorum Romani tertio, Hungarie septimo, Bohemie vero octavo. *Ferdinandus* m. p. — *Alatta középütt a kisebb császári pecsét, ettől balra:* B. (Klesz) Cardinalis Trid. *Jobbra:* ad mandatum Sacrae Regiae Maiestatis proprium Joannes Maius m. p.

Közli: Bunyitay Vincze.

265.

Szeben, 1533 november 28.

A «Fraternitas Corporis Christi» Nagyszebenben még fennáll.

«Feria sexta proxima ante festum beati Andreae Apostoli prudens et circumspectus dominus Michael Thonhewsser pro tunc patronus fraternitatis Corporis Christi coram dominis de consilio, in loco solitae residentiae, plenariam et absolutam reddidit rationem; ipsa fraternitas Corporis Christi ipsi Michaeli Thonhewsser in obligatis permansit florenis 65 d. 5, de qua quidem ratione idem Michael Thonhewsser per dominos de consilio quitatus est et absolutus. Quod huic libro civitatis ad ipsius Michaelis requisitionem insertum est. — Ex commissione dominorum de consilio.»

Eredetiből közölve Archiv des Vereins für Siebenbürgische Landeskunde. Neue Folge. XI. 485. l.

266.

Veszprém, 1533 november 30.

Szalaházy Tamás egri püspök írja Oláh Miklósnak, hogy javadalmait Török Bálint kezeiből, bár a király is közbelépett, nem tudta kiragadni.

Quod diu nihil ad Dominationem Vestram scripsimus, non venit ex contemptu, nec ideo factum est, quod quicquam de nostra pristina erga D. V. benevolentia et amore sit mutatum. Verum cum negotia eius pro voto confici non potuerunt, suppuduit nos scribere; laboravimus quidem vehementer, ut Valentinus Therek bona D. V. remitteret, et id ut faceret etiam commissum ei fuit a rege, nullo tamen pacto ea ex manibus eius eruere potuimus. Optat nunc a rege, ut de aliquibus arcibus provideat. Quo facto pollicetur se omnia bona ecclesiarum restituturum. Sane regia Maiestas in eo est proposito, ut quomodocunque fieri poterit, liberet ab eo bona ecclesiarum. Qui etsi nihil videtur interim redditurus, tamen quamprimum cum eo conveniemus (quod quidem brevi futurum arbitramur), agemus rursum cum eo de bonis Dominationis Vestrae. Si alius esset rerum status, non magnus esset cum huiusmodi hominibus labor. Nunc in his tempestatibus rerum multa sunt regiae Maiestati ferenda. — — Dominationem vestram feliciter valere optamus; quae nos in gratiam serenissimae dominae reginae commendare non negligat. Vesprimii, ultima Novembris anno Domini 1533.

Oláh M. levelezése. Budapest, 1875. 430. l.

267.

Buda, 1533 deczember 1.

Frangepán Ferencz és Brodarics István közös levele de Casalis Gergelyhez, VIII. Henrik angol király római követéhez, János király kiközösítéséről és a lutheranizmus terjedéséről Magyarországon.

Magnifice domine et amice nobis honorandissime.

Salutem et servitiorum nostrorum commendationem.

Non videatur mirum, quod ad quedam in litteris Vestre D^nis^ ad alterum nostrum datis contenta, ambo respondemus. Id propterea etiam factum est, quod cum ab initio pari voluntate et equalibus studiis huic Maiestati Regie, domino nostro clementissimo, serviverimus: nunc etiam, nec in hiis, que scribimus, dissentimus. D^tio^

Vestra scribit pluribus verbis de negotio absolutionis ab excommunicatione contra regem nostrum iniuste lata, de qua re nos multa locuti sumus et tractavimus cum Maiestate domini nostri, cui nullo modo videbatur, quod debuisset pro talibus censuris tollendis instare, ut que fuissent late contra omne ius mundi. Nullum enim est tale delictum in mundo, propter quod rex debuerit ad instantiam et assertionem inimicorum, non citatus, non auditus, non convictus, nullis terminis iuris legitime servatis, excommunicari. Quod neque in privata quacunque persona debuisset fieri, multo minus in rege, et in tali rege, a cuius regno nunc salus totius christianitatis sine dubio dependet. Et propter hoc, cum sententia huiusmodi sit omnino nulla, prout a viris doctissimis tunc adhuc, cum hec in iniuriam regis promulgabatur, fuerat repertum et decisum: non videbatur regi, hanc rem magni faciendam, asserenti, potius esse officium Sanctissimi domini nostri retractare sua sponte ea, que in hunc modum fuissent acta. Inductus tandem est non sine maxima difficultate ad ea, que Vestra D^{tio} et frater eius dominus Franciscus intelliget ex hoc nuncio secretario regio, domino Andrea Corsino Florentino, et ex instructione sue Maiestatis, quam Vestra D^{tio} ab ipso accipiet. Iam Vestrarum D^{tionum} erit pro sua in regem propensitate agere apud Sanctissimum dominum nostrum, ut censure iste omnino tollantur. Sanctissimus dominus noster preter regis innocentiam et iustitiam deberet in hoc statum etiam presentem rerum suarum considerare. Nunc etiam (enim) eo ventum est, ut Hungaria inficiatur dogmate Luterano, de quo et nuper scripseram ego Sirmiensis aliqua Sanctissimo domino nostro, et in veritate miratus sum, quando ex litteris vestre dominationis cognovi illa displicuisse. Credimus nos teneri, pro ea devotione, qua et Sanctam Apostolicam Sedem, et privatim suam Sanctitatem prosequimur, certiorem facere suam Sanctitatem de hiis, que in istis regnis aguntur, ad rem sue Sanctitatis pertinent, et scribere ei veritatem; nam adulari in seriis perniciosum est, et tenemur admonere suam Sanctitatem de hiis, per que sola talibus morbis obviari potest: sed si sue Sanctitati et Reverendissimis dominis Cardinalibus male sonant talia in auribus, facile est nos a talibus abstinere et abstinebimus posthac, sed credimus nostram taciturnitatem plus obfuturam Sedi Apostolice. Nunc etiam non solum per oppida insigniora Hungarie palam docetur et predicatur Luteranismus, sed hic quoque Bude, rege connivente, cui quando de hoc loquimur, respondere solet, se esse excommunicatum; hoc tamen ab eo egre impetravimus, ut hic Bude prohibitum sit Luteri dogma

publice predicari usque ad reditum huius nuncii et secretarii. Nobis videretur, quod Sanctissimus dominus noster talia negligere non deberet, quia istud malum assidue latius serpit, et deberet regem absolvere et omnibus modis ad se allicere. Non desunt et ex Germania et aliis provinciis christianis principes et multi ex regni Hungarie primatibus, regem sollicitantes. Nos pauci facimus omnia nobis possibilia pro rege in devotione Sancte Sedis Apostolice retinendo, sed nescimus, si re in tantum adaucta et regis animo in tantum exarcerbato, ad hoc erimus sufficientes, presertim non sublata ista tali ac tam atroci offensa. Et credat sua Sanctitas, quod magne conditiones offeruntur regi, dummodo Luteranismum non prohibeat in regno et ditione sua. Dominatio Vestra consideret, si rex, a Sede Apostolica hoc pacto cum omnibus suis exagitatus, teneatur multum de hoc curare, et non potius cogitare de commodo suo et regni sui, presertim cum isti, quorum plena sunt omnia, magnis et evidentissimis, ut isti dicunt, rationibus probare contendunt, non agi de fide, sed de illis, de quibus (quando scripta nostra in tantum displicent) apertius non scribimus, sed utinam ex illis neglectis non veniant maiora mala et dampna Sedi Apostolice, quam hucusque venerunt. Consideret sua Sanctitas una cum Reverendissimis dominis Cardinalibus, in quantum hec res tam brevi tempore crevit. Quid in posterum futurum credit, nisi cito bonis, salutaribus et christianis remediis provideatur? Nos Vestre dominationi etiam atque etiam commendamus. Que felix valeat. — Bude 1. die Decembris 1533.

Vestre dominationis cordialissimi amici

Jo. (?) Fran. de Frangepan m. p. *Steph. Brodaryt*
Sirmiensis.

A levél külsején látszik a két pecsét helye és a következő fölírás: Magnifico domino Gregorio de Casalis, oratori serenissimi Regis Anglie apud Pontificem Maximum, domino et amico nobis honorandissimo.

Aut eo absente dno Francisco de Casalis.

Eredetije: Bibliotheca Cottoniana. Vespasianus. F. 1. 24—25. sz. — Nyomtatásban kiadva: Magyar történelmi okmánytár, londoni könyv- és levéltárakból. (Magyar Történelmi Emlékek első osztályának 5. kötete.) Pest, 1859. 186—188.

268.

Győr-Szentmárton, 1533 deczember 6.

Tolnay Mátyás, pápóczi prépost, a pannonhalmi apáttól és konventtől átadott egyházi szerekre (köztük Szent-István király kelyhére) 200 forint kölcsönt ad.

Ego Mathias de Tholna, prepositus Papociensis, secretarius magnifici domini Pauli Bakÿth, supremi capitanei hussaronum sacre regie Mattis, fateor... quod ego certa clenodia argentea domus et ecclesie s. Martini, videlicet tres calices ornatos et unum calicem s. regis Stephani cum sua patena, ac unam manum argenteam, necnon turribulum unum argenteum ac duo paria ampullarum deaurata levavi et accepi a Revmo dno Abbate et conventu sancti Martini titulo pignoris in summa vidlt ducentorum florenorum Hungaricalium, ita enim, ut ad festum Urbani pape proxime affuturum solvere tenear... Datum ex oppido sancti Martini in festo beati Nicolai episcopi anno domini 1533. Idem Mathias prepositus manu propria scripsit.

Eredetije a pannonhalmi főapátsági lt. c. 48. l. O.

Közli: Dr. KARÁCSONYI JÁNOS.

269.

Buda, 1533 deczember 10.

Brodarics István VII. Kelemen pápának. A lutheranizmus egyre terjed Magyarországon és mélyebb gyökereket ver. János királyt sürgetik, hogy a vallásügyet önhatalmulag változtassa meg. Azért ő Szentsége gondoskodjék alkalmas orvosszerekről. Ő és Frangepán érsek mindent meg fognak tenni, hogy a királyt és az országot a szentszék iránt való engedelmességben megtartsák. Mindezekről a szentatya Szondi Pál apostoli penitencziáriustól is tudomást szerezhet.

Sanctissimo Domino Nostro, Domino Clementi VII. Pontifici Maximo, Domino mihi semper Clementissimo.

Beatissime Pater et Domine, Domine mihi Clementissime. Post servitutis mee ad oscula pedum Sanctitatis V. humillimam commendationem. Expedito iam hoc secretario et nuncio regio d. Andrea Corsino, supervenerunt ad me littere V. Sanctitatis de negotio Lutherano, de quo ego nullam aliam ob causam scripseram ad Vestram Sanctitatem, quam ut Vestra Sanctitas simul cum sapientissimo senatu dignaretur in tempore providere hiis rebus, hoc morbo intantum ubique exaggerato: et nunc quoque hoc idem tamquam humillimus servulus Vestre Sanctitatis et isti Sacrosancte

Sedi addictissimus consulo. Necnon quomodocunque est Vestra Sanctitas de hoc edocta, malum assidue serpit et altiores radices agit. Rationes, quas Vestra Sanctitas commemorat, non nego esse optimas et validissimas: sed nihil a nobis adduci potest tam firmum et solidum, cui illi evangelio et divi Pauli scriptis non occurrant.

Pro concilio autem quantum instent et elaborent, nemini debet esse magis cognitum, quam Vestre Sanctitati. Non defuerunt nec desunt, qui hic quoque vehementer urgeant hunc regem dominum meum clementissimum, ut si alii principes cessant, ipse saltem in regno et ditione sua hanc rem discuti faciat, et quod verius et christiane pietati magis vicinum et consentaneum esse cognoverit, illud amplectatur. Que res his etiam diebus magna contentione coram eius Maiestate est acta, hoc ipso etiam nuncio presente et audiente. Itaque Vestra Sanctitas amore Dei adhibeat ad componendum huiusmodi controversias illa remedia, que ei videntur magis opportuna: quia res ista quanto magis non curatur, tanto magis invalescit.

Ego cum Rmo domino fratre meo, domino Colociensi nihil omittam, quod a me fieri poterit in rege hoc et regnicolis in devotione Sancte Sedis et V. Sanctitatis retinendo. Et hoc etiam eo alacrius, diligentius ac libentius, quod vehementissime cuperemus hunc pontificatum V. Sanctitatis non solum ab omnibus huiusmodi controversiis videre vacuum, sed rebus etiam omnibus aliis pacatissimum et florentissimum ob privatam meam et incredibilem erga Vestram Sanctitatem affectionem et observantiam. De pace inter hos principes nihil nunc aliud habeo, quam quod is ipse dominus nuncius refert, aut domini Casalii: poterit de hiis, que scribo, Vestra Sanctitas et a domino Paulo Zondino penitentiario Apostolico, quando ad Eam redierit, edoceri, qui multis interfuit et oculis vidit ea, que hic aguntur, et que a Sede Apostolica et a toto nostro ordine desiderantur.

Me et servitutem meam in gratiam Vestre Sanctitatis humillime commendo: Quam Deus conservet felicissimam et sospitem. Bude 10. Decembris 1533.

Eiusdem Vestre Sanctitatis

humillimus servulus et capellanus

Stephanus Brodericus Sirmiensis.

Theiner, Vetera monum. Slavorum merid. I. 626.

270.

Leibicz, 1533 deczember 28.[1]

«Mathias Slesita Viridemontanus» írja Feller Miklós selmeczi jegyzőnek, hogy megkapta meghívását Selmeczre, de biztosítékot kíván, mert nem teszi ki magát az utazás veszedelmének «absque speciali vocatione per litteras consulatus et provisione expensarum». Irt ez ügyben «V. d. Anthonio parrocho Bistriciano». Különben kérjen róla felvilágosítást «ven. dominus Anthonius parrochus Caschoviensis»-től is.

Mathias Slesita Viridemontanus recusat munus predicatoris Schemniciensis, absque speciali vocatione consulatus et provisione expensarum oblatum. Fautores suos Anthonium parochum Bistricianum et alterum Antonium parochum Cassoviensem nominat.

Eredetije Selmeczbánya levéltárában. XXV. fasc.

Közli: Dr. KARÁCSONYI JÁNOS.

271.

Brüsszel, 1533 deczember 28.

Oláh Miklós a lundi érsekhez és császári követhez írt levelében Mária királynét röviden jellemzi.

— — — — — — — — — — — — — — —

Litteras regias et tuas — reginae heri praesentavi. Non est opus secretarium Alemannum admonere. Nam regina sola eas diligenter de verbo ad verbum perlegit me praesente. Quae vero legit sive alemannice, sive gallice, sive latine, non modo intelligit, sed etiam retinet et meminit bene singulorum, ut aliquando ipsa secretarios, non secretarii eam admoneant; perspicacis est ingenii et acuti, rara est inter sexum mulier. Laboris patiens dum sana est, et singula brevibus intelligens: sed postea executionis tardioris. Si regem introspexisti a tam diuturna conversatione, quemadmodum ego illum (cuius etiam licet insufficiens sum secretarius et consiliarius) iam dudum cognovi, haec illi soror vera est non modo sanguine, sed etiam ingenio, probitate, virtute aliisque animi et corporis dotibus. — — Bruxellae 28-a Decembris 1533.

Oláh Miklós levelezése 437.

[1] «In festo Innocentium!»

272.

Gyulafehérvár, 1533.

Statileo János erdélyi püspöktől birákul kiküldött kanonokok a Kristóf és Gergely székesegyházi oltárigazgatók közt fölmerült peres ügyben az utóbbi javára itélnek.

Emericus de Weged Thordensis, Valentinus de Makra Crasznensis et Matthias Forro de Haporthon Zolnokiensis archidiaconi, nec non Demetrius de Soklyos artium liberalium magister et Lucas de Modrusya, canonici ecclesiae Albensis Transylvaniae et iudices in causa partium infrascriptarum, per reverendissimum in Christo patrem et dominum, dominum Joannem Statilium episcopum Transylvanum, consiliarium Regiae Maiestatis, specialiter deputati memoriae commendant, quod in causa inter honorabiles magistros Christophorum, bb. Fabiani et Sebastiani MM. ut actorem, et Gregorium s. Nicasii Episcopi et Martyris altarium in dicta ecclesia fundatorum rectores, ut in ius vocatum, ratione... petitionis directae et aequalis medietatis cuiusdam molendini... super fluvio Gáldpataka... habiti, per eundem magistrum Christophorum sibi et doti altaris sui praedicti praetensae ita deciderunt, quod dictus magister Gregorius suam intentionem coram ipsis testibus fidedignis et omni exceptione maioribus comprobasset. Ob hoc dictum molendinum et eius proprietatem dicto altari s. Nicasii [adiudicarunt?], perpetuum dicto magistro Christophoro silentium superinde imponentes. Hoc tamen per expressum declarato, quod dictus magister Gregorius singulis hebdomadis semel unam missam cum tribus collectis, prima pro Sacerdote, secunda: Deus, qui vivorum etc., tertia: Fidelium Deus omnium etc., legendo vel cantando celebrare debeat, suique successores universi debeant, perpetuis, futuris temporibus. Datum Albae Juliae feria... Anno Domini 1533.

Szeredai, Notitia veteris et novi Capituli ecclesiae Albensis Transilvaniae 151. l.

273.

Kassa, 1533.

Az 1533. évi számadások a városban levő szent Lénárt-egyházat illető szikszai szőlő és a városnak Szatmáry György érsek adta ház eladásáról.

«1533. Percepta commun. sat.

Sabbato post Valentini haben wyr vom Cristoff Kürszner am haus der nonnen entphangen fl. 8. Es ist zcw wissen, noch dem

der her Ambrosz Tanheuszer und her Konczs Haller haben ausz befel der hern des rots dy wayngarten sanckt Lenards zcum Sickso ligendend dem Olach Simon pro fl. 175 vorkaufft, haben wyr am freytag vor Valentini entphangen fl. 150.

Von des herrnn pischoffs hausz percepta. Item im jor 1533 am montag vor Zophie haben dy herrn des ganzcen rots inszamth der erbarn gemayn das haus des hochwyrdigen herrn herrn Gorgen erzcpischoffs zcw Gran seliger gedechtnesz, das sayn genod der statt zcw dem gestyfft gelossen und gegeben hot, dem namhafftigen, waisen herrn Paul Lipczky, dy zcaith stattrichter, recht und redlich vorkaufft pro fl. zcwelffhunderth alle jor zcw beczalen fl. zcwayhunderth pis zcu foller zcalungk.

Plebano sancti Leonardi (semmi).

Kassa város számadó-könyveiből. Közölte ifj. *Kemény* Lajos: A reformáczió Kassán. Kassa, 1891. 12—13. ll.

274.

Selmeczbánya, 1533.

Kivonat a selmeczbányai Szent-Miklós-kolostor gondviselőjének számadásából.

Register auff eÿnnemen der Kyrchen im Closter czu sanct Niclasch.

1533 ausgeb.

Item zu der osterkertzen und zu 4 stob kertzen waÿchs pfundt 4. den. 40...

Item dem wruder Jacob umb weyroch zu der osterkertzen den. 5.

Item dem Bruder Jacob geben wayx zu heylich leichnamtag pfundt 4. den. 40.

— — — — — — — — — — — — — — —

Item dem Bruder Hans geben wayx pfundt 4. den. 40.

— — — — — — — — — — — — — — —

Herr Emericus Prior den. 50.

Más kézzel: beleibt *(így)* er uns schuldig.

1536 Die 5. Julii ubergab mir Andreas Faulstich schuester diss register.

Számadástöredék Selmeczbánya város levéltárában. Fasc. XXV.

Közli: Dr. Karácsonyi János.

275.

Kelet nélkül (1533).

Mruck János, Szent-Tamás esztergomi prépostja kéri a királyt, parancsolja meg az esztergomi kapitánynak, hogy a káptalan által a király parancsának ellenére elvont fizetését a káptalan vámjövedelméből adja ki.

Sacratissima Regia Maiestas, domine clementissime. Superioribus diebus commiserat Maiestas Vestra Capitulo Strigoniensi, ut proventus prepositure sancti Thome fideli Mattis Vestre Joanni Mruk contrascribe alias Strigonii cum Sidonio, quibus interim, quod hic Wienne cum Sidonio expectabat, ut ratio ab eis acciperetur, eundem privaverat, reddere debuisset, Capitulum vero prefatum non modo huiusmodi proventus non restituit, sed anni huius decimis mensalibus et aliis proventibus eundem privavit in contemptum Mattis Vestre litterarum. Et quia Mattas Vestra comminata erat Capitulo in litteris, si non restitueret proventus, quod velit ex thelonio Strigoniensi contentum eum reddere: supplicat itaque Matti Vestre, dignetur domino Thome Lisskano capitaneo committere, ut de thelonio huiusmodi ipsum Joannem de proventibus suis contentum reddat, ex quo Capitulum sprevit mandatum Mttis Vestre. Gratiosam expectat super hoc relationem.

E. M. V[re] Sacr[me]

humilis subditus
Joannes Mruk,
prepositus sct. Thome Strigonii.

Hátán: fiat... Wien 24. Julii anno 1533.

Egy nyolczadív papir egyik oldalán, kelet nélkül. — *Bécsi cs. és kir. házi stb. levéltár: Hung. 1533. S. d. 98.* Közli: Bunyitay Vincze.

276.

Kelet nélkül (1533).

Bűdy Mihály, a munkácsi vár udvarbirája és Walki Mihály, ugyanazon vár várnagya azt kérik, hogy a vár őrségének fentartására Bereg és Ugocsa vármegyék adója nekik utalványoztassék és a beregszászi plébánia eddig élvezett jövedelme is meghagyassék.

Michael Bidi provisor et Michael Walki castellanus castri Munkach in litteris suis de 20 Octobris [1533 ex castro Munkach] ad Sebastianum Pempflinger datis... ut ad conservationem ulterio-

rem gentes servare valeant, petunt, ut Maiestas Vestra dignetur eis censum duorum comitatuum, videlicet Bereg et Vgocha assignare; et quia ex proventu plebanatus Beregzaziensis hucusque pro maiori parte gentes foverunt, supplicant, ne hoc disturbiorum tempore ab eo castro alienetur, alioqui revera negotium castri diminuetur.

A király számára készített levélkivonatok közt Maius J. csász. titkár kezeírása. — *Bécsi cs. és kir. házi stb. levéltár: Hung. 1533. Oct. 76. — U. i. 75 sz. a. Büdy és Walki idézett levele.*

Közli: Bunyitay Vincze.

277.

Bécs, kelet nélkül (1533).

Ferdinánd király értesíti Kassa városa biráit, hogy Serédi Gáspár, felső-magyarországi kapitány, a mislei prépostság és széplaki apátság javait Serédi György, Hajnal János, Onori Ádám, Chepeli János és Hrwssowzki Márton királyi vitézeknek elmaradt zsoldjuk kárpótlásául egyidőre zálogba adta, s ő, a király, abba beléegyezett.

Nos Ferdinandus... fidelibus nostris prudentibus et circumspectis iudici ac iuratis ceterisque civibus civitatis nostre Cassoviensis salutem et gratiam. Significamus vobis, quod fideles nostri egregii Georgius Seredy, Johannes Haynal, Adam Onory, Johannes Chepely et Martinus Hrwssowzky armigeri nostri partium superiorum iam certis vicibus venerunt ad nos suplicatum exposueruntque nobis, qualiter fidelis nobis dilectus egregius Caspar Seredy, partium superiorum regni nostri Hungarie capitaneus noster, pro ipsorum intertentione eisdem ad singulos menses per tres florenos dare promisisset, quos tamen secundum suam oblationem ob defectum sumptuum plene persolvere non potuerit, sed eisdem auctoritate nostra, qua in hac parte fungitur, bona preposititure Misliensis et abbatie de Zeplak ad numerum septuaginta aut circiter colonorum se extendentia ea conditione dedit et contulit, ut interim dum ipsis de premissa summa trium florenorum integre satisfactum fuerit, illis bonis libere uti atque frui, proventusque ex eis obvenientes pacifice percipere possint valeantque. Suplicarunt itaque nobis, ut eisdem facultatem elocandi vel impignorandi illa bona in summam mille et ducentorum florenorum concedere et annuere dignaremur. Unde nos eorum suplicatione exaudita et premissa collatione dicti Casparis Seredy confirmata, annuimus et concessimus eisdem, dantes omnem auctoritatem ac facultatem, ut si quempiam reperire possunt, qui ad bona dicte preposititure de Mysle et abbatie de Zeplak eisdem summam mille et ducentorum florenorum ad rationem

trium florenorum mensualium premissorum deposuerit et persolverit, libere possint valeantque ipsa bona tali homini omni iure impignoraticio possidenda locare et conferre, interim dum ipsi vel a nobis vel ex camera nostra vel unde commodius fieri poterit, pretacta summa mille et ducentorum florenorum integre persoluta fuerit, imo annuimus et concedimus harum nostrarum vigore et testimonio litterarum mediante. Datum Wienne.

Hátán egykorú kéztől: 1533. 34. Seredy missive.

Egy ív papir első oldalán keresztbe irott nyilt levél, kelet, aláírás és pecsét nélkül. — *Bécsi cs. és kir. házi stb. ltár: Hung. 1533. Nov.—Decz. 157.* Közli: BUNYITAY VINCZE.

278.

Kelet nélkül (1533).

Az egri püspökség őszi és tavaszi gabona, bor és pénzbeli jövedelmeiről és kiadásairól Serédi készítette kimutatás, Szalaházi Tamás egri püspök rendelkezésével.

I.

Summarium introitus frumentorum et vernalium in partibus in partibus *(így)* superioribus reverendissimo domino Agriensi provenientibus *(így)*.

Ex districtu Kyswywar pure provenerunt
frugum capecie I^{M} VIII^{C} $LXVII\frac{1}{2}$ M. X.

Ex districtu Rozgon provenerunt
frugum capecie II^{C} XIII. M. XIIII.

Ex districtu Zombor et Zemplyn provenerunt capecie I^{M} II^{C} LX.

Ex comitatu Borsod provenerunt frumenti cubuli II^{C} $LVIII\frac{1}{2}$.

Summa capeciarum III^{M} III^{C} $XLI\frac{1}{2}$, M. XXIIII, cubuli II^{C} $LVIII\frac{1}{2}$.

Introitus vernalium.

Ex districtu Kyswywar provenerunt capecie II^{C} $L\frac{1}{2}$ M. X.

Ex districtu Rozgon provenerunt capecie ... $LXXII\frac{1}{2}$ M. V.

Ex comitatu Saros provenerunt cubuli ... ... II^{C} XXX.

Summa facit capecias III^{C} XXIII. M. XV. cubulos II^{C} XXX.

Exitus frumentorum in capeciis.

Petro et Mathie Horwath in districtu Kyswywar ad rationem sallarii date frugum capecie ... ... II^{C} $XLIII\frac{1}{2}$ M. VIIII.

Stephano Bessenyey ad litteras reverendissimi domini date frugum capecie ... ... LXII.

Restant pure frugum capecie ... III^{M} $XXXIIII\frac{1}{2}$ M. XXI.

Exitus Vernalium.

Petro Horwath date capecie --- --- --- --- --- --- III½.
Stephano Bessenyey capecie --- --- --- --- --- --- I½.
Restant pure capecie III^{C} XIII. M. XXI et cubuli II^{C} XXX.

Item magnificus dominus Caspar Horwath exigere fecit decimas frugum ac vernalium de possessionibus subscriptis antequam littere domini reverendissimi advenissent: Janok, Bythews, Wayda, Pamlyn, Resthe, Bozytha, Lancz, Naghpeder, Kyspeder.

Introitus pecuniarum.

Ex frugum capeciis 300034 ∸ etiam si sic computaretur, quemadmodum nos et etiam dominus prepositus et vicarius Agriensis vendidit et locavit, puta per quattuor capecias, faceret summa f. VII^{C} LVIII½.

Ex vernalium capeciis III^{C} XIII per sex capecias ad unum florenum computandas provenissent --- --- --- f. LII. d. XVI½.

Ex vernalium cubulis II^{C} XXX provenissent f. XIIII. d. XXXVI.

Ex comitatu Saros provenerunt --- --- f. VIII^{C} XXVIIII.

Essent tamen restantie in pertinentiis Tharkew, Makowicza et Palocha, preter liberas civitates.

Ex districtu Kyswywar provenerunt f. I^{C} XVI. d. LXXXII½.

Ex Rozgon provenerunt --- --- --- --- f. II^{C} I½. d. VI.

Ex Zemplyn et Zeech provenerunt --- f. I^{C} X. d. LXXIIII.

Ex Warano iuxta arendas --- --- --- --- --- --- f. II^{C}.

Ex pertinentiis arcis Kewesd --- --- --- --- --- f. XXXII.

Ex comitatu Borsodiensi provenerunt frugum cubuli II^{C} LXVIII½, qui per quinque cubulos computandi, quia sic emi potuerunt, facit --- --- --- --- --- --- --- --- f. LI. d. LXX.

Ex bonis domini Losonczy vi extorsimus, quia arendare nescivimus et alioquin satisfacere noluerunt --- --- --- --- f. I^{C}.

Ex pertinentiis Zeplak, quoniam mediam partem habuit Stephanus Bessenyey, provenerunt --- --- --- --- --- f. XVI.

Introitus vinorum.

Zyxo in arenda facit --- --- --- --- --- --- --- --- f. II^{C}.

Myskolcz in arenda, uti dicitur, facit --- --- --- --- f. II^{C}.

Ex districtu Kyswywar, Fyzeerallya, Azalo et Zenthpether provenerunt vasa vinorum --- --- --- --- --- --- I^{C} XXVIII.

Ex pertinentiis Zombor et Lyzka provenerunt vasa vinorum I^{C} XXVI.

Ex Zemplyn et Bary vasa vinorum --- --- --- --- XLIIII.

Exitus pecuniarum.

Joannes Sayczlik Cassoviensis antea quam littere domini Reverendissimi advenissent ex certis possessionibus extorsit f. I^C^ d. L.

Egregio domino Francisco Horwath castellano arcis Zarwaskew dati --- --- --- --- --- --- --- --- --- --- --- --- --- f. I^C^.

Hátán egykorú kéztől: Ratio Domini Seredi 1533.

Egy ív papir négy oldalán pecsét vagy aláírás nélkül. — *Bécsi cs. és kir. házi stb. levéltár: Hung. 1533. Nov.—Decz. 145.*

II.

Dominus Seredi dabit nunc --- --- --- --- --- --- f. V^C^.

Mittet hinc ad dies octo --- --- --- --- --- --- f. V^C^.

Reliquam summam proventuum, quos hoc superiore biennio percepit, videlicet--- --- --- --- --- --- --- --- --- --- f. III^M^. solvet tunc, quando Tokay ab eo redempta fuerit aut transcripta pro summa maiore, quam nunc habet, a Maiestate Regia, aut aliqua permutatione de manibus ipsius excipietur.

Pretium decimarum, quas hoc anno percepit et percipiet Lyzka, Zerench, ceteras citra et vltra Tibiscum solvet ad festum Michaelis.

Moneta omnis sit proba.

Prepositi Sancte Marie Agriensis pars solvetur ubique, preterita, presens et futura.

Nos Caspar Seredi...

Egy félív papir egyik oldalán, nagyon hasonlít Szalaházi Tamás egri püspök írásához, valószinüleg az is; kelet és aláírás nélkül, de az előbbeni: *Ratio Domini Seredi 1533* mellett áll. — *Bécsi cs. és kir. házi stb. levéltár: Hung. 1533. Nov.—Decz. 146.*

Közli: BUNYITAY VINCZE.

279.

Kelet nélkül (1533).

Emlékirat Szűz Mária borsmonostrai apátságáról, nevezetesen, hogy annak kegyuri joga a magyar királyt illeti, minélfogva már Lajos király az apátságot Cziriáki Györgynek adományozta, kinek megerősítését az apátságban ez emlékirat szerzője kéri a királytól.

Memoriale ad Sacratissimam Regiam Maiestatem de Abbatia Sancte Marie, alio nomine Borsmonostra nuncupata.

Item. Abbatia ipsa unacum omnibus pertinentiis est in comitatu Soproniensi et fuit semper collata per reges Hungarie.

Item. Universa bona et possessiones eiusdem abbatie, que in comitatu Soproniensi sunt, [fuerunt] semper dicata et connumerata regi Hungarie, pecunieque earundem ad manus thezaurariorum eorundem administrate.

Item. Dicatio et connumeratio ipsorum bonorum modo premisso facta ab anno Domini 1506 constat Domino Strigoniensi, qui ab eodem tempore novit omnia fere regesta thezaurariorum regni Hungarie.

Item. In anno Domini millesimo quingentesimo decimo quinto religiosus quondam Zakarias abbas Sancte Marie patiebatur diversas turbationes, iniurias et molestias a magnifico quondam Joanne de Kanysa, qui pretendebat habere ius patronatus in abbatia ipsa, allegabat enim, illam ex bonis predecessorum suorum esse fundatam.

Item. Idem quondam Zakarias abbas cupiens evitare iniurias et molestias ipsius Joannis Kanysay, supplicavit serenissimo quondam Ladislao regi Hungarie medio reverendissimi quondam domini Gregorii archiepiscopi Collociensis, tunc cancellarii, in conventu sacratissimi quondam Maximiliani imperatoris hic Wienne celebrato, ut eundem per suas litteras commendaret protectioni [et] tutele generosi domini Joannis Maraksy, tunc capitanei arcis Kewzeg, ne illi tempore Joannis Kanysaÿ ulterius sibi iniurias inferre possit, non tamen per hoc alienavit a corona regni Hungarie.

Igitur supplicamus Sacratissime Regie Maiestati, tanquam Domino et Regi nostro gratiosissimo, dignetur abbatiam predictam, que nunc vacat, conferre, ut rex Hungarie, Georgio Cyryaky, qui alioquin habet optimum ius in ipsa ex collatione quondam serenissimi regis Ludovici, predecessoris et sororii Sue Maiestatis, nolitque eam contra libertatem et iura regni Hungarie, ad quorum observationem Sua Maiestas obstricta est, ab eodem regno qualitercunque alienare.

Egy ív papir két oldalán, kelet, aláírás és pecsét nélkül, de egykorú kéztől. — *Bécsi cs. és kir. házi stb. levéltár: Hung. 1533. Decz. 148.*

Közli: Bunyitay Vincze.

280.

Kelet nélkül (1533).

Salius Jeromos, ki Sydonius Márton leköszönésével az esztergomi olvasókanonokságot elnyerte, azon engedélyért folyamodik, hogy megkezdett tanulmányait még négy évig folytathassa.

Hieronimus Salius lectoratum Strigoniensem per resignationem Martini Sydonii nuper adeptus, petit indultum quatuor annorum, quibus possit cepta studia prosequi, ut sibi nihilominus de debitis beneficii illius proventibus in absentia sua respondeatur et super hoc sibi litteras gratiosas dari petit...

A király számára készített levélkivonat, év nélkül. — *Bécsi cs. és kir. házi stb. levéltár: Hung. 1533. Decz. 162.*

Közli: Bunyitay Vincze.

281.

1534 január 1. vagy 2.

Simontornyai Gergelynek, Bebek Imre prépost titkárának levele Coelius (Bánffy ?) Gergely pálos-szerzeteshez.

Frater in Domino dilectissime. Gratia et pax a Deo Patre per Jesum Christum ut tuae dominationi adiiciatur, votis omnibus postulo. Ut Postillam patris Lutheri dominatio vestra habeat, admoneo; nam sol hic ea Postilla librum elegantiorem non vidit. Vale. 1534.

282.

Gombaszög, 1534 január 3.

Coelius Gergely válasza Simontornyai levelére.

Pax tibi, frater. Libenter legerem Postillas, quas mihi ultro et satis amice persuades, nisi τέρας i. e. monstrum essent. Verum quum mihi proletarii non multi placeant, adduci non possum, ut ingenium cuivis committam. Deo gratias, qui mihi veritatem in sensu scripturae sacrae aperuit, quae me caeterum dirigat in negotio fidei ac salutis, ut non opus sit damnatis quorumdam Postillis, mere mendacibus, mere vanidis. Ab auctore illo, quem commendas, publicis ecclesiae ac Sedis Apostolicae interdictionibus prohibeor, alioquin forsitan,

tua dumtaxat commendatione, dummodo legendi facultas occurreret, legerem. Nolo enim cum mulierculis Salamonis facere commercium, ne abducar. Dicam apertius: nolo Germanica illuvie inquinari, eo quod timeam Dominum, qui mihi proposuit non Lutherum desertorem, sed Petrum pastorem, cui dixit: «Pasce oves meas». Ego ex his ovibus sum, qui pascor institutis Christi et summi pastoris eius, maxime cum scriptum sit Prov. 22: «Ne transgrediaris terminos antiquos, quos posuerunt patres tui». Termini antiqui decreta pontificia sunt, quae transgredi fas non est omni auscultanti ad Christum et ad pastorem eius. Te vero homo amice, quisquis es, ob favorem, quem in me singularem geris, et amo et observo, oroque Dominum, ut viam sinceriorem mandatorum Dei invenias et percurras. Vale et nube felix detectus pectora, vive. Ex Gombaszegh tertio Circumcisionis Domini die. 1534.

283.

1534 január 5.

Simontornyai G. levele Coeliushoz.

Gregorius Musophilus a Simontornya, sincerioris theologiae alumnus, secretarius reverendi et magnifici domini Emerici Bebek, tuus frater deditissimus. Erudite amice, frater in Domino dilectissime. Gratia et pax a Deo Patre misericordiarum per Jesum Christum ut tibi ubertim adiiciatur, votis omnibus precor. Accepi, mi frater, litteras tuas amoris sinceri fraternique plenas, quas, dispeream, si non ex animo libenterque legi. Ut tamen ingenue fatear, quod sentio, video te decretis pontificiis plus iusto addictum esse et paternas mordicus tenere traditiones. Sanctissimi enim patres nostri, qui divo Petro successerunt, relicta veritatis via (ut Petrinis utar verbis), fecerunt sibi decreta et extravagantes nescio quas, et vereor, ne in campis Elisiis apud inferos cum diis manibus usque in hunc diem vagentur citra ullum refrigerium; nam, teste divo Petro, seducti sumus per magistros mendaces, ut Israelitae per pseudoprophetas. Non enim pontificia iura, sed suum filium dilectum paterna vox de coelo audiri iubet. Ubi vero, frater deditissime, nequis tuum ingenium scriptis fratrum tuorum (quibus post Apostolorum tempora nemo nec rectius, neque etiam sanctius de christianismo sensit) credere, videris, ut pace tua dixerim, nimis esse pusillanimis. Si enim Spiritus Sanctus, cuius sint spiritus, probari praecipit: audenter, mi amice, et animo Herculano omnia scripta tuorum confratrum ad

scripturam sacram velut ad lydium lapidem exigas, rogo. Ad scripturam enim sacram, tanquam ad anchoram sacram nobis est confugiendum. Non enim papistica instituta, sed scripturas sacras Christus scrutari nobis mandavit. Statuta enim, iura, decreta, summularia, extravagantes, et ut uno verbo complectar omnia, omnes humanas traditiones fortiter et strenue apostolica convellunt scripta, Christusque inprimis enervat Matth. 15. inquiens: «Omnis plantatio, quam non plantavit pater meus coelestis, eradicabitur». Metuis colluvie Germana infici? sed interim non formidas Antichristi discipulum agere. Lutherum desertorem obiicis? bene dicis, si antichristianae factionis transfugam intelligis. Salamonis in Proverbiis sententiam, ut accipio, non tenes probe, nam pontificia decreta et id genus nugarum nunquam illi sapientissimo in mentem venerunt. Si vero concilia, patres, universitates et eremitas veteres mihi occinis, ego tibi insusurro Christum et evangelium eius. Si pergis conciliorum auctoritate me onerare, ego tibi, frater mi, tanquam homini amico, commonstrabo omnia post Apostolorum aevum errasse concilia. Nam in Nicaena synodo unus et unicus Pafnucius, et quidem monoculus, plus damna ecclesiastici coelibatus, quam 80 et aliquot episcopi, perspexit. Si vero futura concilia praestolaris, pereundum erit nobis, si differatur pietas, quousque omnes adversarii nostri persvasi erunt. Pro eo enim, quod dilectionem veritatis non recepimus, ut salvi fieremus, emisit Deus efficaciam illusionis, ut credamus mendacio, qui veritatem non suscepimus. Ducti enim sumus ad simulacra muta: nam si papa stat, Christus cadit; si Christus stat, papa cadit. Apud Germanam illuviem (miror, quod gentium faecem non adieceris) papistica tyrannis labefactata est, nam imperium Germanicum electores illos archiepiscopos, hoc est apostolos Antichristi in aevum abiecit, ne quid in re saeculari decernant. Amice, quamvis te nondum in carne viderim, libenter tamen ob diligentiam tuam, quam in Musas et literas sacratiores prae te fers, complector et utinam possim ore ad os loqui, ut intelligeres, papistas omnia sacra profanasse et omnes haereses in sese recapitulasse. Nam si hactenus nondum tenuisti, nunc accipe, mi amice, papam Antichristum esse et omnes creaturas eius sectasque esse Antichristi apostolos et discipulos, a quibus totus orbis seducitur. Vale frater animo meo amantissime et monitus meliora sequaris et viam meliorem alacriter percurras. Nam ego novi, in quo valetudinario iaceas. Commendo te gratiae Dei. Datae in desertis Hungariae in profesto Epiphaniae. Anno 1534.

284.

1534 január 9.

Coelius válasza a Simontornyai levelére.

Accepi tuas hyperaspistes, imo meas correptiones, homo amice, quibus blande admodum, perinde ac scorpius Apocalypseos, cumprimis humana facie ludis. Ceterum autem, Deum immortalem, quam noxius sis, quantumve veneni aculeata cauda suffundas, incredibile est. Graves tuae blasphemiae spicula tincta veneno, quibus velut alter Goliath in immensum evectus, tumide gloriaris, iactas verba, is, redis, nec spatio caperis; vibras hastile, exsecraris, carpis, sugillas, laceras, damnas, acsi nunquam tibi Pauli praeceptum occurrisset, quo festiviter ait: «Nolite ante tempus iudicare, quoad veniat Dominus, qui illuminaturus est abscondita tenebrarum et manifestaturus secreta cordium»; nihil omnino attendens, quid idem Dominus, iudex vivorum ac mortuorum, caveat praecipuis in praeceptis, dicens: «Nolite iudicare et non iudicabimini». Neque enim hoc maius sequi poterit malum. Care frater, longe aberrare te a vero scopo video, quod in sermone statuas regnum Dei et non magis in pietate, cui contrarium adstruxit Paulus dicens: «Non in sermone esse regnum Dei, sed in virtute». Fide gloriamini vos universi, qui in stadio Lutherano statis otiosi, acerbissimi homines, quos iam pridem evomuit ex ore suo Christus, ut abiretis in reprobum sensum; ut contumeliosi essetis in superos primum, deinde in pium quemque. Sed insana valde temeritas est et intolerabilis arrogantia ea gloriari, quam quis semel impietate sustulit, a seque abdicavit. Et quis unquam fidem sine pietate ac sanctis operibus prae se tulit? Nunquam fides tam infida fuit, nunquam tam contumeliosa, nunquam tam blasphema, nunquam tam vaga libidine saturata. Video, ascendit nunc fumus putei abyssi, exierunt locustae, data est illis potestas scorpionum terrae, quarum cruciatus in percussione hominum saevit; similitudo earum haudquaquam absimilis equis paratis in proelium; in capitibus singularum quarumque tanquam coronae aureae sunt; hae habent capillos, sed mulierum; ora earum ora leonum, saevis armata dentibus, loricae ferreae circumplectunt eas, voces earum, ut curruum, perstreperae ac fortes; iam regem super se habent, angelum abyssi, cui nomen Apollion, quod latine exterminans est. Qui habet sensum, intelligat, quia magni Antichristi praecursores ii sunt haeretici, quos modo seculum nostrum habet. Utinam non esses unus ex eis, qui iugum iam

pridem a cervice excussisse videris. Ceterum sanctissimi, ais, patres, qui divo successerunt Petro, relicta veritatis via, fecerunt sibi decreta, summularia, extravagantes: quos impie vereris etiam, ne campis in Elisiis usque hunc in diem apud inferos cum diis manibus vagentur, per quos seducti sumus, utpote magistros mendaces, ac Israelitae per pseudoprophetas. Quid hoc est, frater, quod ais? Cur in divos patres veheris? Cur funesto probro insimulare eos non metuis? Converbera in os patrem carnis tuae, et inexpiabile facinus est; sanctissimos spirituum progenitores infama, et ineluibilis noxa est. Illi magnifica gloria recepti Deo reddunt cantica, et nos miselli homunciones contra mutire adhuc audemus. Sed forsitan inconsiderate haec iniuria tibi excidit, aut felicius me tentare voluisti? cedo. Dilectum filium paterna vox e coelo audiri iubet, sed nec columnas reiicit, quibus abunde largitus est spiritum suum Christus, ut communiat universum superaedificium, alioquin labefactetur, necesse est. Da mihi verbum in pontificiis decretis, quod pietatem abroget, fidem rescindat, et eiuravi. Pro crimine mihi ducis, quod non in quemvis committam ingenium? Hoc non crimen, sed summa religio est; utinam sic protoplastes ille fuisset pusillanimis, ut nunquam impostori aures praebuisset! minus equidem gemeremus. Nunc vero ad maximam temeritatem quantum mali accesserit, vides. Tunc me dehiscat terra, quum id in mentem venerit, ut factioni Lutheranae consentire velim. Ceterum impudentia summa est iactare, post Apostolorum tempora neminem neque rectius, neque sanctius de christianismo sensisse tuis monstris horrendis, apostatisque fratribus, quibus iam pridem lumen ademtum est; quorum ego spiritum satanicum probavi subdolum, impostorem, mendacem, multis incautis imponentem. Et horum scripta venenata et inusta velut gladiatorio, me integrum, sincerum, intactum iubes corripere? Generosum sane consilium, ut eadem scabie inficiar, eodem laborem morbo. Non sum ego is, nec futurus sum, donec spiritus hos reget artus, ut hanc scabiem amem, morbum hunc subeam volens, cui sinceritas in professione est; neque committam, ut Lutheranum me iudicet Christus, sed probet Christianum. Aio: scrutari iussit Christus scripturam sacram, quod ea ipsa testimonium perhibeat de ipso, quo citius fide recipiatur; sed numquid non fidei sacramentis semel initiatos vult pasci et sanctorum postillis eorum, qui puritati steterunt? An non stabulario, datis prius duobus numismatibus, ait: «Quidquid supererogaveris, quum redux rediero, reddam tibi?» Accipis, scio, quid numismata sint, quia vetus et novum testamentum; supererogatio instituta ad haec sanctissima quaeque, quae

digna mercede affecturus est Christus. Sed in quaestione apud vos versatur, quis ille stabularius sit? et forte plus ad monstrum Lutherum, quam ad dominum sanctissimum, Petri successorem (cuius sedem gravissimo miraculo et potentissima virtute Romae firmavit Christus) deflectitis? Agite licet more vestro, donec ea caecitas manebit in vobis: nobis alius non erit stabularius, quam quem praefecit Christus, quem et attendi iussit ab omnibus in eo verbo: «Pasce oves meas». Si curam praesidentiae pastori iniungit, citra dubitationem iniungit et obedientiae munia subditis. Sed vos rebelles estis, dura cervice et incircumcisis cordibus atque auribus, ut meditemini ac auscultetis contra legitime praesidentis auctoritatem, cui falso impostoris titulum tribuitis, tametsi non sine praeiudicio manifestaque damnatione vestra. Sed decreta pontificia vobis odio sunt, quia sanctissima sanctissime a Spiritu Dei in moderamen universalis ecclesiae data. Vos autem non estis huiusmodi, qui iugum sacrosanctae obedientiae (obedientiae, inquam, quam Domini iussu summo et ei Romano pontifici, Petri successori debemus omnes) vobis ademistis, dicentes ex Actis Apostolorum: «Magis fore obediendum Deo, quam hominibus». Atqui hoc titulo quam nihil non impie agatis, «curam carnis in desideriis facientes», luce praeclarius constat. Homo amicus sum, libere apud amicum loquor: quidquid ad scripturam sacram adiecit Spiritus Sanctus postea, sive ad publicum regimen, sive ad morum correptionem, sint decreta, sint summularia, sint extravagantes, sint alia: sufficit nobis non esse Lutherana, ideoque recipienda. Manifestissimum mendacium est et fumus putei abyssi, universas hominum traditiones apostolica convellere scripta, quum illae pro his sint et haec pro illis, ut adglutinavit Spiritus Christi, cuius directione moderatur regiturque ecclesia. Male allegas ex Matth. 15. «Omnis plantatio, quam non plantavit pater meus coelestis, eradicabitur» in hominum sanctorum traditiones, quum magis debueras in vos et eiusmodi haereticos eam adducere auctoritatem, qui plantatio non patris coelestis estis, sed nescio cuius? Dicam aperte: altitudinis Satanae. Eratis quidem plantatio Dei, donec pie sentiebatis, agebatis pie, sed modo non estis. Illuvie enim Germana infecti estis et in aliena conventicula hortulosque carnis, quos non agnoscit Deus, transpositi estis, ut ecclesiae sanctam civitatem foris circumeatis, nec ingrediamini famelici. Neque enim vobis ad pastum facit sanctum Dei evangelium, quod cibus filiorum sit, cum quibus stat Christus; nam et in medio septem candelabrorum aureorum versari visus est iens ac rediens, omnibus aeque suppetias ferre paratus. Ego futura concilia nihil praestolabor, cum in

praeteritis abunde decretum sit, quidquid erat decernendum, nisi ut vos exterminaremini, ne tanta blasphemia maneret in vobis. Stat Dominus cum vicario suo, sancto domino nostro papa, nec cadit; cuius minister primus et praecipuus mihi papa est, sacrosanctae Romanae sedis episcopus, a quo teneo omnia post Christum, qui est pontifex maximus secundum ordinem Melchisedech, nec erro. Sed iam receptui canam, iam vela complicabo, tametsi invitus, quod scribendi otium non sit. Vides, et haec quam disiectis litteris sint composita. Hoc unum pro celeuma[te] nautico habe: non papistas, ut tuo verbo utar, sed Lutheranos sacra profanasse omnia, omnesque haereses in sese recapitulasse, ut nihil ab hisce monstruosis locustis maneat sincerum, nihil sanctum, nihil a morsu tutum, a quibus iam fere totus orbis seducitur; sed non ultra desaevituri, quam Christus illis tempus praefixit. Vale et, si sapis, sequere sanctiora. Datum ex Trimonte V. Idus Januarii 1534.

Mind a négy levél *Benger:* Annalium ord. fratrum eremitarum s. Pauli primi eremitae volumen secundum. Posonii MDCCXLIII. 181—187. Közölték (egyes kihagyásokkal és hibákkal) *Katona* XX. 903—913; *Fejér György:* Iurium ac libertatum relig. et eccl. cath. codicillus dipl. Budae 1847. 52—55; *Dézsi Lajos:* Szent Ágoston reguláinak magyar fordítása Coelius (Bánffy) Gergelytől. Budapest, 1900. 41—45.

285.

Brüsszel, 1534. január 11.

Oláh Miklós három levele Pemfflinger Sebestyénhez, a miskolczi plébánoshelyetteshez és Neszmélyi Demjén diósgyőri alkapitányhoz, a tapolczai apátság és a miskolczi plébánia ügyében.

Ad Sebastianum Pempflynger. — — Litteras ad vos plures hinc dedi, ad quas nullum habui responsum. Non parvum angor et sollicitor, quod nesciam, quomodo res meae abbatiae istic ordinaveritis et quem procuraveritis meo nomine ad proventus illius curandos? Quo pacto etiam ille viceplebanus de Myskolcz, quem in provisorem meum istic locastis, meas res istic gerat? ab eo enim nullas unquam litteras accepi. Quare rogo te plurimum, ut tam de abbatiae meae rebus ac proventibus, quam, quo pacto istic servitia divina constituta a te sint, fac me certiorem; et committas viceplebano de Myskolcz, ut et ipse de rebus plebaniae ad me scribat. — Bruxellae 11-a Januarii, anno 1534.

Ad Viceplebanum Myskolcensem. Superioribus temporibus scripseram ad te, ut me certum redderes de rebus plebaniae, quomodo scilicet eas curares, et quid iam a biennio percepisses. Nullum

responsum hactenus habui. Quod nescio, in quam partem sim interpretaturus. Rogo te, de his fac me certiorem et cures, ut primum servitia divina et alia onera plebaniae, me absente, non negligantur, deinde, ut ego quoque damnum non patiar. Tuum laborem et curam, quam in mea absentia in rebus primum divinis, postremo meis privatis praestiteris, omni gratitudine, cum Deo dante hinc reverti potero, cumulate rependam. Vale. Bruxellae 11-a Januarii 1534.

Ad Damianum de Nezmel Vicepraefectum arcis Diosgyewr. — — Plebanatum istum de Myskolcz ex petitione Sebastiani Pempflynger amici mei reliqueram bono illi viro, qui nunc in eo est, ut esset vicarius meus et servitiis divinis primum, deinde meis istic rebus provideret. Abbatiam etiam de Thapolcza reliqui sub protectione eiusdem Sebastiani, ut ad proventuum illius administrationem nomine meo aliquem honestum virum ordinaret. Nescio, quid in utrisque rebus meis actum sit et agatur?... Quantum post ipsum Pempflynger potes, cura, ne in absentia damnum patiar... Bruxellae 11-a Januarii. 1534.

Oláh Miklós levelezése. 441—442. ll.

286.

Selmeczbánya, 1534 január 17.

Langnikell Lajos volt selmeczbányai ispotály-káplán elismeri, hogy az ispotálynak Piesth Seifrid kamaragróf adta ezüst ámpolnákat és feszületet zálogba tette, de kötelezi magát, hogy egy év alatt azokat visszaszerzi és Piesth Seifrid kezébe adja.

Ich Ludwig Langnikell etwann kaplan in dem Spitall auff der Schemnitz bekenn für mich und all mein Erben, nachdem ih von dem Spitall daselb zwaÿ sylber vergultt mess kendll und ein gross pacificall umb ein summa gelth versetztt hab, die der edel und fester her Seifrid vom Piesth Camergraf Gott Gnod zu dem Spitall verschafft hat, derhalben versprich gelob ih bey mein eren und trewen dem edlen und vesten Seifriden von Piesth... obgemelt zwaÿ kandll sampt dem Pacificall... mitt meinen aignen gelltt onn all ier kost und mue im Jarssfristh lösen und inen zu ieren aignen hand... zustelen... *Ez ügyben egyik tanú:* Herr Bartlm Kremnitzer der zeitt prediger auff der Schemnitz. Actum auff der Schemnitz denn 17 Tag Januarij Anno 1534 Iar[!]

Eredetije Selmeczbánya város levéltárában. XXV. fasc.

Közli: Dr. Karácsonyi János.

287.

1534 január 25.

A szepesi káptalan hivatalos tanuságot tesz arról, hogy Miklós, szentantal-rendű keresztes lovag, daróczi perjel Illésfalu (Sperendorf) határán, a Hernád vizén épült malmát az illésfalvi birónak és községnek százhuszonöt aranyforintért eladta.

Nos capitulum ecclesie Scepusiensis memorie commendamus tenore presentium, significantes quibus expedit universis, quod nos ad iustam et legitimam petitionem venerabilis ac religiosi fratris Nicolai, cruciferi ordinis Sancti Anthonii, preceptoris ecclesie de Darocz, qui propter grandevam corporis sui etatem ac imbecillitatem, crebrasque senilis etatis egritudines viribus exhaustus esset adeo, ut nostri vel alterius loci credibilis adire nequivisset in presentiam, duos ex nobis, videlicet venerabiles magistros Salamonem de Eperies et Georgium de Waralya, fratres et concanonicos nostros pro audienda fassione predicti fratris Nicolai, cruciferi, nostro pro testimonio fidedignos duximus destinandos, qui demum exinde ad nos reversi, nobis conscientiose retulerunt eo modo: quomodo ipsi feria quinta ante festum Conversionis beati Pauli Apostoli proxime preteritum ad faciem possessionis Darocz predicte, consequenterque domum habitationis, sive solite residentie predicti Nicolai cruciferi in eadem habitam, accessissent, ibique idem frater Nicolaus coram prefatis testimoniis nostris personaliter constitutus, sponte et libere confessus est et retulit in hunc modum: quomodo ipse matura inter se deliberatione prehabita, considerans et in animo suo perpendens, quoddam molendinum suum in fluvio Hernad vocato, in vicinitatibus metarum oppidorum Iglo ac Somogy et in metis oppidi Sperendorff vocati, in comitatu Scepusiensi existentis, habitum, constructum et erectum, propter loci distantiam et longinquitatem sibi et ecclesie sue predicte parum utilitatis et commodi afferre; vellet itaque idem frater Nicolaus, Crucifer, aliud quoddam molendinum in facie dicte possessionis Darocz super fluvio per medium eiusdem possessionis decurrente pro maiori utilitate et meliori commodo suo et ecclesie sue noviter erigere et edificari facere: ob id ipse predictum molendinum suum super fluvium Hernad, ut premittitur, edificatum et constructum simul cum cunctis suis utilitatibus et emolumentis et pertinentiis quibuslibet utcunque nominatis, de iure et ab antiquo ad idem molendinum spectantibus et pertinere debentibus, circumspectis iudici et iuratis civibus ac toti communitati oppidi Sperendorff, ipsorumque heredibus et posteritatibus universis in et pro

centum et viginti quinque florenis auri, ab eisdem, ut dixit, plene levatis et receptis dedisset, vendidisset et inscripsisset, imo dedit, vendidit et inscripsit coram prefatis testimoniis nostris iure perpetuo et irrevocabiliter tenendam, possidendam, pariter et habendam, nullum ius, nullamve iuris et dominii proprietatem sibiipsi aut futuris successoribus suis in predicto molendino per amplius reservans, sed totum et omne ius, omnemque iuris et dominii sui proprietatem, quod videlicet et quam ipse aut successores sui in predicto molendino haberent vel in futurum quoque sese habere sperarent, in et ad prefatos iudicem et iuratos, totamque communitatem dicti oppidi Sperendorff, ipsorumque heredes et posteritates universos transtulisset pleno iure et cum effectu harum nostrarum, pendentis et authentici sigilli nostri munimine roboratarum vigore et testimonio litterarum mediante. Datum in prescripto festo Conversionis Pauli Apostoli, anno Domini 1534.

Szepesi káptalani országos levéltár: Protocollum anni 1522. alias 2. fol. 75.b

Közli: Bunyitay Vincze.

288.

Buda, 1534 január 27.

Musaeus Ágoston értesíti Simon zágrábi püspököt, hogy Tranquillus titkár Erdelyből egészségesen és sok ajándékkal, nevezetesen egy gazdag főesperességgel felboldogítva, visszaérkezett; továbbá, hogy Bebek lutheránus, egy görög származású aranyműves szegény s eléggé csunya leányát vezetvén oltárhoz, az eskető pap szavába vágott, mondván: nem a római egyház, hanem az evangéliom szerint lépek házasságra, s azért fogságra is vettetett.

Augustinus Musaeus doctor Simoni Episcopo Zagrabiensi. Bude XXVII Januarii MDXXXIIII.

... D. Tranquillus secretarius D. Illustrissimi reversus est sanus et letus e Transylvania, multis muneribus a Reverendissimo Statilio, presertim vero pingui archidiaconatu donatus. Nunc autem infra dies quatuor vel circa reversus est ad Illustrissimum Gubernatorem, quem iam esse in itinere et citra Adernopolim, proxime elapsis diebus Turcha quidam a Belgrado Budam cum venisset... retulit... Existimo preterea Dominationi V. Reverendissime innotuisse hactenus, quatenus quartadecima die mensis huius, qua ipsa die fuit novilunium et solis eclipsis, D. Bebek Lutheranis dogmatibus imbutus, pauperculam et degenerem, eamque satis dedecorem puellam, Greca natione oriundam, aurifabri cuiusdam predefuncti filiam desponsavit publice et dum sacerdos verba faciens de more

et matrimonium huiusmodi iureiurando obstringeret iuxta ritumque dixisset Romane ecclesie: restitit ei D. Bebek, et ait: ne Romanam ecclesiam mihi nomines, sed iuxta evangelium dixeris, iuxta cuius libertatem hanc ego desponso mihi in uxorem. Obstupuit presbyter, obmutuitque ac per magnum hore spatium siluit horrore plenus. Tandem desponsata est puella. Rumor ad regias quum pervenisset aures, iussit eum rex coacto consilio detineri in castro, ubi usque hodie detinetur sub custodia, nec quisquam solum eum alloqui permittitur, sed presente castellano, aliisve per regem ad hoc ordinatis. Mathias etiam quidam Lutherane heresis predicator, qui publice in domo D. Bebek predicabat, favore ipsius confisus et adactus, in turri magna castri trusus servatur. Dominus episcopus Quinqueecclesiensis est palam pro Bebek, illiusque partes mordicus fovet et tenet, non sine admiratione prudentum virorum. Cum eo nulli sunt gravitatis viri. Dominus Archiepiscopus preclarum facinus aperte damnat, detestarique privatim et publicitus non cessat, quibus factum est, ut inter utrumque simultates orte sint, atque illis non bene conveniat. Servatur tamen in castro D. Bebek; quis aut qualis futurus sit huius tragedie finis, res ipsa declarabit. Puto, quod in adventum D. Illustrissimi Gubernatoris ac presentiam, congregatis universis tum prelatis, tum magnatibus ac nobilibus regni, res D. Bebek terminanda asservetur; sed et illud non omittam, quod de hac re, que illius iam animo insidebat ut faceret, per Andream Corsinum Regie Maiestatis nuncium, paucis ante diebus ad christianissimum regem expeditum, ipse D. Bebek Sanctam Sedem Romanam consuluerat, etiam, ut sibi indulgeret Summus Romanus Pontifex, supplicarat, et non expectato responso, imo quando evidenti discensa (discernenti?) ratione duce satis aperte coniectari poterat, supplicationem adhuc in conspectum Summi Pontificis pervenisse non potuisse, sed magis in media via vix esse, in contemptum illius Sedis, quam supplex et tamquam subditus,[1] quique dum sacri presbyteratus ordines ab episcopo, qui a Romana ecclesia episcopatus authoritatem susceperat, in obedientiam S. Romane ecclesie super sacra Dei evangelia iuratus est, stulta quadam (quam ipsi perperam vocant evangelium) et sibi ficta libertate ductus puellam sacerdos desponsavit. Quam etiam, postquam detentus est, ait, sese velle in uxorem omnino habere, eaque ut uxore uti, vel si caput et omnem substantiam sit amissurus. Unde et illam in castrum quoddam suum, arcemve munitam clam traduci fecit, honorificeque

[1] Fors omissa est adierat.

et indutam et equitibus multis associatam; aitque, quod hactenus, dum pessimus extitit et pessime vixit, omnes illi applaudebant, nunc vero, quando iam incipit esse velle bonus et secundum Deum vivere, incarceratur et detinetur, totusque orbis insurgit in eum.

Lettere di Principi a Clemente VII. Vol. VIII. — Ábel Jenő másolata.

Közli: BUNYITAY VINCZE.

289.

Bologna, 1534 februárius 10.

Ladányi Gergely, szent Domokos-rendű növendék rendje magyarországi tartományi főnökéhez intézett levelében leírja saját, valamint tanulótársainak állapotát az olaszországi egyetemeken és kéri, hogy a baccalaureatusságra adott engedélyét a rend generálisa által megerősíttesse.

Post mei humilem commendationem. Salve mi pater amantissime, cunctisque mortalibus precolende ac metuende. Cum non solum necessitate urgente, verum et amore filiali tenear Vestram Reverendam Paternitatem litteris invisere, de suisque filiis studentibus Eandem consolare, nactus aliquantulam scribendi facultatem, hec scribenda censui. Omnes namque in ista congregatione degentes, Deo propitio benignissimo, valent studiisque literarum, prout vires eorum suppetunt, iugiter invigilant, adeo ut nullus eorum est, qui suo tempore utilis non foret. Frater Jacobus, qui Ferrarie moratur, et ingenio viget et iugi labore non parvum fructum in literis adeptus est, qui tamen ita pauper est, ut nullum penitus quadrantem habeat, huius ego testis sum, nec unquam ipse Bononiam ingreditur nisi a Vestra Reverenda paternitate provideatur, qui certe iudicio omnium dignus Bononia esset. Fuit etiam deceptus, pauper, a fratre Joseph, qui accepit ab eo mutuo novem aureos in egressu suo, quos nondum restituit. Frater Georgius etiam Jauriensis multum laudatur et in moribus et ingenio et maxime in solicitudine literarum. Similiter etiam frater Johannes de Capolna, qui stat Arrimii,[1] totus religiosus literisque incumbens dicitur. Ex parte vero fratris Johannis, qui ex Waradino discessit, quem profecto doleo, quod eo modo venit, nichilominus quia bonus frater est et pie ab istis pueris susceptus, qui et ingenio pollet et maximum studii habet desiderium, rogamus omnes alii Vestram Reverendam et Piam Paternitatem, ut sit contenta et permittat hic stare eundem, nam egebit provincia Vestre Reverende Paternitatis viris propter pericula

[1] Ariminum = Rimini.

bellorum sevissima. Faciet enim sine dubio fructum non parvum. Licentiam denique, quam Vestra Reverenda Paternitas ex sua benignitate, non meis meritis, dignata est mihi mittere pro gradu baccalaureatus, gratias de hoc immortales refero eidem, sicut de aliis suis beneficiis, que a primevo ab eodem suscepi. Tamen quod ego non video possibilitatem adeundi Reverendissimum Generalem pro confirmatione illius licentie propter penuriam expensarum, obsecro Vestram Reverentiam, ut dum ad capitulum generale venerit vel aliquem miserit, tunc impetrare faciat, alias ego facere non possum. Si tamen Vestre Reverentie placitum erit, similiter et fratri Jacobo, qui in eadem egestate est, nam et ego bonitate divina ordinante Bononie habito pro viribusque laboro, tamen plurimum egeo, licet enim acceperim illos quatuordecim aureos a matre fratris Johannis Bethleni missos, tamen propter solutionem debitorum, quibus obligabar et propter emptionem librorum et vestium necessariarum nichil ex his habeo. Commendet igitur Vestra Reverentia me precibus meis eosdem exortando. Scio Vestram Reverentiam aliquit aput ipsos posse facere. Recordetur etiam Eadem mei, licet minoris omnium filioli. Cui me totum committo, quem felicem apud Deum et homines desidero, valereque semper cupio in Domino Jesu. Ex Bononia 1534. 10 Febr. etc.

Frater Gregorius Ladani,
Vestre Reverentie filiolus quoad vixerit.

Kívül: Reverendo in Christo Patri Fratri Clementi de Quinqueecclesiis, sacre theologie professori ac per regna Hungarie Priori provinciali dignissimo Ordinis Predicatorum. In Ungaria ubi fuerit.

Egy félív papir egyik oldalán pirosviasz zárópecséttel. — *Bécsi cs. és kir. házi stb. levéltár: Hnng. 1534. Febr. 19.*

Közli: Bunyitay Vincze.

290.

Bologna, 1534 február 12.

Ladányi Gergely szent Domonkos-rendű növendék Erdélyi Péter ugyanazon rendű theologiai tanárhoz írt levelében hálálkodik a küldött pénzbeli segélyért; kegyébe ajánlja Ötvös Jakab növendéktársát, hogy Bolognába tanulmányai folytatására visszatérhessen; a többi növendékek számára is, kik a nagy drágaság miatt mindenben szükséget szenvednek, segélyt kér.

Post mei humilem commendationem. Salve in Christo Pater amantissime atque colendissime. Habui litteras Vestre Reverende

Paternitatis unacum pecuniis simul missis, sed heu doleo supra modum, quod inservire Eidem nequivi. Nam ego in conventu Bononiensi iam assignatus manebam, litterasque Vestras unacum pecuniis ex Venetiis mihi Bononiam missas accepi sicque Venetias ire non potui. Sed et magister Johannes Aurifaber cito discedere scribebatur, quamobrem illuc ire ausus non sum. Hec omnia licet Vestre Reverentie eo tunc per litteras me excusando indicaveram, tamen dubito, quod habuistis illas. Nollem enim tantum patrem meum et singularissimum semper fautorem amittere, cui si non obsequi ad presens potui, saltem rationabiliter me excusarem. Sed hec iam plene intelligit Vestra Reverentia; quare redeo ad alium vestrum filiolum pene ab omnibus derelictum, virum tamen certe magnum evasurum, cuius testimonium perhibent omnes, qui eum agnoscunt. Aiunt enim eum esse quietum, pacificum, omnibus amabilem studioque literarum totum deditum, ab omnibus tamen nostre provincie derelictum, nec quemquam preter Deum altissimum et Vestram Reverendam Paternitatem habere asserit, nec habendum sperat, sed totam spem suam in Vestra Reverentia habet, cui si Vestra Reverenda Paternitas subsidio fuerit, profecto habebit hominem, qui eidem inservire poterit ac regratiare. Iam enim tempus preteriit, quando universitatem ingredi debuisset simul et meruisset atque studium suum finivisset, quapropter ego V. Reverende Paternitati ex intimis cordis mei affectibus supplico, ut eidem fratri Jacobo subvenire dignetur, et si non multum, in primis saltem, ut possit intrare Bononiam, et etiam Reverendo Patri provinciali persuadere, ut et illi et aliis studentibus hic existentibus, qui omnes in maxima egestate sunt, providere dignetur. Video omnes provincias suis studentibus plus affectuosas, quam nostram provinciam nobis, qui tamen profecto non minoris opinionis sunt inter ceterarum provinciarum studentes. Commendo Vestre Reverentie igitur eundem fratrem Jacobum et etiam alios et me minimum filiorum vestrorum, maxime in capitulo provinciali patribus capituli, ut curam eorum habeant. Nec aliquid, quo animam vestram consolare possem, scribere valeo, nisi quod omnes sumus sani et pro Vestra Reverentia et provincia infelici Deum exoramus. Hoc etiam addere non omittam, nam tanta est caristia victualium modo hic in Italia, quantam ego nunquam vidi, adeo ut si non essent monasteria Religiosorum, que egentibus subveniunt, multi fame perirent. Iam etiam audivi aliquos fame defecisse et mortuos esse. Dei solummodo summa pietas et me et alios in dies sustentat. Non aliud nisi me et Jacobum et etiam alios iterum commendo Vestre Reverentie, qui faciat etiam

me comendatum Patri Priori Waradiensi, fratri Blasio de Pest. Valeat Eadem felix in Domino Jesu semper. Bononie ex conventu S. Dominici 1534 12 februarii.

Frater Gregorius de Ladan, Ordinis Predicatorum
Vestre Reverentie filiolus semper.

Kívül: Reverendo in Christo Patri Fratri Petro de Transilvania Ordinis Predicatorum sacre Theologie professori sibique colendo. In Ungaria ubi fuerit.

Egy félív papir egyik oldalán, pirosviasz záró gyűrűpecséttel. — *Bécsi cs. és kir. házi stb. levéltár: Hungarica. 1534. Febr. 21.* Közli: BUNYITAY VINCZE.

291.

Bologna, 1534 február 12.

Ladányi Gergely Domonkos-rendű növendék, Chyzma Miklóshoz, a pesti szent Domonkos-rendű konvent priorjához írt levelében arra hivatkozván, hogy a többi tartományok növendékei hazunnan jobban láttatnak el, kéri, hogy a káptalani gyűlésen neki és többi nélkülözni kénytelen növendéktársainak segélyt eszközöljön ki.

Venerabilis pater, salutem. Cum non ignorem, Vestras paternitates positas in diversis tribulationum fluctibus, nactus aliquam facultatem scribendi, Vestre paternitati singulariter statum meum presentem indicare volui, unde scio aliquantulam sumere Eandem consolationis materiam, eo quod a primevo etatis mee mihi affectuosam Eandem agnoverim. Divina namque mihi semper favente clementia sto hic in conventu Bononiensi valde religioso pariterque studioso in pace exteriori et interiori, literisque pro viribus meis insudando, unde Christo in posterum famulare valeam et ordini, necnon conventui meo satis desolato, sanus etiam corpore, mente tamen nescio, Deus scit. Sed ut valere possim vestramque voluntatem in me adimplere, Deum benignissimum pro me Vestra Paternitas suppliciter exposcat, Eandem obsecro ex intimo cordis mei desiderio, licet penuria etiam exteriori non parvum opprimar, ita ut pro nunc nullum penitus quadrantem habeam. Hoc tamen aliis providendum relinquam. Scio namque, Vestram Paternitatem pecuniis non magis me habundare. Nichilominus si patribus proponeretis meam ultimam indigentiam, forte compassione moti mitterent aliquid, saltem pro lumine ad studendum. Si vero adeo et ipsi egent, permittatis eos, patri tamen Johanni de Gara baccalaureo meum negotium communicare velitis, ipsum exortando. Nam si ipse non fecerit, nullum alium habeo. Similiter etiam alios studentes hic in

Italia existentes, dum Paternitas Vestra fuerit in Capitulo provinciali, Reverendo patri Provinciali et patribus Capituli commendare dignemini, omnes enim tempore suo erunt provincie utiles. Video etiam omnes provincias suis studentibus magis subvenire eisque favere, quam nostram, et tamen opinionem non minorem aliis [habent], sed patientiam habere opus est nobis. Nil aliud nisi me iterum commendo Vestre Paternitati, cuius singularem in oratione memoriam semper habeo, quem etiam felicem valere exopto. Ex conventu Bononiensi. 1534. 12. februarii.

Frater Gregorius Ladani Ord. Pred.
Vester filiolus.

Kívül: Venerabili in Christo Patri, Fratri Nicholao de Chyzma Ordinis Predicatorum Priori conventus sibique amantissimo. In Pest. Ad S. Anthonium.

Egy félív papir egyik oldalán, veresviasz zárópecséttel. — *Bécsi cs. és kir. házi stb. levéltár: Hung. 1534. Febr. 22.* Közli: Bunyitay Vincze.

292.

Selmeczbánya, 1534 februárins 14.

A selmeczbányai tanács meghívja Staudacher Zsigmondot plébánosnak.

Ad Magrum Sig. Staudacherium.

Der fried, die gnad und barmherzikkeitt Gottes sei durch Jesum Christum mit uns allen. Ehrwürdiger, unser besonder gonstiger Herr und freundt. Nochdem E. W. unser gebrechen bass bekant ist, als wir schriftlich erzeln mochten, — hat uns vor unnöthige angesehen E. W. mit unsern überigen Schreiben zu beschweren, sonder vil vor düchtiger geacht, E. W. unser not und anlegen mit kurzen Worten zu erkennen geben. Einmall haben wir die leer und predig, so uns E. W. bei die zehen Jar durch den Geist Gottes than und vorkhuntt hatt, und sonderlich gar die letzte Predig dermassen und gestalt in unsern Herzen gefasst, dass wir auf den heutigen Tag kein Trost noch Hoffnung von ander Leuten nitt haben mogen erlangen, allein was mitt der bemelter Euerer leer und predig ist geschehen, und wie wol Leutt vorhandten gewesen und noch sein, die sich der Sachen unterstanden und heftig angenomen, doch weiss sich unser einfeldig folkll also, als bei Eurer Zeiten, nitt darin zue richten, aus welichen zu besorgen, das nitt weiter ein Irtumb oder ergerniss mocht erwachsen. Und dieweil

E. W. von uns, noch ehe ihr euch vorhaurat habtt, mermaln weiters grundliches und worhaftiges Unterrichts und Erkentnuss ettlicher haubttartikell halber hinaus zu studiren begehret, soliches aber zue derselbigen Zeit aus vil beweglichen ursachen nitt hatt mögen geschehen, piss das Gott wunderbarlich durch Euer hauratten also vorordennt hat, werden wir rechtt widerum vorursacht unser zueflucht, und zuevorsicht zue E. W. zu setzen, E. W. in Statt und der ganzen gemein namen mit höchsten Fleiss zu bitten, wollet in ansehung unseres und unseres Folkes einfaldt und gebrechen gemeiner Statt Seelsorgung über sich namen und sich widerumb zu uns forfügen, forhelfen durch den Geist Gottes mit Eureren Leer das reich Gottes zue meren. Sein der zuvorsicht, hilft E. W. Gott widerumb zue uns, das wir der Sachen bass, als vor, wollen auswarten, E. W. auch der massen vorsehen, das E. W. ein wolgefallen daran soll haben. Nitt angesehen, dass wir nitt mer folk oder mer Leutt nach E. W. geschickt, die weil ess also ein weitter weg ist. Hilft aber Gott E. W. nohatter zu uns, wollen wir schauen, dass ihr erlict und Eurem Standtacht hereiner belatt soldt werden.

Wer auch von notten, dass sich E. W. einen guten deutschen kaplan und einen windischen Prediger drausen hett vorsehen, mit Euch auf unser Kost und Zehrung hereiner zue bringen, dass wollen wir geflissen sein mit höchsten Fleiss kegen E. W. zu beschulden. Sein darauf von E. W. ein enttlichen bescheid gewartend. Hiemit was E. W. von uns allzeit freunttlich lieb ist. — Datum am 14-ten Februar 1534.

Richter und Rath der Stadt Schemnitz.

Eredetije Selmeczbánya város levéltárában. F. XXV. — Némi hibákkal közli *Breznyik:* A selmeczbányai ág. ev. egyház és lyceum története. I. 70.

Közli: Dr. KARÁCSONYI JÁNOS.

293.

Sempthe, 1534 február 19.

Thurzó Elek jelenti a királynak, hogy nagynehezen sikerült Nyári Ferenczet arra rávenni, hogy Sellyét a turóczi prépostnak visszaadja. Jelenti továbbá, hogy Nyári a turóczi monostort le akarja rombolni, nehogy az, gyengén lévén megerősítve, az ellenség kezébe kerüljön és e szándékától csak addig igérkezett elállani, mig a király dönteni fog az ügyben; kéri tehát a királyt, hogy ezirántí válaszával ne késsék.

Sacratissima Maiestas... Post molestissimas difficultates et labores vix tandem effeci, ut Franciscus Nyary oppidulum Selye

Preposito Turocensi redderet; de claustro vero et bonis prepositure nondum tractatus ulli fieri potuerunt, attamen cum cognovissem Franciscum Nyary hoc meditari, ut claustrum ipsum Turocz disiiceret ac demoliretur: non sine difficultate apud illum obtinui, ut pateretur salvum esse monasterium, quoad de ea re Maiestatis V. mentem et voluntatem consulerem; et nunc sedulo me urget, an a Maiestate V. responsum accepissem? Causatur, quod periculum immineret regioni vicine, si locus ille non satis munitus in manus adversariorum perveniat. Est quidem non valde munitus locus, sed, ut quod sentio proferam, vellet forte destructo claustro arcem illi vicinam et natura ipsa munitam tenere, existimareque, minorem occasionem esse Preposito ad repetenda bona claustro destructo. Quare Maiestas V. dignetur in hac re consilium ac mentem suam aperire tam mihi, quam ipsi Nyary: an e re vel Maiestatis V. vel huius temporis esse videatur claustri destructio. Mihi quidem videtur nullo pacto admittenda esse destructio monasterii, quod Divi Reges in honorem Dei fundarunt, maxime quidem, si Maiestas V. pacem et tranquillitatem regno huic suo expectat. Maiestas V. primo quoque tempore dignetur ad hoc respondere, nam et modo vereor, ne non sit Maiestatis V. responsum Nyary expectaturus. Me et fidelia servitia mea in gratiam Maiestatis V. commendo. Ex Sempthe XVIIII. die Februarii anno 1534.

Eiusdem Maiestatis V. S.

fidelis servitor

A[lexius] Thurzo.

Kívül: Sacratissime Maiestati Regie Domino meo clementissimo.

Egy iv papir egyik oldalán, pirosviasz zárópecsét nyomaival. — *Bécsi cs. és kir. házi stb. levéltár: Hung. 1534. Januar. 45.*

Közli: Bunyitay Vincze.

294.

Esztergom, 1534 február 21.

Várday Pál kérdi a körmöczbányai tanácstól, ki beszélte le a körmöczbányai plébánost arról, hogy előtte a menedéklevél daczára se jelenjen meg? Sürgeti, hogy válaszoljanak ő Felsége, a király levelére.

Prudentes et circumspecti domini, amici nobis honorandi, salutem et plurimam nostri commendationem. Nostram erga dominationes vestras benevolentiam, favorem, nostrique oblationem, ex

egregio Thoma de Erdethelek habunde intellexisse ipsas non dubitamus. Quicquid est, quod in rem Earundem cum in aliis negotiis, tum ne cultura montanarum et artificium aque intermittatur, una cum domino Thurzone et aliis dominis omnem operam prestabimus, et iam Regie Maiestati hac de re scripsimus, nec deinceps deerimus, etiamsi nulla ex parte nostra interesset, pro re saltem publica pro virili nostra laboraremus. Scribunt preterea plebanum ipsarum voluisse ad nos venire, sed deterritum per aliquos, ab incepto itinere desiisse. Ob hoc illi nos litteras salvi conductus pro voto suo miseramus, ut ad nos citra omnem metum et scrupulum venisset. Poterat ad nos venire; libenter ipsum vidissemus et audivissemus, et si religionis nostre Christiane doctrinam eius agnovissemus, una cum fratribus nostris, qui nobiscum sunt, approbassemus; sin secus, etiam bona pace ipsum remisissemus, adhibita ei honesta comitiva, que ipsum ad dominationes vestras reduxisset. Qui autem sunt, qui ei timorem incusserunt et persuaserunt, ne ad nos veniret? rogamus dominationes vestras plurimum, velint nobis significare, quod nos severe apud nos tenebimus. Quod autem ad litteras Regie Maiestatis relationem non fecerunt, causam non tenemus. Plures licet menses sint, quod Regia Maiestas iuxta pastoralis nostri officii debitum hoc nobis iniunxit; noluimus tamen contra ipsum plebanum procedere, expectavimus semper adventum eius, et reditum ad gremium sancte matris ecclesie. Jam deinceps dissimulare non licet, presertim, quoniam iussis Regie Maiestatis nos parere debemus. Velint igitur dominationes vestre ad litteras sue Maiestatis nobis respondere, ut intelligamus voluntatem earum. Quod si subticuerint, erit necesse litteras Regie Maiestatis exequi. Sciunt preterea dominationes vestre domum illam nostram Cremniciensem ea libertate semper usam, qua domus aliorum civium. Rogamus dominationes vestras, velint domum ipsam et pisetarium nostrum Haller, quem in eam collocavimus, in pristina libertate conservare, ut possit aliquas mercancias exercere; Nos ei commisimus, quod omnia onera civitatis instar aliorum subeat, et cum dominationibus vestris in omnibus se conformet. Dominationes vestras bene valere optamus. Ex Arce nostra Strigoniensi vigesimo primo Februarii anno Domini 1534. Alia dicet presentium ostensor, cui credere velint.

Paulus m. p.
Archiepiscopus Strigoniensis.

Eredetije Körmöczbánya város levéltárában. Fasc. 1. Nr. 40.

Közli: Dr. Timon Ákos.

295.

Ujhely, 1534 február 24.

Perényi Péter kéri Kassa város biráját és tanácsát, hogy neki Patak városának megerősítésére ahhoz értő embereket küldjenek, mely barátságukat viszont ő is megszolgálni igérkezik.

Egregii Domini, Amici et vicini nobis honorandi. Bene constat Egregiis Dominationibus Vestris, quomodo annis precedentibus per adversarios grassatores nostros oppidum nostrum Pathak assiduis depredationibus fuerit vexatum et pene desolatum, unde etiam residuis non solum bonis nostris, sed fere universis partibus istis superioribus magna inquietatio sepius est facta. Ut igitur tam ipsum oppidum nostrum, quam alie regiones fierent posthac ab incursionibus et inquietationibus talium grassatorum secure: decrevimus oppidum ipsum munire, id, quod non solum nostre, sed et vestre quieti commodissimum fore rati sumus, ut sunt etiam alia castra nostra. Quare Vestras Dominationes Egregias rogamus, uti, si sunt aliqui apud vos, qui tales munitiones sciunt facere, et quorum industria nos adiuvare posset: velint Dominationes Vestre ad nos mittere, quod eisdem tamquam amicis rependere volumus. Ex castro nostro Wyhel, in festo Beati Mathie, 1534.

Petrus de Peren,
Comes Perpetuus Abawywariensis.

Kívül: Egregiis Dominis Judici et iuratis civibus ac consulatui civitatis Cassoviensis etc. amicis et vicinis nobis honorandis.

Egy félív papir egyik oldalán, zárópecséttel. — *Kassa városa levéltára: 1589.*

Közli: Bunyitay Vincze.

296.

Bécs, 1534 márczius 1.

Maczedóniay László váradi püspök, Pemfflinger István kincstári prefektusnak és Pereghy Albert pécsi prépost és királyi kamarásnak örök hálát mond, hogy nyomorúságában megsegítették.

Magnifice ac Reverende Domine ac Fratres honorandissimi. Plane accepi ex domino Blasio capellano meo, quam benivolo animo, quamque diligenti studio curaverint Dominationes V. negotium meum, quorum favore responsum etiam optatum habui. Ago

itaque, habeoque immortales Dom. Vestris gratias, quod veteris amici memores sint, calamitatisque mee rationem habuerunt. Memor profecto ero huius tam fraterne charitatis Dom. Vestrarum, si mihi vita concedetur. Rogo, ut perducant rem ad effectum. Certe quidquid fraterni officii in me prestabunt, prestabunt in fratrem calamitosissimum. Quibus me unice commendo et feliciter easdem valere opto. Vienne 1 Martii 1534.

Ladislaus de Macedonia
Varadiensis.

Kívül: Magnifico ac Reverendo D. Stephano Pemfflinger Prefecto Camere ac Domino Alberto (de Peregh) Preposito Quinqueecclesiensi Camerario Regie Maiestatis etc.

Egy félív papiron, piros zárópecsét nyomaival. — *Budai orsz. levéltár: Lymbus.*

Közli: BUNYITAY VINCZE.

297.

Brüsszel, 1534 márczius 3.

Oláh Miklós Gerendy Miklós erdélyi püspökhöz írt levelében egyes családi körülményeiről emlékezik.

Quanta fuerim animi laetitia, quantoque gaudio affectus, quum litteras tuas ultima Decembris scriptas, hic 20-a Februarii acceperim, vix explicare possum; nam ex eis cognovi veterem illam tuam in me benevolentiam, tanto et temporis et locorum intervallo non refrixisse, quam nec in posterum refrictum iri spero... Doleo te ex tuo ad regem adventu dolorem potius, quam laetitiam accepisse. Utinam ita merita praestarentur, ut cuilibet honos et munificentia pro meritis daretur, melius profecto rebus regiis esset consultum; sed scio et vidi, ut res istic agatur: qui servierunt fideliter et serviunt, minus habent et tantum non moriuntur. —— Equidem plures ad te litteras meas dedi in Transsylvania constitutum, sed eas non fuisse restitutas doleo... Quod statum meorum affinium et fratrum in Transsylvania mihi significaris, habeo gratias immortales. Fratrem Mathaeum, quin frater sit, negare non possum: si quid contra nos facit, male facit. Si meae litterae, quas ad eum per Sidonium dederam, redditae illi fuere, intellexit, quomodo mihi eius facta displiceant; frater tamen est nihilominus, et unicus, cuius ut salutem veluti meam cupio, ita detrimentum non libenter audio. Ipse modo

multum aut prodesse, aut obesse rebus regiis potest; unus ex aliis: modo rectificentur alii, ipse facile resipiscet; velis igitur eum defendere, ne quid detrimenti patiatur. Avunculi mei Joannis Hwsar filium iuniorem apud me habeo, bonum adolescentem, fidum, et quem faciam erudiri; qui ex matre, ut arbitror, tibi quoque propter familiam Bogatinam, non est alienus. Rogo igitur, ut interea dum hinc reverti potero, velis illius et bonorum praecipuam curam habere, ne damnum aliquod patiatur; reverterer autem, si non tam durus Valentinus Thewrek in me esset. — — Vale, et me tuum esse puta. Bruxellae 3-a Martii 1534.

Oláh Miklós levelezése. 460—462.

298.

Brüsszel, 1534 márczius 4.

Oláh Miklós Pemfflinger Sebestyén borsodi főispánnak, a tapolczai apátságról.

— — Ex litteris tuis, quae datae erant in mense Aprili anni praeteriti, intellexeram te abbatiam meam ad manus tuas recepisse, et in hunc diem revera nihil aliud existimavi. Nunc intelligo ex litteris tuis his ultimis, quod maledictus ille Bebeck eam possidet; et nunc tu eam es cum equitibus levis armaturae Caczianer ab illo reoccupaturus. Rogo te mi frater, ut habeas illius curam, quam poteris maiorem, ne desoletur magis, quam est desolata. Et quemadmodum pluribus meis litteris antea scripsi, constituas in ipsa abbatia nomine meo unum provisorem probum, quem in ea defende, et qui sit tam ecclesiae, quam mihi utilis. Credo, quod non diu hanc calamitatem Hungariae habebimus, sed Deus miserebitur nostri brevique pax fiet, alioqui si ea non fieret, sicuti tu scribis, per praedones et nebulones tota Hungaria pessum iret. Viceparochus meus de Myskolcz nihil ad me unquam scripsit. Vellem ut aliquando scriberet, ut rem meam intelligerem. Regina iam melius valet, sed saepius solet in eundem morbum reincidere ... Bruxellae 4-a Martii 1534.

Oláh Miklós levelezése. Budapest, 1875. 466. l.

299.

Brüsszel, 1534 márczius 4.

Oláh Miklós Czeglédi Jánosnak, egyházi javairól.

A multis temporibus nullas tuas litteras accepi, quam quas tertio Januarii praeteriti ad me dedisti. Scribis in bonis meis recuperandis nihil actum esse. Doleo id maxime; fiet fortasse aliquando, si Deus voluerit. Miror, quod rex bona mea in manibus Valentini Thewrek dimisit usque ad certum tempus. Si sollicitatores mei praestitissent operam suam, credo id non fuisset factum, sed qui currum alterius insidet, illius cantilenam eum cantare necesse est; fac, ut melius consulatur, si fieri potest. Canonici dicunt se restituturos proventus, praeter hos, qui solent praesentibus dari. At ego non censeor absens, qui sum in servitio regis et reginae. Missa non negligatur; si non ex proventibus canonicatus, at ex quarta et cathedratico provideas solutioni. Nam missam negligi nullo modo volo. Centum illos ducatos Posonienses non vidi; cura, ut videam eos, et alios residuos, si qui sunt, brevi. Jam intellexisti ex meis aliis res meas. Cum Gritti advenerit, rem meam non negligas. Tui non obliviscar, certus sis, modo sine me respirare. Vale et scribe. Responsum domini Strigoniensis non misisti. Cura, ut illud habeam. Bruxellae 4-a Martii 1534.

Oláh Miklós levelezése. Budapest, 1875. 467. l.

300.

Dombró, 1534 márczius 11.

Simon zágrábi püspök jelenti a pápának, hogy Bebek mágnási család sarja és az ország prépostjainak egyike házasságra lépése miatt letartóztatott és csak kezességre bocsáttatott el; annak a véleménynek ad kifejezést, miszerint a pártfogókat erélyesebb módon kellene megfékezni. Ha ő nem így járt volna el széles kiterjedésű egyházmegyéjében, a veszedelmes tévely már papsága nagyobb reszét megmételyezte volna.

Simon Episcopus Zagrabiensis Summo Pontifici ex oppido meo Dombrensi. XI Martii 1534.

...Quia autem rerum novarum ex parte persuasionum Lutheri ab amico habuerim, S. V. ex presentibus inclusis in parte cognoscere poterit *[a föntebbi január 27-iki levél?]*. Is enim Bebek iussu Domini et Principis mei *[János király]* etsi de vetusta familia Magnatum, de numeroque Prepositorum Regni ac in dignitate

sacerdotali fuerit, tamen propter de facto initum matrimonium detentus fuit ac ad fideiussoriam cautionem exmissus. Sed meo quidem iudicio... talium fautores non solum monendi, verum etiam omni rigore iuris a nephandis ausibus essent coercendi. Certa enim sit S. V... quod nisi et opportune et importune talium temeritati in hac diocesi mea finium latissimorum restitissem, iam maior pars cleri secta ipsa perniciosissima imbuta fuisset, presertim quod et Carintia et Carneola ei vicina et contermina sit...

Lettere di Principi a Clemente VII. Vol. VIII. — Ábel Jenő másolata.

Közli: BUNYITAY VINCZE.

301.

Bécs, 1534 márczius 13.

Maczedóniay László választott váradi püspök, Balás nevű káplánja által is sürgeti Pemflinger Istvánt és a kir. kincstár tanácsosait, hogy minap tett igéretükhöz képest tényleg segítsenek rajta.

Salutem et commendationem. Magnifice et Reverende Domini ac amici honorandi. Misi rursus ad V. Dominationes hunc magistrum Blasium, capellanum meum, pro illo pristino negotio. Nec mirentur, quod instantius rem sollicito; urgent enim me gravissime necessitates mee, quas et ipse antea litteris declaravi D. Vestris, et is magister Blasius uberius explicare poterit. Rogo, ut D. Vestre sint memores mei et quam nuper mihi per hunc eundem magistrum Blasium spem dederunt, eam effectu etiam confirmare velint. Medici enim me iubent ire in thermas et svadent omnino, ne tempus opportunum pretermittam; alioquin non ipsorum culpam fore, sed meam, si quid gravius mihi accidet. Ego vero libentissime monitis eorum obtemperarem, sed cogitare nequeo, quo pacto possim eliberari ex civitate, tantis sum obstrictus debitis, — que omnia ipse magister Blasius clarius exponet D. Vestris. Quas iterum, atque iterum rogo, ut eum cum optato responso ad me remittant. Easdem optime valere opto. Vienne 13 Martii 1534.

Ladislaus de Macedonia,
Electus Varadiensis.

Kívül: Magnifico Domino Stephano Pemflynger Prefecto, ceterisque Dominis Consiliariis Camere Regie etc. *(Ezalatt egykorú kéztől:* Requiescat in pace.)

Egy félív papiron, a püspök veresviasz, papirral fedett zárópecsétjével, melynek paizsán jobbra néző gólya áll kiterjesztett szárnyakkal, a paizs felett püspöksüveg, ettől jobbra, balra L. M. — *Budai orsz. levéltár. Lymbus.* Közli: BUNYITAY VINCZE.

302.

Kassa, 1534 márczius 16.

Mihály kalocsai prépost és egri helytartó levele a bártfai esperes-plébánoshoz. Harmadszor is inti, hogy azt a feleséges, gyermekes konczionátort, ki máshonnan elűzetve, most Bártfán hirdeti tévedéseit, két szín alatt áldoztat, stb. — az egyházból tiltsa ki, biztosítván a plébánost, hogy ha e miatt plébániáját vesztené, Egerben fog jó és szép alkalmazást nyerni.

Venerabilis domine, frater et amice colendissime. Si recte memini, scripsi iam binas aut forte etiam ternas litteras ad vestram dominationem de illo concionatore, quem ibidem in civitate illa fovetis. Intellexi illum cum uxore, filiis et filiabus aliunde pulsum ad D. V. descendisse, qui inter cetera nephanda sua facta contendit populum Dei contra ordinationem sancte matris ecclesie inducere ad communionem sub utraque specie. Insuper quod sacrificium missarum niteretur penitus extinguere, multas et alias blasphemias ibidem evomere, que nec scribi, nec in cor Christifidelium ascendere debent. Proinde en et his litteris D. V. hortor et nomine reverendissimi domini nostri episcopi Agriensis moneo, ut illum perditissimum hominem ibidem concionare non permittatis, sed mox illi cathedra sit interdicta, ubi harum notitia ad vos venerit, sub poena excommunicationis late sententie. Jam priores litteras vestras dudum misi ad Reverendissimum dominum tanta fiducia, cum quanta eas ad nos miseratis; nunc autem totaliter secus intelligo. Commiseram etiam, ut ad priores litteras nostras nobis rescriberetis, quod quam ob rem neglexeritis, incertum mihi est. Preterea ad has sub eadem poena vos requiro, ut rescribatis et has simul cum prioribus litteris nostris nobis remittatis in specie. Estote certi, quod si hanc admonitionem nostram surda aure pertransieritis, per primum occurrentem Reverendissimo domino nostro rescribamus. Et D. V. bene et feliciter valere optamus et a notitia presentium ad quartum diem ab eadem relationem nobis dari optamus. Datum Cassovie feria secunda post dominicam Letare 1534.

Michael,
prepositus Colocensis, vicarius Agriensis.

Alant: Venerabili Domino... *(így)* plebano et vicearchidiacono de Bartpha, fratri nobis in Christo dilecto.

Utóirat: Si consulatus aut alii plebei *(így)* conditionis Dominationi Vestre in hac re contrariant, nobis vel in secreto signi-

ficetis; postea meum erit curare. Et sub duplici specie aliquos communicare nullo facto permittatis. Si illi boni domini propterea privarent D. Vestram plebania sua, denique efficiam, eidem non desit optima provisio in ecclesia Reverendissimi domini nostri Agriae, ad quam spero quod eundem dominus Deus cito reducet. Nullo modo igitur communionem sub utraque specie admittas, quia exinde toti communitati posset venire inestimabile damnum et Dominationi Vestre maxima nota.

Eredeti, egy félív papir egyik oldalán. — *Bártfa város levéltára.*

Közli: Bunyitay Vincze.

303.

Esztergom, 1534 márczius 16.

Tamás mester, szent Erzsébetről nevezett esztergomi keresztes, Pest vármegyében Czirákon levő birtokát az esztergomi keresztességgel egyetemben János király személynöke előtt a szekesfejérvári szigeten lakó jánoslovagoknak hagyományozza.

Nos Joannes Dei gratia Rex Hungariae, Dalmatiae, Croatiae etc. memoriae commendamus, tenore presentium significantes, quibus expedit, universis, quod fidelis noster venerabilis magister Thomas, crucifer et rector domus hospitalis divae Elizabeth Viduae in civitate nostra Strigoniensi fundatae, coram nostra praesentia Personali personaliter constitutus, confessus est sponte, et retulit in hunc modum: Quomodo ipse tum matura in se deliberatione praehabita, tum vero ob illam spem et devotionem, quam erga conventum domus hospitalis ecclesiae sancti Regis Stephani in Insula Albensi fundatae et magistrum Sebastianum de Dalmad, modernum praeceptorem eiusdem, gerit et habet; cupiens etiam ex parte praescriptae domus hospitalis, ac portionis possessionariae in possessione Czirak vocata in comitatu Pestiensi[1] existentis habitae, ceterarumque utilitatum et pertinentiarum eiusdem domus hospitalis, vita sibi comite, effective provideri, ne illam, post mortem et decessum eiusdem ad manus devenire contingat alienas et a praedicto conventu, propter moderni temporis statum, perpetuo alienetur, eandem igitur domum hospitalem divae Elizabeth Viduae et rectoratum, cum totali praedicta portione eiusdem possessionaria, in dicta Czirák habita, simul cum aliis bonis et quibusvis iuribus possessionariis,

[1] Nunc Szirák in comitatu Nógrád. V. ö. Magyar Sion. III. (1865) 743—44.

ac pariter cum cunctis utilitatibus et pertinentiis quibuslibet... quovis nominis vocabulo vocitatis, ad eandem domum hospitalem portionemque possessionariam de iure ab antiquo spectantibus et pertinere debentibus, ad manus memorati Conventus Cruciferorum de Alba, et magistri Sebastiani rectoris et praeceptoris moderni futurorum ac etiam praeceptorum eiusdem pro tempore constituendorum, quantum in ipso esset, vel ad eum spectaret, legasset et resignasset, per eundem conventum, praeceptoresque eiusdem, modernum videlicet, et futuros iure vel antiqua consuetudine ipsis incumbente gubernandam et defendendam, ac cuicunque voluerit, conferendam; imo legavit ac resignavit coram nostra Personali praesentia praenotata, harum nostrarum vigore et testimonio litterarum mediante.

Datum Strigonii praedicta, Dominica Laetare, Anno Domini Millesimo Quingentesimo Tricesimo Quarto.

Hevenesi Gábor gyűjteményéből. Nyomtatásban kiadva: Magyar Történelmi Tár, VI. 239. lap.

304.

Wittemberg, 1534 márczius 20.

Staudacher Zsigmond tudatja, hogy a selmeczbányai plébánosságot nem fogadhatja el.

Dem namhaften, ersam und weisen Herrn Richter und Radt der Stadt Schemnitz, meinen günstigen Herrn und Freunden. Die Gnad unseren Herrn Jesu Christi sey mit uns allen Amen. Ersam weysz günstig lieb Herrn, hab Ewr schreybn vernommen. Dank Gott meinem Herrn, dass die predig, so durch mich pey euch gethan, nitt gar umsunst. Got geb euch noch päss ins Herz. Ihr schreybt mir, dass sich etlich pey euch der predig haben unterstanden und angenommen, so sy solches aus guettem Herzen thuen, würdt inen Gott woll noch seyn gnad meren, sunderlich so sy ungespartn fleys und ir lieb und peger zw dem evangelio und trostlichen Gottes wort habt. — Habt aber sunderliche achtung auf dy sacrament, dass dy recht und lauter nach irem einsatz und brauch gehandlet werden, und secht euch für, als vor gift, so man euch die in ander weg fürgibt, den ir von mir bericht seyt, — ich scham mich meines evangeliums nicht, wie ich es bei euch gepredigt hab, und merkt sy eben, wenn ainer begint mit dem sacramenten zu schwermen, so füret er gewisslich auch ander falsch neben leer ein.

Dass ich for meinem eelich werden, gern wer heraus gezogen, ist wahr — dass ich aber darnach mit hön und groszen schaden und gefär hab muessen wandern, kundt ihr selb wohl gedenken, wass unmueth söllichs gewest. Aber nun Gott hab lob, durch hören guetter leid widerum erquickt worden und getrost.

Dass ihr pegert, dass ich die seelsorg pey euch soll widerum annemen, khan ich nitt — denn ich hab newlich ain pfarr nah pey Wittenberg angenommen, so wisst ir wohl, dass es noch ebenso gefärlich pey euch ist, als es gewest, da ir mich geurlaubt habt — denn eben die ursach, die ir diselbs zeit furwandt gegen mir, bedenk ich — und auch gegen euch, war euch mein unschuldigs Hausfrawe so geferlich, seyt ir uns jetzund noch vil geferlicher ein soweite rais zu reisen, und in ungeordnetten Landsregiment zu wonen, darzu wo ich mich nit gefallig kundt E. W. allzeit halten, sollt ir mir woll wiederum den schlüssel zu der weiten strassen anpieten. So habt ir auch ender erwelet und euch zu pfarrern beschikt, solt ir nit so wanken, sunder wenn ir ein guetten mann gewelet habt, darbei bleiben, euch bemüen, dass ir in bequemet.

Pitt euch, wollet mir soliches nitt verargen, euch aber und ewer arm volkk ewer bevelch nach auff dass pest versorgen — ir wisst, dass ich ewch treulich gedient hab, in kriegen, pestilenzen und anderer vilmer verfolgung und gefar, hab den dank von ewch erlangt, dass ich in gefärlichkeit meines guets, eren und leben heraus pin khumen, wundert ewch nitt, dass ich nit gern wider auf dass eyss khumm, da ich einmal gefallen pin.

Ich habe aber ewer pegir zu gottlichem wort hoch beherzigt, sunderlich ewer volk, dem ich den sunderlich, wi auch allzeit genaigt gewesset. Hab ewer schreiben Doctor Martin Luther angezeigt, hat er gesagt, er möcht wol leiden, so es mitt frid seyn künt, dass ich zur erhaltung der rechten leer pey ewch wär, — aber in sölcher far wiss und khündt er mir das nitt radten, mir aber befolhen euch zu schreiben und hoch zu vermanen in rechter leer beständig zu seyn.

Darum pit ich ewch um gots will, seyt nit seumig an euch selb und dem volk und an der ere gottes, so würdt ewch gott nit verlassen, sunder zu seyner zeit wohl versehen und schniter in seine ernte senden. Ob ihr schon ein weil überdruss des worts seyt gewest, wi die Juden in der wüsten des himmelprodts, — sollt ir nun es bessern fleiss darzu wenden. Wo ich aber ewch west zu dienen und helfen, will ich ungespart seyn, aber in den weg khan ich nitt, waess auch auf khan andern zu radhten, der sich in der

gefärlichkeit hinein zu ewch geb, da ir mitt versehen wäret, — secht dieweil selb desz pass auf euch und das volk, etwen wurdt euch Got versehen. Ich will Gott sambmt meinen volk treulich für euch pitten, das euch der guettig himlische Vater durch Jesum Christum seinen swn an seel und leib bewaren wöll Amen. Datum Vittenberg freitag vor Judica Anno 1534. Euer weisheit

williger
Sigmondt Staudacher.

Eredetije Selmeczbánya város levéltárában. F. XXV. A helyesírás változtatásával közli *Breznyik:* i. m. I. 72—75.

Közli: Dr. KARÁCSONYI JÁNOS.

305.

Eger, 1534 márczius 27.

Myklai Mátyás Ferencz-rendű fejedelem levele a kir. kamara tisztviselőihez. Nagy szomorúságára jelenleg sem német, sem magyar hitszónokot nem küldhet. Megfogyott számuk, mert e veszedelmes időkben Krisztus keresztjének ellenségei szétűzik és öldösik őket.

Magnifice Domine etc. Optatum Vestrarum M. pariter et Dominorum et Magnatum Hungarie, quibus par nobis est ad nutum famulari, ex litteris a Posonio 26-a Martii acceptis ad unguem accepimus; verum quia altero predicatorum germanico penitus caremus, de altero autem, videlicet hungaro, improvise haud ullo facto providere valemus: vestrarum ad presens M. desideriis, licet admodum tristes, satisfacere minime potuimus. Nostra tamen imminente convocatione, ut vocamus, seu congregatione provinciali, quarta Dominica post diem Resurrectionis Dominice convenire soliti et coacti: iuxta possibilitatem nostram de hungaro predicatore curabimus. Adeo namque perniciosa hec tempora, ut totam fere religionem solent christianam, nos angustant fratrum penuria, ut vix nisi is credere valeat, qui oculatius totius ferme orbis molestiam undique perspiciat. Neque igitur negligentia evenit nostra, ad queque loca seminatores verbi divini, aut messores in messem dominicam etiam solicitius mittere non posse; cum passim, ut cernimus, ab inimicis crucis Christi dispergimur et mactamur. Vestre igitur M. D. patientiam, oramus, in nobis habeant, si fieri ad nutum omnia non valeant; dum optimus Deus maximus tranquilliora, ut orandum est, felicioraque reddat tempora; in omnibus enim V. Magnificentiis et complacere et obsequi semper apprime desideramus, recommen-

datos nos et maxime conventum nostrum Posoniensem eisdem facientes. Valeant V. M. D. cum suis ad vota nostri semper defensores. Ex Agria 27-a Martii, anno Domini 1534. Vestrarum Magnificentiarum in spiritualibus servitor

Frater Mathias de Mykla,
Ordinis Minorum Minister se recommendans et suos humillime.

Kívül: Magnificis Dominis Sacre Regie Maiestatis Consiliariis Camere et Proventuum Administratoribus fidelissimis, Dominis et fautoribus nostris benevolentissimis.

Egy félív papir egyik oldalán, veresviasz, papirral fedett, tojásdad pecséttel, melynek paizsán Magyarország védőasszonya. — *Budai orsz. levéltár: Lymbus.*

Közli: BUNYITAY VINCZE.

306.

Esztergom, 1534 márczius 29.

Révai Ferencz jelenti Ferdinánd királynak, hogy Zapolyai János emberei a pusztításaikból származott károkat nem akarják jóvá tenni; különös utasítást kér eziránt a királytól; jelenti továbbá, hogy a fejérvári káptalan elfoglalt javainak ki nem adása miatt nagyon sóvárogják Török Bálint elitéltetését, kit másokkal együtt szeretnének a király iránti hűségtől elvonni; pedig ha a jelentőnek is szabad volna hálóját kivetni, foghatna ő is valamit.

Sacratissima Regia Maiestas...

In exustione bonorum domini reverendissimi Strigoniensis et indebita executione contra Dominum Ladislaum More ac aliis plurimis rebus, per quas ipsemet Joannes [Zapolyai] perspicue videtur inducias violasse, Joannite commissarii nolunt facere iustitiam vel de sola equitate, dicunt enim neque posse, neque licere de Principe eorum illis iudicare; dignetur igitur Maiestas V. et de hac ipsa re mihi et college meo specialem dare informationem.

Vehementer aspirare video Joannitas ad condempnandum dominum Valentinum Therek, presertim propter non remissa bona Capituli ecclesie Albensis, ut hoc magis possent hominem a fidelitate Maiestatis V. avocare; alliciunt quoscunque commode possunt; si tamen et mihi liceret tendere retia, fortassis possem aliquid prendere... Strigonii 29 mensis Martii anno Domini 1534.

Eiusdem Maiestatis V.

fidelis servitor
Franciscus de Rewa.

Egy ív papir három oldalán, pirosviasz züröpecséttel. — *Bécsi cs. és kir. házi stb. levéltár: Hung. 1534. Jan. 100.* Közli: BUNYITAY VINCZE.

307.

Esztergom, 1534 márczius 31.

Várday Pál esztergomi érsek panaszolja Ferdinánd királynak, hogy iránta való hűségeért az ő felsége ellenségeitől sok kárt szenvedett, a mint azt már többször elpanaszolta, de mindig csak azt a választ nyerte, hogy boszút ne álljon. Kéri a királyt, hogy kárai ügyében kedvezően intézkedjék.

Sacra Regia Maiestas et Domine Domine mihi Clementissime. Orationum devotarum fideliumque servitiorum meorum perpetuam commendationem. Crebris iam litteris ac etiam nuntiis meis Maiestatem Vestram sacratissimam de damnis ac calamitatibus mihi per partem adversam Maiestatis Vestre Sacratissime illatis molestavi et sollicitavi, de quibus Maiestas Vestra mihi per litteras suas iniunxit et mandavit, ne damna mea armis ulciscerer, neve cuipiam subditorum partis adverse ob ea damnum aut iniuriam aliquam inferrem, aut per meos inferri paterer. Quod ego hactenus tanquam fidelissimus et obsequentissimus capellanus Maiestatis Vestre (licet valde impeditus) ad mandata eiusdem distuli et usque ad adventum commissariorum ultro citroque electorum prolongavi. Coram quibus cum de damnis huiusmodi ab adversario Maiestatis Vestre mihi illatis questus fuissem ac cum eo iure agere voluissem, commissarii sui se in Principem eorum ius habere negarunt, quia damna illa ex mandato eiusdem mihi illata forent. Quapropter Maiestas Sacratissima, velim certior fieri a Maiestate Vestra, quid in hiis mihi agendum sit. Res enim non est adeo parvi momenti, que silentio preteriri possit. Damna enim, omnibus computatis, illata sunt ferme ad octo millia florenorum, que mihi sic impune preterire perdifficillimum est et grave. Reliqua referent fusius Maiestati Vestre nomine meo domini episcopus Transylvaniensis et Franciscus Wylaky aut alter eorum, consiliarii Maiestatis Vestre. Supplico itaque Eidem tanquam domino meo clementissimo, dignetur verbis ipsorum benignas aures prestare ac mihi gratiosam facere relationem. Quod ego perpetuis servitiis meis apud Maiestatem Vestram promereri curabo, quam Deus Optimus Maximus pro augmento reipublice christiane ac tranquillitate et conservatione regnorum suorum diu felicissimam conservet. Ex arce Strigoniensi pridie Kalendas Aprilis MDXXXIIII.

Eiusdem Sacratissime Maiestatis Vestre

humillimus servitor et fidelis capellanus
Paulus,
Archiepiscopus Strigoniensis m. p.

Kívül: Sacratissime Regie Maiestati Domino meo Clementissimo.

Egy ív papir egyik oldalán, pirosviasz zárópecséttel. — *Bécsi cs. és kir. házi stb. levéltár: Hungarica. 1534. Márcz. 73.* Közli: Bunyitay Vincze.

308.

Esztergom, 1534 márczius 31.

Az esztergomi érsek írja Ferdinánd király korlátnokának, hogy az esztergomi várkapitány azt az egyességet, mely közte és a király közt létrejött, nem tartja meg s emiatt neki sok baja van; kéri azért a korlátnokot, hogy amint ő, az érsek, megtartotta mindig az egyességet, úgy a várkapitánynyal is tartassák meg.

Reverendissime ac Illustrissime Princeps et Domine, Domine mihi gratiosissime. Humillimam mei et servitiorum meorum commendationem. Quod Dominationem Vestram Reverendissimam tam crebris litteris de rebus et negotiis meis apud Sacratissimam Regiam Maiestatem conficiendis infesto et sollicito, rogo Eandem humillime, velit mihi gratiose condonare. Nam si iuxta voluntatem et ordinationem Sue Maiestatis pacta et conditiones mecum inite capitaneus Sue Maiestatis Strigoniensis observaret aut observari faceret, nihil esset, de quo aut Maiestatem Suam sacratissimam sollicitarem, aut Dominationem Vestram Reverendissimam molestarem, que omnia, cum hactenus Dominationem Vestram Reverendissimam, tum ex relatione reverendissimi domini Nicolai Gherendj episcopi Transylvaniensis, tum domini Francisci Wylaky, prepositi Posoniensis etc. plenius cognovisse non dubitem, longioribus litteris retexere supervacaneum duxi. Supplico itaque Dominationi Vestre Reverendissime, tanquam domino et patrono meo gratiosissimo, velit apud Suam Maiestatem tum authoritate Sua, tum etiam patrocinio efficere, quo interea, dum Maiestas Sua mihi melius consulere poterit, ab hac tribulatione et iniuria eliberer, et quod pacta Maiestatis Sue mecum inita a capitaneo Sue Maiestatis Strigoniensi tam presenti quam futuro, quandoquidem ego illis in omnibus punctis et articulis satisfeci, mihi supra omnia inviolabiliter observentur. Quod ego et Maiestati sue Sacratissime, et Dominationi Vestre Reverendissime omni officio fidelium servitiorum meorum inservire curabo. Quam Deus Optimus Maximus ad vota diu felicissimam conservet. Ex arce mea Strigoniensi pridie Kalendas Aprilis MDXXXIIII.

Reverendissime Dominationis Vestre deditissimus servitor

Strigoniensis m. p.

Kívül: Reverendissimo et Illustrissimo Principi et Domino Domino Bernardo S. R. E. Cardinali Episcopo Tridentino ac Summo Cancellario Regie Maiestatis etc. Domino et Patrono meo observandissimo.

Egy félív papir egyik oldalán, pirosviasz zárópecséttel. — *Bécsi cs. és kir. házi stb. levéltár: Hung. 1534. Márcz. 72.*

Közli: Bunyitay Vincze.

309.

Veszprém, 1534 április 4.

Petry Miklós nándorfehérvári püspök és veszprémi helytartó bizonyságlevele arról, hogy Miklós klerikust subdiaconussá, diaconussá és végre áldozópappá felszentelte.

Nos Nicolaus de Petthry, Dei et Apostolice Sedis gratia episcopus Nandor-Albensis, suffraganeus et vicarius in spiritualibus ac pontificalibus causarumque auditor generalis ecclesie Wesprimiensis, memorie commendamus tenore presentium, quibus expedit, universis, quod cum nos in anno Domini millesimo quingentesimo tricesimo quarto, sabbato quatuor temporum, quo cantatur divinum officium: *Intret in...*, invocata prius Spiritus Sancti gratia, iuxta formam et ritum sancte Romane ac universalis ecclesie, sanctorumque patrum vestigia imitando, in cathedrali ecclesia Wesprimiensi sacros clericorum ordines generaliter celebrassemus, tunc nobis in Christo dilectum Nicolaum de Berzelche natum Emerici Volchech Zabragiensis [1] dyocesis de legitimo thoro procreatum in ordine acolitatus existentem ac per dominos examinatores dicte ecclesie ad id specialiter deputatos in scientia, etate et moribus aptum et sufficientem repertum nobisque presentatum, ad titulum sui patrimonii ad gradum subdyaconatus, deinde anno eodem sabbato quatuor temporum, quo cantatur divinum officium: *Sitientes venite ad aquas,* modo simili, dum invocata prius Spiritus Sancti gratia in eadem ecclesia cathedrali Vesprimiensi sacros clericorum ordines generaliter celebrassemus, tunc eundem Nicolaum de dicto gradu subdyaconatus ad gradum [diaconatus], postremo vero et ultimo similiter eodem anno Domini prescripto in sacro sabbato, dum

[1] Megjegyezzük, hogy e szavak helyén: «de Berzelche natum Emerici Volchech Zagrabiensis», rasura látszik, a miből azt lehet gyanítani, hogy az oklevél eredetileg valamely más, szintén Miklós nevű clericus részére állíttatott ki, a gyanus betoldás pedig későbbi kéztől származik.

modo simili invocata prius Spiritus Sancti [1] in iamdicta ecclesia Vesprimiensi sacros clericorum ordines generaliter celebrassemus, tunc eundem Nicolaum de predicto gradu dyaconatus ad gradum presbyteriatus digne duximus promovendum et promovimus, divina gratia nobis suffragante. In cuius rei memoriam et testimonium presentes litteras nostras sigilli nostri annularis et authentici munimine roboratas eidem domino Nicolao presbytero digne duximus concedendas. Datum et actum anno diebus et loco quibus supra.

Alul a hajtás szélén: Idem Nicolaus episcopus, qui supra, manu propria.

Hártyán, melyről a mintegy fél hüvelyknyi széles, téglaveres szőrzsinóron függött pecsét elveszett. Lad. 64. Nr. 117. Nyomtatásban kiadva: Károlyi-család oklevéltára. III. 190.

310.

Buda, 1534 április 10.

A fejérvári prépost és Sárossy Imre protonotarius bocsánatot kérnek András esztergomi préposttól, hogy Esztergomban a fegyverszünetről való tárgyalásra meg nem jelenhetnek, és kérik ezt Révay Ferenczczel, a prépost társával is tudatni.

Reverende Domine et amice nobis honorande, salutem ac omnem felicitatem. Volebat nuper Dominatio Vestra Reverenda intelligere, si ad dominicam *Quasimodo* proxime venturam pro causis induciarum prosequendis Strigonium ascendere possemus, quod hactenus certo scire et Reverende Dominationi Vestre significare non potuimus. Quum autem nunc intelligamus, nos pro expediendis certis et quidem arduis rebus et negotiis publicis necessario occupari ac interesse debere, voluimus Dominationem Vestram Reverendam superinde reddere certiorem. Accedit insuper hoc, quod unus nostrum, puta dominus Sarossy ad rectificationem et revisionem nonnullarum metarum inter spectabilem et magnificum dominum comitem Gregorium Pesthyeny de Marthonos iudicem curie Regie Maiestatis etc. ac Cumanos ipsos ad futuram dominicam *Misericordia Domini* ex deliberatione Regie Maiestatis et totius consilii superioribus diebus prorogatam eotunc deputatus est, quam opinamur ipsum dominum Sarossy cito expedire posse et ipsum reverti. Rogandam itaque Dominationem Vestram Reve-

[1] Igy; kimararadt: gratia.

rendam duximus, quam et rogamus, velit nos habere excusatos et id domino quoque Francisco Reway college suo quam primum significare. Quam felicissime valere optamus. Ex Buda feria sexta proxima ante dominicam Quasi modo. Anno salutis millesimo quingentesimo 34.

Frater Vester
Prepositus Albensis
et Locumtenens etc. m. p.
Emericus Sarossy,
protonotarius etc.

Kívül: Reverendo Domino Andree, Doctori, preposito ecclesie Strigoniensis et Sacre Romane Regie Maiestatis commissario etc. Domino et Amico Honorando.

Egy félív papir egyik oldalán, két veresviasz zárópecséttel. — *Bécsi cs. és kir. házi stb. levéltár: Huug. 1534. April. 3.*

Közli: Bunyitay Vincze.

311.

Surány-vára, 1534 április 26.

Nyári Ferencz ismételten kéri a királyt: engedné meg a túróczi monostor erődítményeinek lerombolását, mert ő azt tovább nem képes védelmezni és az ellenség közelében lévén, ha az elfoglalja, nagyon veszélyessé válhatik. Biztosítja a királyt, hogy a templomot s a szerzetesek czelláit épségben megtartja, hogy továbbra is isteniszolgálatra és lakásokul szolgáljanak.

Sacratissima Regia Maiestas, Domine, Domine Clementissime! post fidelium servitiorum meorum in gratiam Maiestatis Vestre humillimam commendationem Antea quoque aliquotiens super negotio claustri Thwrociensis Maiestati Vestre supplicavi, obnixe nuncquoque rursum supplico Maiestati Vestre, tanquam domino, domino meo clementissimo, humillime, quatenus dignetur munitionem dicti huius claustri admittere, concedereque et ordinare clementissime (quandoquidem satis vilis est), ut demoliatur; ecclesia tamen et celle, in quibus fratres habitant, Deum orent omnipotentem, preservabuntur et manebunt integre, ita ut non corruentur. Maiestas Vestra et locum et munitionem huius claustri a domino magnificio Joanne Koczÿaner capitaneo gentium eiusdem Maiestatis Vestre apertissime intelligere poterit, quia sua dominatio magnifica bene agnoscit. Ego autem iam claustrum hoc defendere et tenere non possum, omnia enim quecunque habui ad eius conservationem exposui, et quia est pre foribus hostium situm, opus est semper

plurimas gentes in eo tenere, namque adversarii ipsi inducias istic non observant, et si contingenter claustrum istud hostes occupare possent (quod Deus avertat), continuo plerique fideles Maiestatis Vestre periculum et dampnum subirent ingentissimum. Nolim autem ipse periculo huic dare occasionem, relationem idcirco optatam et clementissimam a Vestra Maiestate expecto. Et Deus Optimus maximus Maiestatem Vestram sacratissimam conservet felicissime et prospere ad multos annos. Ex arce Swran in dominica Jubilate. Anno Domini 1534.

Eiusdem sacratissime Maiestatis Vestre

fidelis servitor

Franciscus Nyary etc.

Kívül: Sacratissime Romanorum Hungarie et Bohemie etc. Regie Maiestatis ete. Domino Domino michi Clementissimo.

Egy félív papir egyik oldalán, zöldviasz zárópecsét nyomával. — *Bécsi cs. és kir. házi stb. levéltár: Hung. 1534. April. 31.*

Közli: Bunyitay Vincze.

312.

Veszprém, 1534 május 1.

«Frater Clemens prior provincialis per regnum Hungarie ordinis Predicatorum» Mikebudai Sós Ferenczet, nejét és leányát a domonkosrendű szerzetesek és apáczák érdemeinek részesévé teszi.

Clemens prior provincialis per regnum Ungariae, ordinis Praedicatorum, Franciscum Sós de Mikebuda, eiusque uxorem atque filiam meritorum monachorum et sanctimonialium ordinis Praedicatorum participem reddit.

Eredetije a Nemzeti Muzeum levéltárában. Véghely-gyűjt.

Közli: Dr. Karácsonyi János.

313.

Brüsszel, 1534 május 1.

Oláh Miklós Pemfflinger Sebestyén borsodi főispánnak. Mária királyné betegségéről, a tapolczai apátságról és szerzeteseiről.

His diebus praeteritis redditae fuerunt mihi litterae tuae in Valkenstein datae, ex quibus intellexi te sanum et incolumem ex Dyosgiewr e multis calamitatibus et damnis ad charissimam coniugem tuam venisse. Habeo gratias Deo, qui te sanum reduxerit; nihil est gratius, quam intellexisse te bene valere. Ex Dei gratia

regina nostra serenissima iam melius valet, sed fere ab uno mense, diebus interpositis, illa infirmitate Posoniensi et Altenburgensi sua pristina mixtis febribus adeo aegrotabat, ut timorem non parvum nobis incusserit vitae suae finiendae. Sed Deo ago gratias, qui eam sanam fecerit; nos quoque omnes bene valemus et expectamus avido animo pacem Hungaricam. Habeo gratias tibi, qui abbatiam de Tapolcza rursus meo nomine occupari feceris, eamque possideas. Rogo te, cura eam illiusque bona, ut tua propria, et defende. Nihil enim ex meis ita meum esse duco, ut tecum non sit commune. Si fieri potest, reducas monachos metu dilapsos, ne divina negligantur. De victualibus eis necessariis interea provideri ex proventibus plebaniae de Miskolcz poterit, vel rogo te, ex victualibus arcis Dyosgiewr usque ad novum frumentum et vinum; ex quibus id, quod eis nunc datur, postea excipe. Si monasterium per sacrilegum illum Bebek adeo destructum est, ut habitare isthic non possint, habet in Myskolcz abbatia domum, in qua, vel etiam in domo plebani monachi habitare possunt, quousque monasterium refici poterit aliquantisper. Et nihilominus in ecclesia parochiali Myskolcziensi monachi divina servitia, debita monasterio, continuare poterunt interea, dum illud reformabitur. Si magno beneficio me vis afficere, cura, ut servitia divina uno vel alio modo non negligantur, quousque exire hinc potero. Viceplebanus ad me scripsit nihil; cuperem, ut non perpetuo taceret, damnum alioquin patietur. De novitatibus mihi significatis habeo tibi gratias; utinam iam pacem haberemus, quam omnino spero, si rem bene intelligo, futuram. Vale. Bruxellae, prima Maii 1534.

Oláh M. levelezése. Budapest, 1875. 495—496. l.

314.

Pannonhalma, 1534 május 1. körül.

A pannonhalmi főapát és konvent segítséget kérnek Török Bálint és Pekry Lajos ellen, a kik a somogyi tizedek nagy részét lefoglalták. Kérik Laki Deák Balázs várnagy elmozdítását és helyébe Kamonczy Gergely kinevezését.

Sacratissime rex, domine clementissime. Ultra reliquas oppressiones et id accidit, quod domini Valentinus Therek et Ludovicus Pekrÿ decimam Simigiensem, que non ad parum se extendit, anno superiore pro seipsis exegerunt et futuro quoque anno exigere in omnem eventum conantur. Supplicamus Maiestati vestre, dignetur ipsis seriose committere, ne ad futurum annum in decimam illam

se intromittant, sed libere per abbatem et conventum exigi permittant.

Preterea Franciscus Nÿarÿ similiter superiori anno cultellum de Fok in comitatu Simigiensi habitum, quem ei pro flor. VI centum arendaveramus, cuius arendationis partem, scilicet fl. tercentos, solvit. Restant solvendi fl. III c., quam partem solvere non intendit. Cum hoc monasterium non parum damni et incommodi sit accepturum, supplicat humillime, ut Mattas V. Franciscum Nÿarÿ ad solvendum ipsum debitum III centum flor. compellat, ne monasterium ab omni parte damnificetur et cum hoc divinus cultus minuatur.

Deinde sacratissime rex, ex quo Mattas V. intellexit iniurias, dampna et oppressiones, quas Blasius litteratus, officialis Mattis Vestre castri sancti Martini, Abbati, conventui ac pauperibus colonis intulit et in dies inferre non cessat, unde equitas, relligio *(így)* et dignitas Mattis V. monet, quo ipsum Blasium litteratum ab officio removeat, ne Abbas, monasterium et conventus in totum pereant. Supplicat itaque Abbas cum conventu Matti V... dignetur dominis cancellario, locumtenenti et camere sue Hungarice committere, ut ab ipso Blasio veram et rectam rationem et computum recipiant...

Demum Abbas cum toto conventu Matti V. supplicat... quatenus Mattas V. officialem competentem loco Blasii dare dignetur. Nullus autem... dignior et utilior eorum iudicio prefici poterit, quam Gregorius Kamanchÿ, qui Matti V. prope servivit... Eo etiam magis idoneus, quod prioribus temporibus in arcibus finitimis, utpote in Petherwaradÿa et suis pertinentiis, preterea etiam vivente quondam serenissimo Ludovico rege et tempore Mattis V. officialis fuerit Bude, ubi probum gessit et fidelem hominem...

Kívül: Anno Domini 1534.

Eredeti fogalmazvány a pannonhalmi főapátsági lt. c. 21. I. S.

Közli: Dr. KARÁCSONYI JÁNOS.

315.

Pannonhalma, 1534 május 19.

Máté pannonhalmi főapát egyházának nagy szükségétől kényszerítve a zalai és segösdi tizedkerületek 1534-iki fele tizedét 300 forintért bérbeadja.

Mattheus, archiabbas sacrimontis Pannoniae, grandi necessitate ecclesiae suae coactus, dimidiam partem decimarum districtuum de Segösd et Zala, anno 1534 provenientem, pro 300 florenis elocat.

Eredetije a pannonhalmi főapátsági lt. c. 59. I. J.

Közli: Dr. KARÁCSONYI JÁNOS.

316.

Pádua, 1534 május 28.

Bakócz Tamás zágrábi prépost kéri Erdődy Péter vasvármegyei főispánt, hagyja meg Imre zágrábi plébánosnak, hogy otthoni ügyeinek gondozását vállalja fel; neki pedig nyujtson segítséget, hogy elhagyva Páduát, Bolognában folytathassa tanulmányait.

Sese suaque omnia commendat humillime. Magnifice Domine, Domine mihi semper gratiosissime. Ternas iam ad Vestram Magnificam Dominationem dedi litteras, quibus abunde negotium meum Vestre Magnifice Dominationi perscripsi. Nolim autem, ut is error, qui nuper acciderat, sequeretur. Eam ob rem hunc hominem eo transmisi, ut quo in loco res mee site sint, intelligam. Petieram autem per litteras Emericum plebanum Sancti Joannis Zagabrie commorantem, ut curam meorum negotiorum assumere velit. Vestram insuper Magnificam Dominationem per litteras rogatum habueram, quo Vestra Magnifica Dominatio eidem domino Emerico plebano S. Joannis unico suo chyrographo dignaretur significare, ne illud ipsum onus meorum negotiorum recusaret, dominus enim lector Zagrabiensis ad ineunda hec ipsa fraternitatis et amicitie officia adeo ineptus est, ut vix revocet in memoriam curam amici sibi commissam et creditam. Ceterum, Domine Magnifice, quia hic Patavii litere humaniores multum frigere ceperunt, velim, si per expensas liceret, me conferre Bononiam, illud enim gymnasium longe excellentius predicatur. Rogo itaque Vestram Magnificam Dominationem, ut quidpiam auxilii ex sua liberalitate in me conferre dignetur. Is autem ostensor presentium, ob cuius festinum discessum epistola longiorem transcursum non patitur, plura nomine meo Vestre magnifice Dominationi referet, cuius relatibus Vestra magnifica Dominatio fidem, rogo, adhibere ne dedignetur eundemque Vestre Magnifice Dominationi unice commendo. Valere insuper Vestram Magnificam Dominationem ad multos annos felicissimos percupio. Datum Patavii vigesima octava die Maii anno salutis 1534.

Eiusdem Vestre Magnifice Dominationis

nepos et servitor
Thomas Bakocz,
prepositus Ecclesie Zagrabiensis.

Kívül: Magnifico Domino Domino Petro Erdeuudy de Monyorokerek, Comiti comitatus Castriferrei etc. Domino et Patrono semper observandissimo.

Egy félív papir egyik oldalán, veresviasz zárópecséttel. — *Bécsi cs. és kir. házi stb. levéltár: Hung. 1534. Május. 63.*

Közli: Bunyitay Vincze.

317.

Pádua, 1534 május 28.

Bakócz Tamás, Grangya Péter zágrábi olvasókanonokhoz írt levelében szemrehányólag említvén föl, hogy három levelére sem kapott választ, sürgeti őt, hogy minden ügyeinek gondozását bízza Imre plébánosra és jövedelmeiből, még kölcsön fölvett pénzből is küldjön 60 forintot, hogy tanulmányait folytathassa.

Reverende Domine, Amice honorande. Ternas iam dedi ad Vestram Reverendam Dominationem litteras, responsum tamen nullum ad eas ipsas habere potui. Nunc itaque rursum eo res ipsa progressa est, ut necesse fuerit hominem certum ad hoc ipsum onus subeundum perquirere; nullus enim iam superest obolus, protinus fame nobis erit contabescendum. Certe credo penitus Vestram Reverendam Dominationem in perniciem nostram iurasse. Prioribus litteris meis significaveram Vestre Reverende Dominationi, quod si protinus rebus et necessitatibus meis diligentius a Vestra Reverenda Dominatione minime provisum esset, neque subvenire curaret, extunc omnia mea tractanda in manus honorabilis domini Emerici plebani S. Johannis, alias prebendarii Zagrabiensis, committeret; nullus enim tantarum miseriarum finis (ut video) per vestram Reverendam Dominationem erit. Certe malim ipsam vitam Dyogenis cynicam, quam perpetuis curis apud externos excarnificari. Annon intelligit Vestra Reverenda Dominatio, qualem animum studia literarum requirant? Profecto quemlibet literarum candidatum maxime et imprimis oportet abesse a curis, sollicitudinibus aliisque mundanis perturbationibus, nubila enim mens est (ut dicit ille) hec ubi regnant. Sed quoniam nil iuvat plurima verba effundere in auras, videor enim laterem, ut proverbio dicitur, lavare, tantum igitur est, ut alias in litteris meis perscripsi, quia ex illis mihi missis florenis numero 40 necesse fuit satisfacere meis creditoribus, a quibus anno elapso certam pecuniam collegeram, remansere decem floreni, quibus hactenus vitam satis misere protraxi. Nunc quid consilii capiendum erat, eram plene nescius, nullum certe remedium reliquum videbatur, nisi ut hunc ostensorem presentium satis magno ere mercarer,

eundemque eo transmitterem. Et quoniam est animus, Bononiense gymnasium adire, hic enim litere humaniores plurimum frigere ceperunt, necesse est, ut undecunque potuerit Vestra Reverenda Dominatio, sexaginta florenos partim ex proventibus meis, partim vero ab aliis in futuram restitutionem perquirat ac mihi quamprimum per hunc transmittendum curet. Quod quidem si Vestra Reverenda Dominatio facere recusat, ut premisi, velim, negotia mea honorabili domino Emerico plebano S. Joannis curanda committat. Conabor tentare omnes angulos, ut tandem tot curis semel vacuus, liberius literis operam navare possim. Is ostensor presentium nomine meo plura referet; adhibendus tamen est quispiam interpres. Vestram Reverendam Dominationem Altissimus tueatur diu felicem et incolumem. Datum Patavii vigesimo octavo die Maii anno salutis 1534.

Thomas Bacocz de Erdeuud,
prepositus Ecclesie Zagrabiensis.

Huic homini tuto quidvis pecuniarum committi potest. Habet enim pro se hic in urbe Patavina certos precipuos nobiles pro cautione fideiussoria.

Kívül: Reverendo Domino Petro Grangya Canonico et Lectori necnon et Vicario Ecclesie Zagrabiensis, fratri et amico observando.

Egy ív papir első két oldalán, pirosviasz zárópecsét nyomával. — Ugyanazon napon és helyen, ugyanazon panaszos tartalommal (meg sem álmodta, hogy leveleit elfogták s azok a császári udvarba kerültek) még ugyanazon utóirattal is írt: «Honorabili Domino Georgio Plebano de Jaztrabarczka Domino fratri et amico» és «Honorabili Domino Emerico Plebano S. Joannis alias Prebendario a Zagrabia, Domino fratri et amico», mely levelek szintén itt vannak. — *Bécsi cs. és kir. házi stb. levéltár: Hung. 1534. Máj. 65.—66.—67.*

Közli: Bunyitay Vincze.

318.

Pádua, 1534 május 28.

Bakócz Tamás zágrábi prépost Simon zágrábi püspökhöz intézett levelében panaszolja, hogy javadalmából másoknak van hasznuk, nem neki; három-négy levelére még nem is válaszolnak. Igy tanulmányait nem folytathatja. Kéri a püspököt: segítsen nyomoruságos helyzetén.

Sese suaque omnia unice commendat. Reverendissime Domine, Domine ac Patrone observandissime! Chylonem illum Lacedemonium de numero septem celebratissimorum Grecie sapientum unum dicere solitum posteritas accepit, nullum in quibuslibet tum

miseriis tum anxietatibus presentius esse remedium, quam curas aestusque animi in amicorum sinum effundere, quod ipse dum facere conor, ut videlicet literis operam liberius navarem, talium neminem reperio. Identidem vocifero, pulso ac stimulo, nemo tamen precantem aut audit aut sentit, quod profecto qui fiat, nulla coniectura assequi possum, nisi fortasse et deos et homines in meam perniciem coniurasse crediderim. Ita fit, Domine Reverendissime, ut omnia mea negotia, fidei amicorum credita, ventis et fluctibus commissa perspiciam. Certe nullum genus mortalium magis ad mutua officia ineunda torpet, quam nostrum: nihil aliud curat, quam ut ventri ut plurimum inserviant, fratrum interim et amicorum commoda negligenter, quod certe tantum abest, ut christianum sit, ut etiam prorsus ab omni humanitate sit longe alienissimum. Hec, Domine et Patrone gratiosissime scribo, non quod quidpiam horum ad Vestram Reverendissimam Dominationem pertinere existimem, sed ut tam apud superiores quam etiam inferioris conditionis homines apertius testificari possim, me nihil avidius aut diligentius conari, quam ut expectationi maiorum meorum de me concepte satisfacere possim, si mihi quidem liceat. Sin minus licebit, quid mihi agendum sit, penitus ignoro, nisi forte id agendum erit, ut hoc ne semper agam. Rectissime quidem ille scriptum reliquit: Haud facile emergunt, quorum virtutibus obstat res angusta domi. Nunc itaque, Domine Reverendissime, cum videam, me ab omnibus negligi, measque res ita tractari, ut aliis plus emolumenti ex ipsis quam mihi proveniat, en supplex, Domine gratiosissime ad numina eiusdem et auxilia, tanquam ad propitiam quandam anchoram confugio, perque illius summi Dei Optimi Maximi, qui cuncta ex nihilo condidit, erga genus humanum charitatem, quam nobis quoque omnibus ita exemplo Filii sui expressam reliquit imitandam, ut nisi ea habita salvi esse nequaquam possimus: rogo, oro et obtestor, ut hac in re tam pia, tam honesta, tam divina sanctaque mihi egenti et misero opitulari Vestra Reverendissima Dominatio ne dedignetur. Liceat, queso, mihi, Domine Reverendissime, nunc tandem liberalitatem Vestre Reverendissime Dominationis experiri; neque metam aliquam prefigendam putavi, sed quantum pro animi sui promptitudine elargire dignata fuerit, ero contentissimus. Ne autem Vestre Reverendissime Dominationi mirum videatur, eam pecuniam, que nuper per Davidem allata fuerat, tam repente defecisse, nescio utrum calliditati astutieve domini Lectoris Z. an imprudentie et stultitie mee, qui fidem dictis illius adhibuerim, imputandum errorem iudicem? Ea enim pecunia primo anno, quo

ingressus sum, erat transmittenda, prout ipse quoque coram me receperat, nec tamen verba factis comprobavit. Coactus igitur necessitate ipsa, certam pecunie summam a quibusdam accipere necesse fuit, neque enim ille ipse expense, quas mecum ipse attuleram, pro coemendis libris et renovandis indumentis scolaribus sufficere poterant. Et hac itaque summa pecuniaria nuper transmissa meis creditoribus satisfacere necessario compulsus sum. Misit autem partim in auro, partim in moneta florenos, et eos quidem mutilatos, quadraginta. Nunc expendat Vestra Reverendissima Dominatio, utrum iure in ullum invehar, an iniuria. En cogor rursus per hunc presentium ostensorem idem agere, quod paulo ante per quendam Gallum egeram. Iam terras aut quaternas dedi litteras, neque tamen a quopiam responsum habere potui ullum. Velim autem, Domine Reverendissime primo quoque tempore, si per expensas licebit, gymnasium Bononiense attentare, nam hic litere humaniores solito plus frigere ceperunt. Nova nulla sunt. Hunc hominem Vestre Reverendissime Dominationi unice commendo; si quid Vestra Reverentia in me conferre digna *(így)* fuerit, huic homini tuto committere poterit. Nam, ut non ignorat Vestra Reverendissima Dominatio, solent tales fideiussores hic precipuos huius civitatis relinquere. Vestram Reverendissimam Dominationem Altissimus ad multa secula tueatur felicem ac incolumem. Datum Patavii vigesima octava die Maii anno Domini MDXXXIIII.

Eiusdem Vestre Reverendissime Dominationis

nepos et servitor

Thomas Bakocz de Erdeuud,

prepositus Ecclesie Zagrabiensis.

Kívül: Reverendissimo Domino Domino Simoni Episcopo ecclesie Zagrabiensis, dignissimo Domino et Patrono semper observandissimo.

Egy ív papir két első oldalán, veresviasz zárópecséttel. — *Bécsi cs. és kir. házi stb. levéltár: Hung. 1534. Máj. 64.*

Közli: BUNYITAY VINCZE.

319.

Prága, 1534 június 1.

Ferdinánd király megparancsolja nagyságos Enyingi Török Bálintnak, az ő hadvezérének, hogy az 1533-ban elvett somogyi tizedért a pannonhalmi monostort kielégítse.[1]

Ferdinandus rex belliductori suo, Valentino Török de Enyingh, praecipit, ut pro decimis comitatus Somogyiensis (Symigiensis), anno 1533 a monasterio sacrimontis Pannoniae ademtis, eidem monasterio satisfaciat.

Eredetije a pannonhalmi főapátsági lt. c. 38. I. G.

Közli: Dr. Karácsonyi János.

320.

Kolosmonostor, 1534 június 2.

Adorján doktor, erdélyi püspöki helytartó és kolosvári plébános Győrfalván (Kolosmegye) földeket vesz.

«Venerabilis Adrianus doctor, vicarius Albensis Transilvaniensis necnon plebanus Coloswariensis» terras in possessione Gyewrghfalva (Győrfalva) coemit.

Egykorú fogalmazat a kolosmonostori konvent levéltárában.

Közli: Dr. Karácsonyi János.

321.

Eisleben, 1534 június 4.

Stöcklin Lénárt a bártfai birónak és tanácsnak köszönetet mond a föntartására küldött pénzért és felfogadja, hogy ha a tanulmányai folytatására szükséges pénzt meg nem vonják tőle, nekik, valamint hazájának ezt meg fogja szolgálni.

Meine gantz uillige, vnterthenige dienste bevor. Namhafftige, erbare vnd weyse, günstige liebe herrn. E. W. schreibenn durch Martinum Buchfüerer vonn Craca hab ich sampt den funffzehen gülden vngrisch ynn golt, so mir E. W. zu meiner vnterhaltung geschickt habenn, empfangen. Dran ich ewern sonderlichen geneigten, doch allezeit verhofften willen gegen mir gespürt, welchen ich bey E. W. fürter zu erhalten keine müe, noch vleis uil sparen. Bedank mich hiemit auffs aller hoechst solchs ewers bedenckens, fürnemlich ynn dieser schwerenn zeit; bin dargegen uiderumb mich ynn aller gebür gegen E. W. vnnd meinem liebenn vaterland, nach den yhr mich erinnert, zu halfenn, gantz uillig vnd

[1] V. ö. 314. számot.

bereyt. Ist allein mein hoechlich bit vnnd beger, so lang mir gebürenn wil ynn diesem meinem fürnemenn an zu halten, E. W. wöllen mir diese zeit nicht verkürtzenn, auff das ich euch vnd Ewern mit so viel dester groessern nutz vnd frommenn mit der zeit dienenn künde, dann ich verhoff mich durch mittel meines newlich angenomenen diensts nicht ein wenig zu bessern, von den E. W. sonder zweiffel meine gutte freunde, den ich solchs schrifftlich angetzeigt, werdenn bericht habenn. Inn solchen meiner bit an E. W. wo ich allein mein eignen nutz vnnd frommenn hab angesehenn, das ich E. W. fürter zu bedenckenn heimstettenn wil, beger ich yhr keine stadt zu gehenn, sindt aber vonn iugent vff alle meine anschlege dohin gerichtet vnnd ye lenger ye mehr, das ich ein nützlich glied vnsers gemeinen nutz, domit der almechtig got zu sein gnad verleyhe, werden moehte, so versehe ich mich gaentzlich E. W. werdenn mich auch on all mein bit, so viel an euch ist, foerdern, domit ich ynn meinem lernenn, wie ich bis her gethann, volfarenn moehte, oder ia auffs wenigst nicht hindernn. Dis hob ich ynn der kürtz auff dismal, mich danckbar zu ertzeigen, an E. W. schreyben woellen, welches mir vor dieser zeit nicht hat gebüren mügenn. Hiemit was E. W. von mir lieb vnnd dienst ist. Datum am tag Corporis Christi zu Eysslebenn 1534.

Ewer weissheit

vntertheniger

Leonard Stoecklin.

Kívül: Den Namhafftigenn, erbarn vnnd weysenn Richter vnnd Radt der Stadt Bartpha yn Vngern, meinen günstigen lieben herrn.

Bártfa városa levéltárából. Másolta Ábel Jenő.

Közli: Bunyitay Vincze.

322.

Prága, 1534 június 7.

Ferdinánd király arról értesülvén, hogy a bártfaiak bizonyos Izaiás nevű hitszónokot, kit rossz erkölcsei és gonosz tanításai miatt Morvából csúfosan elkergettek, hitszónoknak felfogadtak, azt parancsolja, hogy a nevezettet rögtön elfogassák, jól őrizzék és Mihály kalocsai prépost és egri vikáriusnak átadják.[1]

Civitati Bartphensi. Ferdinandus. Prudentes et Circumspecti fideles, Dilecti. Intelleximus apostatam quendam, Esaiam nomine,

[1] V. ö. 302. számot.

ex marchionatu nostro Moravie ob perversos mores et pravam eius doctrinam turpiter repulsum, a vobis in concionatorem vestrum assumptum esse, quod non parum nobis displicet, cum manifeste vobis constet, illum dogmate perverso, quod in credulam plebem venenatis aculeis seminare non erubuit, aliis plurimum nocuisse. Quare quidvis potius attentandum fuisset, quam ab aliis iustissima causa reprobatum a vobis probari et acceptari. Cum autem mens nostra sit, nequaquam huiusmodi crimine notatos in regno isto nostro et sub potestate nostra sufferre aut pati, et *(így)* ex parvo principio ea sequantur, que et communi regno et vobis ceterisque fidelibus nostris queant incommodare aut irreparabile damnum aliquod generare, idcirco fidelitati vestre firmissime committimus et mandamus, ut iamdictum Esaiam concionatorem mox visis presentibus et evestigio capiatis et sic captum et bene munitum ad venerabilem, devotum, nobis dilectum Michaelem d. d. prepositum Colocensem, Vicarium Agriensem mittatis, eique illum presentetis, secus sub obtentu gratie nostre minime facturi. Datum Prage 7ª Junii. 1534.

Fogalmazat egy félív papir egyik oldalán. — *Bécsi cs. és kir. házi stb. levéltár: Hung. 1534. Jun. 8.* — Az elküldött királyi parancs eredetije a budapesti kir. tud. egyetem könyvtárában, Littere et epistolae originales cz. gyüjteményben. Nyomtatásban kiadták: *Wagner* (Diplomatarium Comitatus Sarosiensis. 496.), *Katona*, *Ribini*.

323.

Pannonhalma, 1534 június 12.

A pannonhalmi konvent nagyon kéri nagyságos Choron Andrást, Veszprémmegye főispánját «tanquam tutorem et patronum singularem, in quo plurimum spei et fiducie habent», hogy ne nehezteljen, a miért egyik kérését most nem teljesítheti.

Conventus sacri montis Pannoniae Andream Choron, comitem Vesprimiensem, tutorem et patronum suum singularem, in quo plurimum spei et fiduciae habent, deprecatur, ne sinistre accipiat cuiusdam petitionis suae non admissionem.

Eredetije a pannonhalmi főapátsági levéltárban c. 72. l. G. Nr. 1.

Közli: Dr. Karácsonyi János.

324.

Pozsony, 1534 július 2.

(De commissione Regie Mattis in consilio) I. Ferdinánd megparancsolja a pannonhalmi apátság összes alattvalóinak, hogy többé Deák Balázs volt várnagynak ne engedelmeskedjenek, hanem Peregi Albert pécsi prépostnak és kamaratitkárnak vagy annak, a kit ez kijelöl.

Ferdinandus rex Blasium Litteratum a praefectura arcis montis Pannoniae amovet curamque huius arcis Alberto de Pereg, praeposito Quinqueecclesiensi, committit.

Eredetije a pannonhalmi főapátsági levéltárban c. 47. l. Ff.

Közli: Dr. KARÁCSONYI JÁNOS.

325.

Selmeczbánya, 1534 július 3.

A selmeczbányai tanács Antal beszterczebányai plébános ajánlására «Mathias Slesita Prediger und Vorkhunder des Wortt Gotts zue Leypzig [1] *im Zyps»-et meghívja selmeczbányai prédikátornak.*

Senatus Schemniciensis ad commendationem Antonii plebani Nevsoliensis Mathiam Slesitam Leibicziensem pro praedicatore evocat.

Eredetije Selmeczbánya város levéltárában. Fasc. XXV.

Közli: Dr. KARÁCSONYI JÁNOS.

326.

Győr-Szentmárton, 1534 július 6.

Peregi Albert pécsi prépost, a m. kir. kamara titkára és tanácsosa tudatja a pannonhalmi apátság összes alattvalóival, hogy a pannonhalmi apátságot Laki Deák Balázs kezéből a király parancsára kivette s meghagyja nekik, hogy ezentúl minden jövedelmet és adót Máté apátnak s az ő tisztjeinek szolgáltassanak át.

Albertus de Pereg, praepositus Quinqueecclesiensis, consiliarius et secretarius Camerae regiae nunciat subditis monasterii sacri montis Pannoniae, se abbatiam e manibus Blasii Litterati de Lak exemisse praecipitque ut proventus amodo Matthaeo archiabbati eiusque ministris tradant.

Eredetije a pannonhalmi főapátsági levéltárban c. 21. l. Q.

Közli: Dr. KARÁCSONYI JÁNOS.

[1] Helyesen: Leybicz, l. fent 271. számot.

327.

Chertsey, 1534 július 10.

Henrik angol király értesülvén István szerémi püspök jeles tulajdonairól és a közügyekben jártasságáról, őt a közte, a franczia király és a saját királya (János) közt megindítandó tárgyalásokra biztosának kinevezi s tudatja vele, hogy követe majd közli a tudnivalókat.

Henricus Dei gratia rex Angliae et Franciae, fidei Defensor ac dominus Hiberniae, reverendo in Christo Patri Domino Stephano Episcopo Sirmiensi, serenissimique regis Hungariae Consiliario etc. Amico nostro carissimo salutem. Non vulgares animi dotes ac virtutes, quibus Reverendam Dominationem Vestram ex dilecti nobis domini Gregorii Casalii sermone praeditam esse intelligimus, efficiunt, ut non solum eandem plurimum amemus et charam habeamus, verum etiam spem certam et fiduciam concipiamus, futurum semper, ut causas omnes in serenissimi vestri Regis stabilimentum securitatemque et Christianae Reipublicae quietem, tranquillitatem atque conservationem cessuras et quae Christianissimo Francorum Regi fratri perpetuoque confoederato nostro carissimo et nobis iunctim unanimique consensu cum serenissimo Rege vestro impraesentia occurrunt, et deinceps tractari contigerit, vestra opera consilioque iuvetis et promoveatis. Ex reverendo igitur domino prothonotario Casalio, quem ad serenissimum vestrum Principem oratorem nunc destinamus, nonnulla publicum bonum concernentia Vestra Reverenda Dominatio nostro nomine intelliget, cui referenti, impense rogamus, ut indubiam fidem velit habere et in iis, quae nostro nomine aget, adesse atque favere. Qua in re nobis summopere gratificabitur. Et feliciter valeat eadem Reverenda Dominatio Vestra. Ex regia nostra de Chertsey, die X Julii M. D. XXXIIII.

Vester bonus amicus
Henry Rex.
Petrus Vannes.

Hátán: Reverendo in Christo patri Domino Stephano Episcopo Sirmiensi, serenissimique Regis Hungariae Consiliario etc. et Amico nostro carissimo.

Nyilt papir-levél, kerek zárópecséttel. — *Bécsi cs. és kir. házi stb. levéltár: Hung. 1534. Jul. 36.*

Közli: Bunyitay Vincze.

328.

Róma, 1534 július 13.

Frangepán Ferencz kalocsai érsek levelének konzisztóriumi tárgyalása.[1]

«XIII. Julii MDXXXIV. lectae litterae fratris Francisci de Frangepan ex Buda, qui a SS. domino contra Lutheranorum haeresim, quae in Hungariam acriter irrepserat, missus (?), aliquod remedium mature petebat, cui petitioni obstare videbatur, quia vaivoda, qui illi regno praeerat, iam a sua Sanctitate excommunicatus fuerat. Ad eum enim nuncium mittere non e Sedis Apostolicae auctoritate esse censebat; neque aliter provideri posse putabat: quia vaivoda adhuc absolutionem censurarum non petierat, neque absolvi ullo modo aliter poterat. Auditis reverendiss. DD. sententiis, Sanctitas sua negotium in futurum consistorium distulit.»

Raynaldi: Annales ad an. 1534. Nr. 7. Idézve *Katona* XX. 913.

329.

Svedlér, 1534 július 13.

Cremnicius András megírja a selmeczbányaiaknak, mily föltételek alatt óhajtja elfogadni a papságot náluk.

Gratiam et pacem precatur.

Venit ad me Jacobus Bubbeys concivis Iglo et exposuit se plenam auctoritatem a magistratu Schemniciensi accepisse, eligendi et vocandi concionatorem et memet peccatorem ad id, ut bene institutum, elegit et vocavit. Ego autem hac de re deliberavi et spiritum vocationis probavi et probare satago. Respondi vocatori ea lege me velle parere, ut ad vestrum cetum venturus sim et vestrum volo probare spiritum et fidem et charitatem. Itidem vestra prudentia probet meum spiritum, si ex Deo est, et fidem et charitatem, si conformis sit ecclesie chatolice, citra magnam meam hac tempestate iacturam in bonis externis, quibus haud abundo, probent, inquam, ad 15 ebdomadas vel citra. Tandem velim, ut mihi haud facile cervical ante fores proneretur *(így)*, senectuti enim mee opere pretium est providere. Itidem noverit vestra circumspectio non posse adeo me nunc concito pede ad coronam vestram venire, sed

[1] V. ö. 181. számot.

dabo operam, ut in 4 vel supra vel infra possum ad cetum vestrum properare ebdomatibus *(így)*. Cetera narrabit vestre prudentie Jacobus Transilvanus vester famulus. Hec tumultuarie. Ex Swadell 1534. in die Margarethe.

Andreas Crempnicius
vre d. deditissimus.

Kívül: Circumspectis dominis Stephano Zalaÿ iuratisque civibus Schemniciensibus.

Eredetije Selmeczbánya város levéltárában. Fasc. XXV.

Közli: Dr. Karácsonyi János.

330.

Buda, 1534 július 15.

János király Verancsics Antal budai prépostot és titkárát a franczia királyhoz követül küldvén, a szendrei és belgrádi török kormányzónak ajánlja.

Joannes Dei gratia rex Hungarie, Dalmatie, Croatie etc. marchio Moravie, ac Lusatie et utriusque Slesie dux etc. Spectabili ac magnifico domino Huzreffbeg, sanchako Samandrie et Belgradi, amico nostro charissimo, salutem et omne bonum. Spectabilis et magnifice amice nobis charissime. Misimus hunc fidelem nostrum reverendum Anthonium Wrancium prepositum Budensem ac secretarium nostrum ad christianissimum Francie regem in certis et arduis rebus et negotiis nostris. Quare si eum ad Sp. et M. D. vestram pervenire contigerit et operam vestram requisiverit: rogamus eandem, velit ob respectum nostrum ei omni ope et favore adesse ac etiam de securo itinere providere et consulere. Quod nos a Sp. et M. D. vestra grato animo accipiemus. Et eandem bene valere optamus. Datum Bude quinta decima die Julii, anno Christi millesimo quingentesimo tricesimo quarto, regnorum nostrorum octavo.

Joannes Rex
manu propria.

Kívül: Spectabili ac Magnifico Domino Huzreffebeg Sanchacho Samandrie et Belgradi, Amico nostro charissimo.

Eredetije a Nemzeti Múzeum kéziratai között 429. fol. lat. Kiadva: Verancsics Antal Összes munkái I. (Magyar Tört. Emlékek. 2. Oszt. II.) 341. l.

331.

Igló, 1534 július 16.

«Jacob Tainczer» levelet ír «Stephan Salay» selmeczbányai birónak és ajánlja «Mathias Schlesita»-t.

Jacobus Tainczer pro praedicatore Schemniciensi Mathiam Slesitam commendat.

Eredetije Selmeczbánya levéltárában. Fasc. XXV.

Közli: Dr. Karácsonyi János.

332.

Pannonhalma, 1534 július 25.

Vecseszlóczy Boldizsár, nagyságos Bakyth Pál úr tisztviselője, Máté pannonhalmi apáttól bérbe veszi «medias decimas cultelli Kys-kees et curie Remethe» 400 forintért.

Balthasar Vecseszlóczy, minister magnifci Pauli Bakyth, a Mattheo, archiabbate sacri montis Pannoniae, conducit medias decimas districtus Kys-Kés et curiae Remete pro 400 florenis.

Eredetije a pannonhalmi főapátsági lt. c. 19. l. Q.

Közli: Dr. Karácsonyi János.

333.

Vág-Besztercze, 1534 július 27.

Podmanyni János a saját és rokonai nevében kéri a királyt, hogy a Katzianerrel kötött szerződés negyedik pontja értelmében a néhai Podmanyni István nyitrai püspöktől kölcsönvett ezüst, és a Nyitra várából a néhai Lajos király által elvitt ezüst-koporsó fejében, miknek értéke négyezer aranyforintra rug, elégítse ki őket.

Joannes de Podmanyn ac in Bystrycz etc. loco et in persona fratrum Domini Raphaelis et Burjani de Podmanyn ac amicorum consangvineorum ... cum ... domino Joanne Catzianer ... talem fecimus concordiam et unionem sub articulis et conditionibus hic insertis:

— — — — — — — — — — — — — — —

Quarto: ex quo Regia Maiestas quondam reverendissimo domino Stephano de Podmanyn episcopo Nitriensi, patruo nostro, qui etiam tutor noster fuit, pro certo argento, quod nobis pertinuit, teneretur et deberet, quemadmodum littere obligatorie a sua Maiestate date sonant; rursus etiam debitum illud, quod serenissimus rex Ludovicus, pie memorie, patri nostro domino Michaeli de Podmanyn impignoravit, quod Regia Maiestas necessitate exposcente

in castro Nitriensi accepit, sepulchrum videlicet argenteum, que dicta debita ad quatuor millia florenorum auri iusti et veri ponderis sese extendunt, hoc adiecto, quod Sua Maiestas nos... de huiusmodi summa in Marchionatu Moravie... contentos de prefata summa faciat... Datum in castro nostro Bystricza vigesimo septimo die Julii a. D. 1534.

Joannes de Podmanyn m. p.

Egy ív papir mind a négy oldalán, három zöldviasz gyűrűpecséttel. — *Bécsi cs. és kir. házi stb. levéltár: Hung. 1534. Jul. 73.*

Közli: Bunyitay Vincze.

334.

Páris, 1534 augusztus 4.

Uray János Debreczeni Péterhez, a magyarországi ferenczrendűek custosához intézett levelében előadván, hogy mi indította arra, hogy a híres párisi akadémiában folytassa tanulmányait, egyszersmind arra kéri, hogy őt szegénységében megsegíteni sziveskedjék.

Salutem in dulci Jesu et in eius genitrice orationes mellifluas. Sanctissimi patris nostri Francisci exemplo, Venerande Pater, quo non sibi tantum, sed aliis proficeret, motus, non sine multo vite discrimine Parrisiorum achademiam vel florentissimam studiorum invisere curavi, in qua nonnil literarum adsequi contendo, quibus et honori omnipotentis Dei nec non religionis ornamento et mihi ipsi non desim; sed quia graviores et multe litere longiora tempora et expetunt et expetere videntur, atque tot temporibus hic et hiis imbui non sit concessum pecunie inedia: inprecor suplex Vestram Venerandam Paternitatem omni veneratione a me amplexandam, dignetur suo paratissimo favore hac in re prestare opem, simulque nostram pauperiem utcumque pia clementia levare. Pia res est, nec sanctorum patrum sanccitis reclamans, que summi Dei laudem, animarum zelum, religionis decus conciliat. Quod si paterno affectu id prestiteritis, condonatum beneficium apud Deum prece pensare studebo; precor igitur, fraterculum ipse pater non despicias, neque mater oblivisci potest filii, neque pater paterne miserationis, neque nisi a domino sue vite gratiam catulus expetere potest. Valete feliciter in dulci Jesu. Datum quarto Augusti in alma civitate Parrisiana anno Domini 1534.

Frater Joannes de Ura
Vester deditissimus in omnibus.

Hec est centesima epistola sine responsionibus.

Kívül: Venerabili Patri Fratri Petro Debrecinio, Custodi custodie totius provincie nostre sancte Marie ex Ungaria, Ordinis Minorum observantie regularis, sacre theologie Professori magistroque meo, Concionatori egregio, alias Visitatori totius provincie dicte, Patrique meo Colendissimo, ubicumque locorum fuerit nostrorum, hec pagina fideliter presentetur.

Ugyanonnan, ugyanazon a napon, ugyanazon szavakkal ír a következőknek is:

Reverendo Patri Patri *[így]* Fratri N, Ministro provincie sancte Marie, Ordinis Minorum, observantie regularis, sacre theologie Professori necnon Predicatori egregio, Patri suo colendissimo, Quinqueecclesiis vel ubivis locorum fuerit.

Venerabili Patri Fratri Gregorio de Zegedino Ordinis Minorum observantie regularis, Preconi verbi divini famatissimo, nec non Lectori benemerito in Quinqueecclesiis vel ubivis locorum fuerit.

Venerabili Patri Fratri Alexio de Zegedino, Ordinis Minorum regularis observantie, Professori sacre theologie, Predicatori luculentissimo Lectorique bene merito, alias Custodi Waradiensi, Patri suo plurimum honorando.

Mindenik levél egy félív papir egyik oldalán, zárópecsét nyomaival. Három levelen ott áll a panaszos utóirat. Leveleit elfogták s így kerültek a császári levéltárba. — *Bécsi cs. és kir. házi stb. levéltár: Hung. 1534. Aug. 4.—5.—16.—17.* — A 16. szám alatti levelen az aláírás: Frater Joannes de Uray.

Közli: Bunyitay Vincze.

335.

Körmöczbánya, 1534 augusztus 10.

«*Mattes Wyndisch Prediger auff der Cremnitcz*» *értesíti a selmeczbányai tanácsot, hogy meghívásukat a prédikátori állásra nem fogadhatja el,* «*dieweyl ich diessen vocation, bey Wellicher ytz pyn, auch wiederumb auff anlangen meyner Herrn vermain derbey pleyben und weitter auff der Cremnicz dem armen volk das wort gottes vortzutragen*».

Mattheus, praedicator Sclavonicus Cremniciensis, significat senatui Schemniciensi, se vocationem suam ad munus praedicatoris admittere non posse.

Eredetije Selmeczbánya város levéltárában. Fasc. XXV.

Közli: Dr. Karácsonyi János.

336.

Fogaras, 1534 augusztus 12.

Maylad István jelenti Ferdinánd királynak, hogy Gritti Lajos Czibak Imrét, kit János király a Konstantinápolyból visszaterő Gritti elé küldött, emberei által, kiknek feje Batthyány Orbán volt, saját ágyában lenyakaztatta.

Serenissime Princeps... Dominus Emericus Chybak missus a suo Principe in obviam ipsius Ludovici Gritti, quum esset in spatio trium milliarium ab ipso Gritti, ivisset sibi in obviam, nocturno tempore, et fecit ipsum Chybak decapitare in eodem suo lecto; in hoc negotio fuit supremus Vrbanus de Batthyan etc... Ex Fogaras feria quarta ante festum Assumptionis Virginis gloriose anno Domini 1534.

Eiusdem V. Maiestatis Serenissime

fidelis

Stephanus Maylad.

Kívül: Serenissimo Principi, Romanorum, Hungarie, Bohemie etc. Regi semper augusto, Domino meo semper clementissimo.

Egy félív papir egyik oldalán, pirosviasz záró gyűrűpecséttel. — *Bécsi cs. és kir. házi stb. levéltár: Hung. 1534. Aug. 34.*

Közli: Bunyitay Vincze.

337.

Nagy-Szeben, 1534 augusztus 13.

Vásárhelyi Gergely értesíti Gerendi Miklós erdélyi püspököt, hogy Gritti Brassóba érkezett s hogy Czibak Imrét, ki eléje jött volt, Felméren Bathyány Orbán s ennek emberei által megölette. Jelenti továbbá, hogy Gritti seregében 1500 török lovas, ezer hitvány havasalföldi oláh és ezernél valamivel több magyar fegyveres van. Irja végül, hogy Czibak halálát, mely általános megdöbbenést okozott, meg fogják boszulni.

Reverendissime Domine... Gritti est in Barcha et nos cum domino Maylad fuimus apud eum... Interim veniebat Chybak ad eundem Gritti, qui in Felmer pernoctabat et nocte Vrbanus Bathyany cum servitoribus Gritti irrumpit ad Chybak persvasu et voluntate Gritti et illic in tentorio suo Chybak primo noctis somno interfectus, caput tantummodo ipsius Chybak Ludovico Gritti ductus *[így]* est; sic mors Chybak accidit. Ego rescivi et qui numerum exercituum ipsius tenet, perscrutatus sum et est isto numero: turcas equites et pedites habet mille et quingentos, non ultra; valachos ex

Transalpina viles habet mille; hungaros paulo plus mille, plures non habet. Jam Domine Reverendissime propter mortem Chybak et alios fratres, qui cum eo mortui sunt, fere totum regnum commotum est, tam Siculi, quam nobiles, puto quod et nos cum eis erimus unacum domino Maylad vindicare mortem Chybak. Hec agit Dominus Gotthardus, qui vix evasit mortem, quoniam erat cum Chybak... Datum Cibinii 13 Augusti anno 1534.

servitor
Gregorius literatus de Wassarhel
citissime.

Kívül: Reverendissimo Domino Domino Nicolao de Gerend Episcopo Transsilvanie...

Egy negyedív papir egyik oldalán, barnaviasz zárópecséttel. — *Bécsi cs. és kir. házi stb. levéltár: Hung. 1534. Aug. Nr. 23.*

Közli: Bunyitay Vincze.

338.

Nagy-Szeben, 1534 augusztus 15.

A szebeni polgármester jelenti a királynak, hogy Gritti Czibakot megölette (aug. 11-én) s hogy az alig megmenekült Kwn Kocsárd a székelyeket Gritti ellen akarja vezetni; Czibak hadvezérei és várnagyai pedig készek a várakat ő felsége kezére juttatni, ha serege megindulna.

Sacra Regia Maiestas... Gritti nunc est in Transsilvania cum 4 millibus, atque undecima mensis Augusti ipsum Czybak, qui antehac castrum Hwnyad occupavit, decollari fecit. Gothardus Kwn vix evasit et Siculos erga Gritti levare precontendit... Novo isto facinore ipsius Gritti omnes nobiles magno timore tenentur, facileque nunc ad fidelitatem S. Maiestatis V. redirent, si modo exercitus S. Maiestatis V. sese moveret; nam ab ipsis capitaneis et castellanis Czybak, qui evadere potuerunt, intelleximus, quod omnia castra in manus V. Maiestatis dare vellent... Datum citissimo calamo Cibinii in festo Assumptionis Marie anno Domini 1534.

E. S. Maiestatis V.

fideles
Magister civium, Judices, Juratique Consules civitatis Cibiniensis.

Kívül: Serenissimo Principi et Domino Domino Ferdinando...

Egy negyedív papir két oldalán, veresviasz zárópecsét nyomaival. — *Bécsi cs. és kir. házi stb. levéltár: Hung. 1534. Aug. 24.*

Közli: Bunyitay Vincze.

339.

Selmeczbánya, 1534 augusztus 15.

A selmeczbányai tanács «Dominus Andreas Crempniciensis, verbi divini minister in Wallendorf»-ot fölszólítja, hogy igérete szerint kezdje meg náluk a próba-szónoklatokat. «Pro qua tua Dominatio a summo Tonante praemium vitae aeterne, a nobis quoque mercedem condignam est obtentaturus».

Senatus Schemniciensis rogat Andream Cremniciensem, verbi divini minitrum Szepes-Olasziensem, ut promissos sermones incipiat.

Eredetije Selmeczbánya levéltárában. Fasc. XXV.

Közli: Dr. Karácsonyi János.

340.

Igló, 1534 augusztus 19.

Teinczer Jakab tudatja a selmeczbányai tanácscsal, hogy András mestert nagynehezen rábeszélte a selmeczbányai prédikátorság elfogadására.

Meynn Freÿnntlichenn grus ... Ersamen Herr Richter, Ersamen Weisen Herrn. Nochdem myr nun E. W. czugeschriben hat, das ich mich an E. W. und eyner Ersamen ganczen gemain, Stath und stel muenn sollte, ihnn dem wass antreffen werde eynen prediger. Solches hab ich willig und gernn gethann und hab ich ... disen gutten, frommen Herrn Magistrum Andream zu wegen bracht und wahrlich hab ich vil bittens unnd vorheissens an ihn gethan, das ich ihnn mit sampt dem Jacobum Sibenburger kaum überredet habenn. Dan der gutt from man czeiget uns daselben an, das ihm grawet, ehr mecht oben bey ewch von etlichen unverstendigen Lewten, die sich dan Evangelisch nennen, und mit tadt gar wenig beweisen, ubel gehalten unnd verspottet werdenn, wie man dan ieczunder ein czeit lang den Geistlichen etlichermas gethan hat. Hab ich ihm darauff czugesagt, E. W. eyn ersamer Radt, wird ihn ihn dem unnd andern Stucken unnd Sachenn wol schuczen und hanthaben, allein ehr solte sich auch dermossen halten, und das klare, helle wort Gottes predigen und lernen; hat ehr myr czugesagt, ehr welle keyne vleis nit sparen, sunder ehr wel alczeit und weil E. W. auch eÿner ganczen gemeÿn unnd auch seyner selben seelen selikeit suchenn unnd auch alle mit nicht anders, dan mit dem warhafftigen Gottes Wort speisenn, welchs ich ihm wolczutrau und glaub, dan ehr hats beÿ uns wol beweiset ihn seynen predigen. Darumb Ersamer Herr Richter, Ersamen Herrn hab ich solchen gedochten

Herrn magistrum Andream E. W. eerlich czugeschickt unnd hab ihm meynen Knecht Urban, czeiger des Brieffs, gelichen czu eÿnem geleitsman, darumb, das ehr dester sichrer unnd auch behender kem, dan die furleut faren langsam. Darumb wil ich E. W. freuntlich bitten, ihr wollt ihn verhalten, ich bÿn der hoffnung, ehr wird E. W. auch eyner ganczen gemeÿn mit der ler und leben nicht ubel gefallen... Datum Newdorff am mitwoch vor Bartholomei Anni 1534.

Ewer Weisheit williger
Jacob Tainczer.

Kívül: Denn ersamen... Stephan Salaÿ Richter unnd Rath der Stath Schemnicz.

Eredetije Selmeczbánya város levéltárában. Fasc. XXV.

Közli: Dr. Karácsonyi János.

341.

Fontainebleau (?) 1534 augusztus 24.

Ferencz franczia király Brodarics István pécsi püspöknek írt levelében hivatkozván azon tekintélyre és kegyre, melyben János magyar királynál, rokonánál és szövetségesénél áll, kéri, hogy dicséretes eljárásában legyen állhatatos, befolyását azokban is érvényesítvén, miket Cursin András által vele közöl.

Franciscus Dei gratia Francorum Rex reverendissimo Domino Stephano Broderico, Episcopo Quinqueecclesiarum, regis Hungarie Cancellario ac Consiliario optimo. Comperta mihi ea authoritate et gratia, qua apud Johannem, Hungarie Regem, amicum mihi maximum, affinem et confoederatum plurimum vales; singulari item prudentia et dexteritate, qua in hunc diem in rerum omnium procuratione et regni eius administratione usus es; postremo officiis, quibus hactenus erga eum commendari meruisti et quemadmodum intelligo continenter magis ac magis commendari mereris, idque non modo ad utilitatem et quietem eius regnique Hungarici, sed et omnis universim Christiane Reipublice: lubens feci, ut tecum pro eo congratularer, peteremque abs te atque adeo rogarem, ut in hac tam honnesta tamque laudabili voluntate ac proposito tibi perseverandum esse duceres, quemadmodum tibi enucleatius aperire poterit Andreas hic Cursinus, quocum prolixe accurateque de his communicavi. Itaque fore spero et de viri fidelitate tantum mihi polliceor,

ut affirmem, eum cuncta tibi fide summa ac diligentia relaturum. Reverendissime Domine, Deus optimus Maximus te incolumem servet. Datum apud Fontem Blavium die XXIIII mensis Augusti anno Domini M° D trigesimo quarto.

R[ecognovit?]

Francoys. *Breton* m. p.

Kívül: Illustrissimo Domino D. Aloysio *Gritti, [így]* Regni Hungarie Gubernatori etc. Amico nostro charissimo.

Hártya, zárlatán három-liliomos kerekpecséttel. — *Bécsi cs. és kir. házi stb. levéltár: Hung. 1534. Aug. 31.* — V. ö. a fenti 327. számot.

Közli: BUNYITAY VINCZE.

342.

Bécs, 1534 szeptember 9.

Ferdinánd király parancsa Bebek Ferenczhez, hogy Rozsnyót, melyet az esztergomi érsekségtől jogtalanul elfoglalt és bitorol, haladéktalanul szolgáltassa át törvényes urának.

Ferdinandus — fideli nostro, magnifico Francisco Bebek de Pelseucz, comiti comitatus Gemeriensis —. Exposuit nobis fidelis noster RR. in Christo Pater, dominus Paulus archiepiscopus Strigoniensis, primas Hungariae, legatus natus, summus cancellarius noster, etc. quod licet de decimis et ceteris aliis proventibus ipsius D. archiepiscopi, medio fidelis nostri magnifici Casparis Horváth de Wingarth, magistri cubiculariorum nostrorum, certam concordiam feceris; oppidum tamen Rosnobánya cum pertinentiis aliisque bonis et proventibus suis, in comitatibus Gemeriensi et Thornensi existentibus, prout superioribus diebus aliisque litteris nostris tibi mandaveramus, remittere noluisses, allegando, illud non per te, sed per fratrem tuum possideri. Quum autem oppidum directe ad ipsum D. archiepiscopum et ecclesiam pertineat; idemque D. archiepiscopus ad instaurationem et conservationem arcis Strigoniensis, aliis etiam diversis in servitiis nostris in dies graves cogatur facere impensas: volumus et rursum tibi harum serie comittimus et mandamus, ut, acceptis praesentibus, oppidum Rosnobánya cum pertinentiis in omnem eventum remittere, vel etiamsi frater tuus possideret, ab eodem occupare, manibusque ipsius D. archiepiscopi vel hominis sui, per eum ad hoc deputati, consignare debeas et

teneariis. Secus non feceris. Datum Viennae, feria IV. proxima post festum nativitatis beatissimae V. Mariae, anno Dom. MDXXXIV.

Ferdinandus m. pr. *Wylaky.*

Katona: XX. 896.

343.

Bécs, 1534 október 26.

Ferdinánd király a garamszentbenedeki apátságot Jozefics Ferencz zenggi püspöknek adományozza.

Anno Domini 1534. Viennae feria secunda in festo B. Demetrii Martyris Abbatia S. Benedicti de iuxta-Gron iure vacans confertur Rndo fratri Francisco Josephyth Ordinis s. Francisci Episcopo Segniensis Ecclesiae.

Kaprinai-kéziratgyüjtemény. 4r. 28. köt. 36. l.

Közli: Dr. Rapaics Rajmond.

344.

Bécs, 1534 november 11.

Ferdinánd király parancsa Bártfa városához. Azt hitte, hogy amaz Izaiás nevű eretnek konczionátort előbbi parancsához képest már rég bilincsekbe verték, vagy legalább községükből kizárták; de mivel értesült, hogy még most is köztük van és tévelyeit helyeslésük mellett nyilvánosan hirdeti: ezt nem tűrhetvén, újra a legszigorúbban megparancsolja, hogy azonnal fogják el s további rendeletig tartsák fogva.

Ferdinandus divina favente clementia Romanorum, Hungarie et Bohemie etc. rex semper Augustus, Infans Hispaniarum, Archidux Austrie, Dux Burgundie etc.

Prudentes et circumspecti fideles nobis dilecti. Etsi existimavimus vos iam pridem pro ea fidelitate et obedientia, quam nobis debetis, concionatorem illum vestrum Esaiam, quem damnate hereseos et perversorum dogmatum sectatorem et doctorem esse palam est, iuxta priora mandata nostra vel in vincula, ut meretur, coniecisse vel saltem ex communitate et omni familiaritate vestra exclusisse; tamen quum etiam nunc apud vos, ut dicitur, in precio sit, ac vobis non modo permittentibus, sed etiam applaudentibus errores suos publice istic profiteatur et spargat, nos minime ferendum arbitrantes, ut potiorem unius heretici hominis, quam christiane religionis et animarum vestrarum, mandatorumque nostrorum rationem habeatis: vobis denuo firmissime committimus atque mandamus, ut quatinus indignationem nostram gravissimam et eam

poenam, que debetur hiis, qui sese mandatis nostris contumaciter opponunt, evitare cupitis, statim acceptis et intellectis presentibus literis nostris, dictum Esaiam capi, captumque et vinctum usque ad ulteriorem informationem nostram diligenter adservari curetis. Aliud ne feceritis. Datum Vienne in festo Sancti Martini Episcopi et Confessoris. Anno Domini millesimo quingentesimo tricesimo quarto.

Ferdinandus m. p. *Wylaky.*

Kívül: Prudentibus et circumspectis Judici et Juratis, ceterisque civibus ac toti communitati civitatis nostrae Bartphensis, fidelibus nobis dilectis.

Ez alatt egykorú kéztől: Ferdinandus mandat capi Esaiam concionatorem anno 1534. *Fölötte későbbi kéztől:* Literae Ferdinandi Regis de capiendo quodam Elia damnatae haereseos doctore.

Eredeti, egy ív papir egyik oldalán keresztbe írva, a király nagy zárópecsétjének maradványaival. A pecsét papirfelzetének egyik sarkán: Esaie ca(usa). — *Bártfa város levéltára.*

Közli: Bunyitay Vincze.

345.

Bécs, 1534 november 20.

Ferdinánd király kéri III. Pál pápát, hogy Várday Pál esztergomi érseknek az annátákat engedje el.

Beatissimo in Christo Patri et Domino, Domino Paulo Tercio Sacrosancte Romane ac Universalis Ecclesie Summo Pontifici, Dno nostro Revmo.

Beatissime in Christo Pater et dne, dne Reverendissime. Post humilem commendacionem filialis observancie nostre continuum incrementum. Obtinuerat his annis superioribus commendacione nostra a Sancta ista Sede Apostolica munus consecracionis revmus in Christo pater dominus Paulus Archiepus Strigoniensis, qui ut Sedem eandem et vestre Sanctitatis auctoritatem reverenter colit et observat, paratus erat annate pensionem camere apostolice debitam, ut par erat, exolvere, nisi interim variis atque accerrimis bellorum tempestatibus regnum nostrum Hungarie fuisset exagitatum, omniaque ecclesie sue commoda ad eam tenuitatem redacta essent, ut nedum aliis suppeterent oneribus, sed vix eciam suum antistitem alere potuerint, adeo ut ipsam quoque arcem Strigoniensem non ex eius dissipatis et perditis emolumentis, sed nostro presidio

nostrisque stipendiis adversus Thurcarum impetum et diuturnam oppugnacionem regno Hungarie ac nomini christiano ad hunc usque diem servaverimus. Attenuatis igitur hunc in modum redditibus dicte Ecclesie, conficere eam summam, quam debebat, dominus Strigoniensis non potuit, sed ne nunc quidem ex hiis reliquiis mediocribus poterit. Quamobrem rogamus Sanctitatem vestram, ne gravetur eum hac pensione clementer habere exoneratum: audire enim potuit Sanctitas vestra, arcem Strigoniensem non parvi esse momenti ad hostium impetus retartandos, seu flumine seu terra velint ascendere: fuit autem anno abhinc tercio, tunc cum Thurce tantis copiis regna nostra invaserant, arx obsessa ac diu et acriter oppugnata, turres et menia partim tormentis bellicis, partim cuniculis suffossionibusque et pulvere subiecto labefactata et deiecta, ita ut magnum periculum sit arcem nobilem primo quoque tempore non refici atque instaurari. Paciatur itaque Sanctitas vestra illam pecuniam, que annate nomine solvenda esset, in hos tam pios et necessarios instaurande ecclesie et arcis sumptus studio domini Strigoniensis converti. Quod non uni tantum Hungarie multum proderit, sed aliis quoque vicinis christianorum regnis perutile futurum est. Sanctitatem vestram feliciter valere optamus. Datum Vienne vigesima Novembris Anno domini Millesimo quingentesimo tricesimo quarto, regnorum' nostrorum Romani Quarto, reliquorum vero Nono.

Eiusdem Sanctitatis Vestre

humilis et obsequens filius
Ferdinandus.

Theiner, Vetera monumenta Slavorum merid. I. 627.

346.

Bécs, 1534 november 25.

Ferdinánd király a knini püspökséget Rypachi Péternek adományozza.

Nos Ferdinandus etc. Memoriae commendamus etc. Quod nos inducti meritis et virtutibus fidelis nostri Rndi Petri de Rypach, quibus ipsum ex commendatione certorum fidelium nostrorum praeditum esse cognovimus: eundem tanquam personam idoneam et benemeritam ad episcopatum ecclesiae Tinniniensis, per mortem et decessum Rndi quondam domini Andreae de Clisio, eiusdem episcopatus ultimi veri legitimi et immediati possessoris de iure et de facto vacantem, authoritate iurispatronatus nostri regii — — —

duximus eligendum et nominandum ipsumque eppatum eidem cum castro Chasyn ac oppidis, villis aliisque bonis etc. dandum et conferendum; imo damus et conferimus praesentium per vigorem. Quocirca vobis fidelibus nostris... Datum Viennae in festo b. Catherinae V. et M. Anno Domini 1534, regnorum nostrorum Romani quarto, reliquorum vero nono.

Kaprinai-kéziratgyüjtemény. 4r. 28. köt. 38. l.

Közli: Dr. Rapaics Rajmond.

347.

Bécs, 1534 november 25.

Ferdinánd király a nyitrai püspökséget Thurzó Ferencznek adományozza.

Nos Ferdinandus etc. Memoriae commendamus etc. Quod nos inducti meritis et virtutibus fidelis nostri reverendi Francisci Thurzo de Bethlenfalva, quibus apud nos testimonio fidedigno extitit commendatus, eundem ad episcopatum ecclesiae Nitriensis per mortem et decessum quondam domini Stephani Podmanychky, eiusdem episcopatus ultimi veri legitimi possessoris de iure et de facto vacantem, authoritate iuris patronatus nostri regii, quod generaliter in omnibus ipsius regni nostri Hungarie ecclesiis instar praecessorum nostrorum divorum regum habere dinoscimur, duximus eligendum et nominandum, ipsumque episcopatum eidem cum omnibus castris etc. conferendum. Quocirca etc. Datum Viennae in festo b. Catherinae V. et M. Anno Domini 1534, regnorum nostrorum Romani quarto, reliquorum vero nono.

Kaprinai-kéziratgyüjtemény. 4r. 28. köt. 39. l.

Közli: Dr. Rapaics Rajmond.

348.

Sopron, 1534 november 27.

A soproni tanács az egyrészről közötte, másrészről Peregi Albert pécsi prépost és Pacsa János közt két oltár-javadalom adományozása ügyében folyó perben meghatalmazottat vall.

Senatus Soproniensis procuratores constituit in causa, que vertitur inter eum et venerabiles dominos Albertum prepositum Quinqueecclesiensem atque Joannem Pacha de duabus altariis conferendis.

Eredetije Sopron város levéltárában. Lad. XXXII. et GG. f. VII. Nr. 37.

Közli: Dr. Karácsonyi János.

349.

Róma, 1534 deczember 5.

III. Pál pápa levele Frangepán Ferencz kalocsai érsekhez.

Dilecto filio Fratri de Frangepanibus Paulus Papa III. — Dilecte fili, salutem et apostolicam benedictionem. Ad Summi apostolatus apicem nuper Dei benignitate assumpti, nullo magis obsequio aut labore nostro tantae Dei bonitati gratos nos reddere posse existimamus, quam si omnis nostra ad quietem et pacem inter christianos principes constituendam convertatur intentio, ab ista praesertim parte, quae immanissimis Turcis vicinitate et periculo propingua, ab illis in praeteritum devastata est, in futurum ob proximas Hungariae novitates maioribus periculis obnoxia fore timetur. Quo metu solliciti pastorale officium exequentes, mittimus nuncium nostrum dilectum filium Hieronymum Rorarium praesentium exhibitorem, camerarium nostrum, in hanc sanctam concordiae curationem nostro nomine incubiturum: eumque ad te ob auctoritatem et gratiam isthic tuam, nobisque notam doctrinam et pietatem principaliter dirigimus, ut tecum pios animi nostri sensus, ad commune isthic utriusque partis bonum conficiendum communicet directos et adaperiat. Hortamur te fili, ut pro Dei causa et istius regni quiete et tranquillitate eundem Hieronymum consilio tuo dirigas et favore coadiuves ad hoc, quod cupimus, perficiendum. Praeterquam enim quod securitati vestrae ac saluti tam animarum, quam corporum in eo consuletur, Deo quidem primum, tum dein nobis, qui tibi etiam ob operam, quam pro sancta fide adversus Lutheranos isthic exhibuisti, paterne sumus affecti, gratissimum praestabis obsequium; sicut haec plenius et particularius tibi referet idem Hieronymus, cuius verbis plenam et indubiam fidem haud aliter in his habebis, quam si nos ipsi praesentes tecum colloqueremur. Datum Romae apud Sanctum Petrum sub annulo piscatoris. Die V. Decembris M. DXXXIIII. Pontificatus nostri anno primo.

Hevenesi kéziratgyűjtemény. XXXV. 72. l. (Nyomtatásban kiadta *Schmitth,* Episcopi Agrienses II. 331.)

Közli: Dr. Rapaics Rajmond.

350.

Véglesvára, 1534 deczember 23.

Báró Thurn Kristóf garamszentbenedeki apátsági kormányzó liebensteini Resler Farkasnak hű szolgálatai jutalmául Kovácsi helységben egy elhagyott jobbágytelket adományoz s fölmenti őt egyúttal minden teher s birság alól.

Nos Christophorus Liber Baro de Thurri Serenissimi Principis et dom. Dom. Ferdinandi Romanorum, Hungarie, Bohemie Regis etc. domini nostri clementissimi Ecclesie monasterii S. Benedicti de Iuxtagron Gubernator et castrorum ser. domine Marie Hung. et Boh. Regine domine nostre clementissime Capitaneus.

— — — — — — — — — — — — — — —

Knauz Nándor: A garam-melletti szent-Benedeki apátság. Budapest, 1891. 101. l.

351.

Bécs, 1534 deczember 29.

Ferdinánd király az óbudai prépostságot Bornemisza Pálnak adományozza.

Nos Ferdinandus etc. Memoriae commendamus etc. Quod nos inducti meritis et virtutibus fidelis nostri venerabilis Pauli Bornemissza de Quinque Ecclesiis, quibus eum non solum aliorum commendatione, sed etiam propria experientia praeditum esse cognovimus, eidem personae idoneae et benemeritae praeposituram ecclesiae collegiatae Veteris Budensis nunc de iure et facto vacantem etc. duximus conferendam. Quapropter etc. Datum Viennae in festo b. Thomae Episcopi et Martyris, Anno Domini 1534.

Kaprinai-kéziratgyűjtemény. 4r. 28. köt. 40 l.

Közli: Dr. Rapaics Rajmond.

352.

Gross-Wisternitz (Morvaország), 1534.

Fischer András prédikátor levele a beszterczebányai tanácshoz. Kikel plébánosuk, Antal ellen, ki őt a szószékről nyilvánosan hamis tanítónak gyalázza. Jól ismeri ezt az urat; tudja, mily állhatatlan, sőt tudatlan, kit, mikor levélíró a Szepességen prédikált, Antal pedig kisszebeni lelkész volt, nyilvános vitatkozásra is felhítt, de hasztalan; a miért a kisszebeniek el is bocsátották. Bár így tennének vele a beszterczebányaiak is; mert nem elegendő, hogy valaki nős, hanem egyéb tulajdonok is kívántatnak az igazi prédikátorban. Ő most is kész vele megvitatkozni, akár itt Morvában, akár — ha úgy kívánják — Beszterczebányán is, csak biztosítsák, hogy nem lesz bántódása. Hogy pedig lássák, hogy ő nem hamis tanító: megküldi nekik a náluk (Morvában) elfogadott egyházi rendtartást, úgyszintén az ágostai hitvallásra adott válaszukat.

Namhafftig Ersam Weiss Gunstig Herrn, Mein williger gehorsam Dienst seÿ E. N. W. allzeit befor. Nachdem Ich itzt vor-

schiner Zeit bin im Zips gewesen, das Gottlich wort, so viel mir von Gott pefolchen ist, verkhundigt hab, ist Anthonius Pfarher beÿ euch wider mich enttzundet, khein predig gar nahent gethon, darinnen Ich aber die Schwadler nit vorglumpfft seind worden, sein Leer vnd predig nit mÿr geschonet. Ia auch sich dermassen hören lassen, als hetten wir nit alein ein falsche leer, sonder auch die weÿber, welches wider Natur, Vernunfft vnd Gottliche Ordnung ist, gemein, mit solchen vnnd dergleichen worten er vns gegen dem gemeinem volkh vorglumpfft vnd vordachtlich macht. Weÿll Ich nun in innen vnnd aussen khen, weiss wer Anthonius ist, wie unbestendig, ja ungelert, der von mir vnnd andern mer, vormals mit geschrifft zum Zeben dahin pracht ist worden, das er all meiner leer recht hat geben, wie wissend ist, vnnd nun mit Hand vnd Fues dowider fecht: bin Ich geursacht worden, nit Im als einem ÿberwundnen, sonder E. N. W. zusreÿben, Euch bitten vnnd ermanen, das Ir Im thuet wie die weisen Herrn zum Zeben than haben, die darumbe grosses lobs werd sein.

So Anthonius mich auch, wie sein art ist, beÿ Inen, weÿll er Ir prediger war, mit wortn auff dem predigstuell vorletzet, mein Leer khetzerisch, ferfurisch vnnd gottloss hies, begab es sich, das ich angefär zum Zeben erschin. Wie mir solches khundt ward than, schicket Ich Zweun auss dem Ratt zum Anthonio, pegerrt offenlich auff dem Ratthauss, in beÿwesen des gantzen Rats mit Im zu disputiren, auff das ein Weiser Ratt wisse, wer recht aber Vnrecht seÿ, welches den Herrn aldo woll gefiel: giengen zum Anthonio, prachten solches an In. Wie Anthonius mein gegenwertikhait vernam, suechet er austzueg nit zukhomen. Schickhet widerumb zun Im, liss Im sagen, weÿll er meint, das ich ein Wolff bin vnd ein falscher lerer, so soll er khomen, und sich mit dem Wolff peissen, weÿll er vorhanden wer, unnd den Khetzer iberwinden, so ware es Im ein eer vor allem volkh, vnnd nit Hinderruckh gross Triumph halten. Anthonius wolt nit erscheinen; man bate In, man vermanet In, es war alles vmbsonst, suechet, wie sein art ist, faule austzueg, saget, sie wurden sich ergern, er wolt ee gen Breslaw zien zum Hesso, vnnd aldo den rechten glauben lernen, darnach khomen auch, Inen den vorkhundigen. Die burger zaigten mir solches an, wie Anthonius nit wolt erscheinen, gab ichs Inen zu ermessen, was sie vor ein prediger hetten, der sich so gelert dunckhet im abwesen des feinds, in gegenwert darff er sich nit sehen lassen. Mit dem empfiel den Herrn Ir Hertz; zogen Ir Hend vom Anthonio ab, liessen In gen Eperiass zien. Darum weisen

Herrn thuet Im auch also, probirt die gaister, ab sie auss Gott seind, aber nit. Schauet auff, das Ir wort nit gestolen seÿ, wie der Prophet sagt, schauet das sie nit ee lauffen, ee man sie sendet, Hert euch an Ir gschreÿ nit, dan sie seind petriger vnnd pauchkhnecht. Ir seet vnnd must pekhennen, das Ir leer khein pesserung pringt, sonder das volkh wirt nur erger, es muss nemlich, nach ein mangel haben. Darum seet, ob die tugenten vnnd gaben in eurem prediger sein, die Paulus zum Timotheo vnnd Tito antzaigt, welche vnsere warhafftige Zeichen sein sollen eines perufften predigers von Gott. Es ist nit genug, das man elich ist: dan das khan ein Turckh vnnd Jud auch woll. Es gehort mer darzue; man see, das nit gaitz, eigenutz, hochfart, ibermut, weinsucht, vnnd fodersten falsche leer vorhanden seÿ; seeht, ab euer prediger im glauben probirt vnd grunt seÿ, das er die frucht seines Apostolats ertzeige in wachen, sorgen der armen, ein exempl in gsunter leer, steiffen glauben, inprunstiger lÿb seÿ allem volkh; prufft die Leer vnnd Geister woll, domit Ir nit halbe warheit vor gantze, drumer werch vor volkhomens annempt. Thuet Im aber wie die weisen Zebner than haben, last In sei Leer vorantworten, haist In herauss in Merherrn zien. Ich gelub Im, Im soll auff meines Genadigen Herrn, Herrn Leonhartum von Lichtenstain vnd Nicolspurg guet nit ein Har khrumpt werden, ja wellen In auch pelaiten widerumbn heim biss an die grenetz an allen schaden mit Gottes Hulff: so will ich mich gegen Im verantworten. Aber vorglupt vnnd vorsprecht mir auch solches vnnd halt mirs, wie den Christen zuestet, versichert mich auch an allen schaden biss auff die Merharische granitz, so will ich peÿ euch erscheinen vnnd offenlich vor aller gemein mit Im reden. Als dan, glaubt mir, werdet Ir innen werden was Anthonius khan. Dan das ist der prauch beÿ vns, wan einer khumt mit vnser einem zureden, so schafft die Gemein mit dem prediger, sich zuuerantwortn. Dan niemant darff sich vor vnsern Richtern oder Herrn des Glaubens halben pesorgen, so helt vnsere Obrikhait nit ob vns mit dem schwert, wie Ir iber euren predigern haltet. Lert ein Jeglichen freÿ reden, darumen muss ein prediger beÿ vns gedenchen, das er einem iglichem widersacher das maull mit gschrifft stopffen khan, dan khein Obrikhait nÿmpt sich vmb solche sach nit an. Wirt der widersacher mit gschrifft iberwunden, so vermannt man In abtzuesteen von seinen sunden vnd irsall; wo er nit will, lest man In zien. Das ist aber beÿ euch nit. Wan einer mit eurem prediger disputiren will, so ruffen sie pald dan gwalt, die Obrikhait an, die disputiren mit Henckher, gefenckhnus, pein

vnd marter. Domit macht Ir vngelerte prediger denckhen, wir dorffen nit vill studiren, vnser Richter vnnd Ratt wirt woll vor vns disputiren. Redet einer nit nach Irem willen, so dreuen sie pald mit der Obrikhait, domit haben sies schon verantwortet. Ziet aber euren gwalt von Inen, vnd nembt euch umb sie nit an mit dem schwert, last sie sich selbs mit gschrifft vorantworten, so werdet Ir pald innen werden, was Ir vor prediger hapt. Ir glaubts sonst nit, Ir erfarets dan auch. Also bitt ich mich auch, mit allen predigern an zureden, sie sein wer sie nur wellen. Und hab mich offt angepoten. Es hat mir aber nie, als ein mall aber zwei [mall] geraten, do ist man auch pald innen worden, was sie fur prediger haben gehapt, wie auch mit dem Anthonio zum Zeben gschach. Wo Ir Im nit also thuet, must Ir imer vnd ewig mit den pauchkhnechten vnnd Maosspfaffen geplaget werden, eben wie der Pharao mit den froschen, welche deuten die pfaffen, die nichts als quakhitzen khunnen, vnd sein dem volkh khein nutz. Sie seind die Heuschreckhen, die auss dem abgrunt der erden steigen das volkh zuplagen.

N. W. Herrn, Ich schickh euch auch hiemit vnser Khirch Ordnung oder prauch, wie wirs in vnser Khirchen halten, vnd das darumbn, weÿll wir die vordechtlichisten sein für der welt, unnd die uns am meisten schenden, wissen am wenigisten von unser leer, leben und wandel, auff das Ir urteÿlen khunt, ab dise leer auss Gott seÿ, aber nit. Khan uns Jmant mit heller, lauter, Gottlicher gschrifft eines pessers untterrichten, seÿnd wir altzeit erpietig gehorsam zun laisten, den fabeln vnd menschentand glauben wir nit. Schickh auch hiemit E. N. W. ein Verantwortung auff die Luterische Confession Khaÿ. Majestät gethan, dorinner Ir erkhennen mugt, wie gschwind man uns auff alle seyten anleugt und antast, wo Gott nit sunderlich ob uns hielt, das uns i auch unmuglich wer, lenger in dieser welt platz zu haben. Lesetz vnnd vrteÿlets, probirt alle ding, was das peste ist, das haltet. Dan Gott weiss, das wir nichts anders suechen, als Gottes eer und preiss und das Ewige leben, das geb euch auch Gott durch unsern Herrn und Heÿland Jesum Christum Amen. Schraibt mir widerumb, begere ich von E. N. W., wan Ir schreÿben welt, so schreÿbt mir gen Titschein in Merherrn.[1] Geben Wistanitz in Merherrn 1534.

E. N. W. *Andreas Vischer,*

altzait vntertheniger und williger etc.

Eredetije Beszterczebánya város levéltárában. Fasc. 236. Nr. 1.

Közli: Dr. TIMON ÁKOS.

[1] Titschein (Alt und Neu-) Olmütztől keletre.

353.

Kelet nélkül (1534).

Várday Pál esztergomi érsek emlékirata, melyben felszámlálván azon károkat, miket az ellenfél az érsek javaiban tett s a Fuggerek a pizetum kezelésével neki okoztak, arra kéri a királyt, hogy kötelezze főkapitányát a kártérítesek eszközlésére és engedje meg, hogy az esztergomi kanonokok régi lakásaik helyein maguknak faházakat építhessenek.

Memoriale super negotiis Domini Strigoniensis pro quibus medio dominorum oratorum sacratissime Regie Maiestati supplicatum est.

Quod recordari potest Maiestas Sua, quomodo anno superiore pars adversa ratione administrationis proventuum decimarum Domini Strigoniensis districtus Kysnograd, quos ab initio dissidiorum in hoc regno libere possedit, oppidum ipsius Dregel per Thurcas, Rascianos et Hungaros comburere fecit, universa armenta, aliasque res incolarum tam eiusdem oppidi Dregel quam aliorum quattuor oppidorum, videlicet Pathak et trium Wadkerth, abigi et asportari fecit, in quibus pars adversa ipsi Domino Strigoniensi et ecclesie ipsius damna fl. circiter septem millium inferri fecit.

Deinde Sigismundus Balassa, servitor partis adverse, universa pecora, vina, frumenta aliasque res possessionum Domini Strigoniensis Hwgyak et Zelew ex commissione partis adverse unacum gentibus eiusdem depredari fecit ac spoliari, in quibus Domino Strigoniensi damna circiter florenorum 5000 inferri fecit.

Dominus Strigoniensis habuisset curam, ut damua sua prescripta omni via mundi recuperasset, sed quia Regia Maiestas mandavit eidem per binas litteras suas, ne pro illis cum parte adversa armis, sed iure ageret, Dominus Strigoniensis volens, prout debebat, parere mandatis Maiestatis Sue, a commissariis tam Maiestatis Sue, quam alterius partis Strigonii iudicium et iustitiam super huiusmodi damnis sibi administrari postulavit. Sed commissarii ipsi partis adverse non modo iustitiam eidem non administrarunt, sed ne citationes quidem miserunt, allegantes, non habere potestatem iudicandi Dominum et Principem ipsorum. Et quod peius est, in presenti quoque anno pars adversa intendit prescriptas decimas Kysnograd pro se occupare, dantque aliqui intelligere eidem Domino Strigoniensi, quod si decimas pro se colligere voluerit, eidem non minora damna, quam anno preterito passus est, inferri faciat.

Supplicat igitur Dominus Strigoniensis Regie Maiestati, det eidem informationem, qualiter damna sua et ecclesie sue prescripta recuperet, decimas etiam prescriptas pro anno presenti pro se colligat, ne pars adversa in contemptum autoritatis et regiminis Sue Maiestatis, detrimentum quoque iurium Domini Strigoniensis et ecclesie sue in inferendis ipsi damnis ulterius procedat, neve tot eorum iniurie inulte maneant.

Item Maiestas Regia anno superiore mandaverat per binas litteras Dominis Fuggariis, ut iidem proventus piseti Domini Strigoniensis, qui eidem ratione non administrationis septem millium et quingentarum marcarum argenti quotannis ad Cameram Cremniciensem dari debentur, a certis iam annis restituti non sunt, rectificare deberent. Domini Fuggari in litteris eorum significarunt Maiestati Sue ex regesto factorum suorum comperisse, summam huiusmodi 7500 marcarum argenti abunde administrari fecisse, et ob hoc Domino Strigoniensi nihil deberent, quod Maiestas Sua ex gratia sua Domino Strigoniensi significavit, litteras quoque ipsas dominorum Fuggariorum in specie misit. Dominus autem Strigoniensis volens consulere iuribus ecclesie sue, regestum camerariorum Cremniciensium subscriptione manus eorum consignatum de administratione dicte summe argenti Fuggariorum extraxit, ubi positum est, quod domini Fuggarii incipientes ab anno Domini 1528 tribus sequentibus annis multo maiorem summam argenti, quam debuissent, ad Cameram administrarunt, aliis autem sequentibus annis neque medietas dicte summe argenti administrata est. In quibus Dominus Strigoniensis in certa summa proventuum frustratus est. Domini enim Fuggarii cum maiorem summam, quam debuissent, ad Cameram administrarunt, hoc non in sortem futurorum annorum, sed pro commodis et necessitatibus ipsorum, et quod monete Hungarice bonum cursum habebant, fecerunt. Igitur ipsi domini Fuggarii in sequentibus quoque annis dictam summam 7500 marcarum argenti integre administrare debuissent, unde Dominus Strigoniensis proventus piseti sui percepisset. Mandet igitur Maiestas Sua dominis Fuggariis, ut proventus piseti Domini Strigoniensis rectificent; alioqui necesse erit ut Dominus Strigoniensis ab ipsis Fuggariis quomodocunque proventus suos iustos recuperet.

Item, licet Dominus Strigoniensis cum capitaneo Regie Maiestatis Strigonii existente de observanda iurisdictione spirituali et temporali ipsius bono modo concordaverit, nihilominus supplicat Maiestati Sue, velit dare litteras commendatitias expressas ad eun-

dem dominum capitaneum, ut ad ipsam iurisdictionem Domini Strigoniensis spiritualem, videlicet et temporalem nullo pacto se ingerat, et quod ipse capitaneus Dominum Strigoniensem, dum Strigonii est, ipso autem absente dominos Capitulares fratres suos, necnon provisorem et alios servitores et subditos eiusdem omni honore et reverentia prosequatur, nec eosdem verbo aut facto vel aliter qualitercunque molestet aut violentas in eos manus iniiciat. Offert enim Domiuus Strigoniensis tam ex parte fratrum suorum de Capitulo, quam etiam servitorum et subditorum suorum, siqui forte deliquerint, omnem iustitiam administrare, omni mora et favore posthabitis.

Item dominus Kaczianer, capitaneus generalis Regie Maiestatis, obtulit Domino Strigoniensi, ut oppidum suum Rosnobanya cum pertinentiis ac alias possessiones eiusdem una cum decimis comitatuum Gemeriensis et Thornensis per dominum Franciscum Bebek remitti faciet; nihilominus supplicat Dominus Strigoniensis Maiestati Regi, dignetur tam ipsi domino Kaczyaner, quam prefato domino Francisco Bebek committere, ut dictum oppidum ac alia bona Domini Strigoniensis unacum decimis comitatuum Gemeriensis et Thornensis remittantur.

Item. Fiat mentio Regie Maiestati de restauratione domorum dominorum Capitularium Ecclesie Strigoniensis, ut iidem in locis prioribus possint ex lignis et asseribus edificare aliquas domunculas, si et in quantum videbitur Maiestati Sue.

Paulus,
Archiepiscopus Strigoniensis m. p.

Hátán egykorú kéztől: Propositio Dominorum Hungarorum ex conventu Tirnaviensi. Prage quinta Julii 1534.

Egy ív papir három oldalán; csak az aláírás az érsek saját kezeirása. — *Bécsi cs. és kir. házi stb. levéltár: Hung. 1534. Jul. 48/3.*

Közli: Bunyitay Vincze.

354.

Kelet nélkül (1534).

Balassa Menyhért hírül adja, hogy Gritti Lajos Czibak Imrét lefejeztette, Dóczi Jánost es ennek nejét szintén; hogy fivére, Balassa Imre Kun Kocsárddal futva alig szabadultak meg, de kisebb fivére, Balassa János Czibak mellett öletett meg; végül, hogy mindenfelől csapatok indíttattak Gritti üldözésére.

Hodie postquam litteras scribere fecissem, supervenit quidam nuncius ad me, per quem nunciatum est, verum esse, quod Emerico

Czybak ipsemet Ludovicus Grytti caput plecti fecit, Joanni Doczy simulcum uxore; frater meus Emericus Balassa vix fuga potuit se cum Gothardo Kwn simul salvare, et unicus minor germanus meus Joannes Balassa, qui fuit apud Czybak, prope ipsum Czybak interfectus est. Hoc audito exercitus Joannis regis, qui contra Bebek profecturus erat, exanimatus, voluit dispergi, sed Joannes rex scripsit ipsis et rogat, ut congregentur ad littus Thyzie, quo omnem copiam suam convenire faciet et contra Grytti mittere ac cum ipso confligere, qui Gritti conetur sibimet Transsilvaniam occupare, nunc iam expugnat Varadinum. Scripsit etiam ipse Joannes rex Francisco Bebek, et rogat plurimum, ut adiungeret se suo exercitui et proficisceretur contra Grytti...

Egy negyedív papir egyik oldalán, azon levélhez mellékelve, melyet Joannes Zalay de Kerechen Comes Posoniensis Ferdinánd királyhoz «ex Swl in festo Divi Bartholomei Apostoli» 1534. intézett, de semmiesetre sem tartozik ezen levélhez. — ***Bécsi cs. és kir. házi stb. levéltár: Hung. 1534. Aug. 28.***

Közli: BUNYITAY VINCZE.

355.

1534.

A Ferencz-rendűek 1534-ben még Brassóban laktak.

— — — — — — — — — — — — — — —

Giunse il Bachiani su la meza notte dove era allogiato il Vescovo, il qual all' hora si trovava con parte della sua compagnia in una villetta sotto il suo padiglione, teso appresso la chiesa di essa villa, et quietamente con pochissimo strepito tagliate le corde del padiglione, un Turco smonto da cavallo et prese il Vescovo, il quale a pena s'avvide, et con la scimitaza gli taglio il capo, il qual portolo in una sachetta venne correndo a Brassovia et presentole al Sigre Governatore. — — — — — — — — —

Il mio Sigre mando il capo nella cittá di Brassovia alli fratti di S. Francesco, che lo sepellissero, et quell' istessa sera fece dar segno alcampo, che si levasse.

— — — — — — — — — — — — — — —

Francesco della valle da Padoa emlékirata Gritti Alajos magyarországi kormányzóról. — Magyar Történelmi Tár III. kötet. 38—39.

356.

1534.

A Ferencz-rendűek 1534-ben még Medgyesen laktak.

Anno Dni MDXXXIIII. —

Gottardus Chun, Capitaneus Transylvaniae, reluctantibus aliis de exercitu dominis, cadaver D. Gritti involvi fecit in syndone munda, ipsumque importari in civitatem ad monasterium iussit, et operam dedit piam, ut in ecclesia sepeliretur, quamvis reclamante Gvardiano cum suis, et prohibente acriter, multis ignominiosis, quae nunc omitto.

Tarvisini Musaeo Ágoston naplója a medgyesi ostromról. — Magyar Történelmi Tár III. kötet. 74.

357.

1534.

Bebek Ferenczről.

Anno MDXXXIV... Bebek ex maxima campana Rima-Szombathensi bombardam curavit fundi.

— — — — — — — — — — — — — — —

Franciscus Bebek, dum adhuc a partibus Joannis stetisset, plus centum campanis in diversis villis asportatis, pecuniam cudi curavit... Item nota, quod postquam rediit ad regem (Ferdinandum) maximus tyrannus effectus est.

Sperfogel Konrád egykorú krónikájából. *Wagner:* Analecta Scepusii II. 174—176 ll.

358.

1534.

Verancsics Antal Bebek Imre nősüléséről.

— — — — — — — — — — — — — — —

Huic (Francisco Bebek) erat frater natu maior Emericus, ordinis sacerdotalis, probitatis et eruditionis summae, imbutus tamen peregregie lutheriana persuasione. Igitur posthabita constitutione ecclesiastica, sequutisque praeceptis evangelicis (ut ipse aiebat), duxit uxorem, paucis eiusdem instituti adhibitis. Perpetratum est

hoc matrimonium Budae, anno millesimo quingentesimo tricesimo quarto nativitatis dominicae. Intellectis tam temerariis nuptiis, vehementer rex indoluit; ne itaque id audaciae ulterius serperet et novi cuiuspiam tumultus occasionem porrigeret, puniendum iudicavit, detentumque libera custodia in arce Budensi multis mensibus, tandem longo post tempore dimisit, accepto prius vadimonio: interim ut laboret apud pontificem maximum pro dispensatione.

Antonius Wrancius, De rebus gestis Hungaror. ab inclinatione regni, Magy. Tört. Emlékek. Második osztály: Irók. II. 46.

359.

1534.

Számadás különféle kiadásokról.

1534. Ex mille XLI. aureis Seredi		
Domino Transsilvanensi	fl.	X.
Eidem aliunde	fl.	III.
Item	fl.	II.
Vernero pro damasco	fl.	X.
Eidem pro libris	fl.	IIII.
Expense	fl.	III.
Valentino Ferko pro vestibus et ornamentis	fl.	VIII.
Eidem aliunde	fl.	IIII.
Balduino	fl.	X.
Joanni Amade in deductionem debiti ...	fl.	XXV.
Vernero ad monetas aureas Lazari Bonami	fl.	XXXII.
Organiste Domini Strigoniensis fratri commergroff	fl.	II.
Caspari Hwzar	fl.	III.
Nebuloni Turcopolono	fl.	I.
Fratribus Minoribus in Galgocz	fl.	I.
Ianitoribus in Bozyn ... ... —	fl.	I.
Cantori Vesprimiensi	fl.	X.
Expense Andree Horwath ad Zechy	fl.	VI.
Uxori Mathei Hencz	fl.	VII.
Eidem antea aliunde	fl.	XII.
Matheo antea aliunde aureos	fl.	IIII.
in monetis	fl.	VI.
Martino Kechethy per		
Prepositum Hantensem	fl.	II[C.]

Preposito Hantensi	fl.	XXXII.
Vernero pro tela	fl.	VI.
Aurifici pro ensis ornamento	fl.	II.
Jaurini citharedis	fl.	I.

Bakyth.

In Vasarhel Preposito, confratribus	fl.	III.
Monialibus	fl.	III.
Pape, Zylwasy ad Keglewyth	fl.	VI.
Posonii in festo Assumptionis offertorium	fl.	I.
Ex ducentis Domini Turzonis.		
Vernero nomine pignoris pro panno	fl.	I 1/2 C.
Albertoni pro expensis Domini Pewk	fl.	X.
Pro impensis, quas antea Viennam proficiscens idem fecit	fl.	VI.
Famulo Marci Pemphlinger, exploratori ad Gritti	fl.	V.

Vienne.

Cantoribus	fl.	I.
Cantoribus	fl.	I.
Tibicinibus Regis	fl.	IIII.
Tibicinibus	fl.	IIII.
Fistulatoribus publicis (?)	fl.	I.
Zylwasy	fl.	I.
Dispensatori	fl.	XIIII.
Tokos... (?)	fl.	I.
Tibicinibus... (?)		
Desunt quorum memini aliquot expendisse memini *(így)*; in quos usus, non memini.		
Nebuloni, qui librum germanicum attulit	fl.	I.
Hospitie Hamburg	fl.	I.
Confratribus	fl.	I.
Ex Francisci Bebek fl. I C.		
Additi sexcentis	fl.	VII.
Nuncio ad Keglevith	fl.	I.
Citharedo, qui migratur (?)	fl.	V.
Doctori Nuncii Apostolici Petri Pauli Vergerii Romam eunti	fl.	XII.

Jordano medico --- --- --- --- --- --- fl. XII.
Agasoni Sós.
Dominus Prepositus Viennensis reddidit
fl. $1^{1}/_{2}{}^{C}$ quos nomine pignoris habebat.
Ex centum Nicolai Cozka.
Pro horologio --- --- --- --- --- --- --- fl. XX.

Hátán: Ratio aureorum.

Egy ív papir négy oldalán, kelet és aláirás nélkül; szép, de sietve elhányt irás. — *Bécsi cs. és kir. házi stb. levéltár: Hung. 1534. Decz. 39.*

Közli: Bunyitay Vincze.

FÜGGELÉK.

I.

RÉSZLETEK A SZEPESSÉGI HUSZONNÉGY KIRÁLYI PLEBÁNOS TÁRSULATÁNAK JEGYZŐKÖNYVÉBŐL, NEVEZETESEN AZOK A HELYEK, MELYEK VALLÁSI ÜGYEKRE VAGY ÉPEN A HITUJÍTÁSRA VONATKOZNAK. (1529—1606.)

II.

A MAGYARORSZÁGI SZALVATORIANUS SZENT-FERENCZ-RENDŰEK KÖZGYŰLÉSEINEK JEGYZŐKÖNYVEI. (1531—1567.)

III.

AZ 1526—32. ÉVEKBEN MEGÖLT FERENCZ-RENDŰ SZERZETESEK NÉVSORA.

I. BEVEZETÉS.

A késmárki ev. liczeum birtokában van egy 33 cm. magas, 21 cm. széles codex 977 számozott oldallal, kötése préselt barna bőrrel borított fatábla, sarkain s közepén sárgaréz köldökökkel és kétpár kapocscsal.

A könyv első lapján ez áll:

«*Liber seu Registrum Fraternitatis Venerabilium Dominorum viginti quatuor Plebanorum Regalium in Scepus, in se continens recepta, data, exposita, acta ac omnia facta eiusdem laudabilis Fraternitatis, ordinatum per honorabilem dominum Laurentium Hylbrandi de Wogendrössel, pro tunc plebanum in Iglo et seniorem Fraternitatis cum suis consenioribus, videlicet domino Valentino venerabili viro plebano in Waralia et domino Andrea de Odorino et domino Stephano de Palmarum ab anno dominice incarnationis 1520*».

A codex tehát a szepességi huszonnégy királyi plebános társulatának jegyzőkönyve.

A Szepességen ugyanis állítólag már a XIII. században huszonnégy plebános társulatot alakított, melynek élén a Senior állt, kit a plebánosok maguk közül választottak szabadon, de csak egy időre s a kinek egyebek között kötelessége volt: minden, a társulatot vagy annak egyes tagjait illető ügyről jegyzőkönyvet írni.

Ilyen jegyzőkönyv, mint láttuk, a késmárki, melynek több és régibb társa is lehetett, de csak azon egy maradt reánk.

1520-ban veszi kezdetét s folyik az egész XVI. századon át s nehány évvel még tovább is, magába foglalva nemcsak a társulat levelezéseit, hanem és kiváltképen annak szükebb körében, a Szepességen fölmerült eseményeket, hireket stb. sokszor a legbőbeszédűbb részletességgel.

A könyv tehát úgy koránál, mint íróinak egyházi állásánál fogva a hazai hitujításra nézve gazdag forrásnak igérkezik. Valóban az is.

A mi hitelességét illeti, ahhoz kétség nem fér. Az egész könyv eredeti kézirat s az eseményeket, igen kevés kivétellel, mindig egykorúak írják. Van benne ugyanis néhány későbbi közbeszurás, de ha ilyet közlünk, menten megjegyezzük, hogy «*későbbi kéztől*» s annak hitelességéről nem felelünk.

És írói minő naiv férfiak! valóságos Constantin abbék. Molner György lőcsei plebános, ki a jegyzőkönyv nagyrészét (25—325. ll.) sajátkezűleg írta, mikor seniorsága véget ér, oly erős meghagyással (*«ea lege»)* adja át a könyvet konfrátereinek, hogy azt jól elrejtsék, mert a titkok — úgymond — mik abban foglaltatnak, neki vagy társainak könnyen ártalmára lehetnének.

Történeti becse régtől ismeretes. Már Wagner Károly 1774-ben sokat közlött belőle,[1] de a vallási ügyeknek legkényesebb részleteit, talán épen kényes természetük miatt, vagy épen nem, vagy csak hiányosan közölte. Hradszky József ismerteti a huszonnégy plebános társulatának, vagy mint ő nevezi, testvérületének keletkezését, viselt dolgait, szóval egész történetét egy tekintélyes kötet munkában,[2] szól természetesen a jegyzőkönyvről is, idéz belőle, de csak keveset, egy-egy sort; pedig méltó lenne, hogy az egész codexet kiadja vagy hogy kiadná már egyszer valaki.

Mi is csak a vallási ügyekre vonatkozó részletekre szorítkozhatunk, azokat írtuk ki s közöljük.

És mikor a kiírottak során végigtekintünk, eszünkbe jut, hogy aligha van ezenkívül még más olyan történeti emlékünk, mely összefüggőbb s csak ennyire is tájékoztató rajzot adna arról, hogy hogyan változik át lassan-lassan, két-három nemzedék alatt egy nagy vidék vallási képe.

Meg kell említenünk, hogy a késmárki eredeti jegyzőkönyvnek egy másolata megvan a gyulafejérvári Batthyány-könyvtárban.[3] A czélunknak megfelelő részletek kikeresése s kiírása e másolatból történt. A kiírottakat azonban már az eredeti késmárki szöveggel olvastuk össze. A codexet ugyanis a budapesti tud. egyetem immár b. e. könyvtárnoka, Szilágyi Sándor 1891-ben lehozatta az egyetemi könyvtárba.

Befejezésül még csak annyit kell mondanunk, hogy a jegyzőkönyv ugyan 1520. évvel kezdődik, de mi közleményeinket 1529. évvel kezdjük, mert ekkor van benne először hitujításra vonatkozó bejegyzés. Hogy pedig közleményeink az eredeti szöveggel annál könynyebben összehasonlíthatók legyenek, minden közleményünknél adjuk a lap szélén a megfelelő eredeti szövegnek lapszámát.

Bunyitay Vincze.

[1] *Analecta Scepusii.* II. 189. s köv. ll.
[2] *A XXIV királyi plebános testvérülete. 1—382. ll.*
[3] *Könyvtári jegye M5. II. 34.*

Részletek a szepességi huszonnégy királyi plébános társulatának jegyzőkönyvéből, nevezetesen azok a helyek, melyek vallási ügyekre, vagy épen a hitújításra vonatkoznak.

1529.

Folio 41.

Eadem feria 6-a (post festum Petri et Pauli apostolorum 1529), qua taxati sumus, magnus haereticus, scilicet Andreas Fischer, qui Leutschoviae et in Iglo et in Schwedler sua secta Lutherana et praedicatione mala, qui nonnullos rebaptisavit et multa mala in Germania fecit, — ex arce Tshhittzwar cum uxore sua scilicet iussu Magnifici domini Joannis Catziani Regiae Maiestatis Capitanei supremi aquis submergi iussus est; qui iterum dimissus est, sed recipiet adhuc mercedem condignam, nam rebaptisavit multos in Schwedler, sed evasit, ut latro.

1531.

Folio 61.

Ibi (in Caseo-foro) fuit quidam Otto, qui quondam fuit religiosus Ordinis Praedicatorum (ut audivi). Iste fuit tunc Capitaneus arcis Dunawÿtz et fuit praesens, cum praesentatae essent litterae nostrae supranominato Capitaneo Caseo-forensi; perlectis litteris furibundi fuerunt et scripserunt responsum, aestimo, per Ottonem contra nos plebanos. Nec mirum: cum omnis apostata est persecutor sui Ordinis. Nuntium detinuerunt usque ad noctem et dimisso nostro nuntio, misit etiam servos suos illa nocte amovere sigilla a domo (plebani de Milenbach nuper vita functi et per Capitaneum Caseoforensem obsigillata), et Otto misit quemdam nobilem, Andream de Deutschendorff, ut ibi per noctem custodirent domum, ne quidquam aufferatur usque mane. Interea Otto convocavit omnes laicos ex villis supra Keszmark et summo mane venit ferme cum centum hominibus et vi abstulit, spoliando curiam plebani, omnem supellectilem domus, pecora omnia et equos. Habuit enim idem pleba-

nus, frater noster charissimus 18 equos, 9 vaccas, quae mulgebantur, 2 boves, 41 oves, 3 lectos vestimentis bonis seu lectisterniis plenos, scutellas stanneas bonas 11, canteros stanneos 8 vel 12, 2 lagenas stanneas, unam magnam cistam plenam linea supellectile, unam pelvim de oricalco, unum lucibular de oricalco, funes, catenas, terebella, tecturam de curru tecto et 2 sellas, lardones, caseos, butirum, demptis aliis, quae ignorantur. Septem currus plenos abstulerunt. Tenor autem litterarum nobis missarum est iste:

Superscriptio: Honorabilibus viris ex sudore, laboreque fidelium hominum, laboratorumque viventibus N. de Poprat, N. de Felka, N. de Monte Georgii plebanis earundem ecclesiarum praesentes offerantur.

Subscriptio: Nicolaus Schmolikowszky aulicus Sacrae Regiae Maiestatis Poloniae etc. et eiusdem Maiestatis Capitaneus castri et civitatis Keszmargkt.

Hic manu seriori adiecta sunt sequentia:

In hisce litteris, quae oblitteratae sunt, plebanis obiecta sunt varia scelera, utpote impurus ille coelibatus sacerdotum et alia; haereses item, ut ex sequenti folio et facie diametrali videre licet. Homines ipsos puduit, ideo ne in conspectum posteritatis venirent, obfuscarunt.

Iterum altera manu: Ast diabolus tales in inferno peius denigrabit, quia sunt filii tenebrarum.

Perlectis litteris, cognovimus hominis excusationem, quod iam tergiversatur et quo animo domum obsigillaverat, quasi noluisset auferre bona, quasi mos esset eorum hominum sua non quaerere, sed pro ecclesiis bona aliorum, morte praeventorum conservare, mendaciis manifestis fratres nostros, praesertim autem eos, ad quos scribit, deturpans, quod nec ipse, nec omnes sui unquam probare poterunt, nec contra reliquos fratres nostros, quos concubinarios et Lutteranica secta infectos vocat. Malo ego esse elemosynarius et catholicus, quam pauperum oppressor, apostata, vi et potentia contra iuris ordinem auferre aliena; imo nollem Turcanica et Lutteranica secta etiam canem meum esse infectum. (Verba Georgii Moelner (Müller) parochi Leutschoviensis et tunc temporis senioris Fraternitatis.)

Folio 75.

1533.

Contra anabaptistas mandatum ex Polonia XIII civitatum comiti et iudicibus missum. Petrus Kmitta de Wyssznytz Capitaneus

Sandomiriensis, regni Poloniae Marsalcus, supremus Cracoviensis, generalis Scepusiensis, Premisliensis, Colen. etc. Capitaneus. Famate, ac famati Fideles nostri dilecti. Intelleximus exortam illuc pessimam sectam esse, quam vocant Anabaptistarum, quos perplures circumcirca tredecim civitates iam esse ferunt. Igitur nos mandamus, ut tu Comes cum ceteris Iudicibus, omnibus hominibus de tredecim civitatibus demandetis, ut ipsi a commercio et societate praefatorum Anabaptistarum sub poena capitis abstineant: et quicunque eorum ausu temerario cum praefatis Anabaptistis commercium et colloquium ausus fuerit habere, tales tu Comes, cum aliis Iudicibus captivari demandetis. Quos captivatos et detentos apud se habeatis, et nullibi emittatis quousque ad ulteriorem informationem nostram. Datum Cracoviae feria secunda proxima post festum S. Francisci. Anno 1533.

1536.

Pag. 113.

Andreas Kerll Cremnicianus in Birbron plebanus 14. Calendas Augusti, hoc est 19. Iulii copulatus puellae cuidam Elisabeth nomine, credo annorum 14 aut 15, cum ipse esset prope 60 annorum, in ecclesia parochiali in Caseoforo per Georgium Ledischer tunc plebanum ibidem; haud degeneraverunt, cum ipse nec oravit horas canonicas, nec statuta ab Ecclesia servasset ieiunia, nec missas magnifecit; videns se contemptum propter mores suos inciviles ab omnibus, in contemptum omnium sacerdotum duxit uxorem, haec etiam filia cuiusdam monachi fuit, qui apostatavit et Cremnitie matrem huius puellae in uxorem duxit. Idem Andreas cum quadam vidua prius contraxit occulte Leutschovie, sed cum illa ex Leutscha ei non admitteretur, quae vidua erat iuvenis cum tribus filiis: tunc cum alia praenominata puella in Caseoforo se copulare fecit.

1537.

Pag. 127.

Forma litterarum Regiae Maiestati missarum. Serenissime Princeps et Rex, Domine Domine clementissime. Fidelitatem perpetuam, cum servitii mei in gratiam Eiusdem commendatione. Perlata est huc publica constitutio, quae inter cetera cleri taxationem continet, mea autem ecclesia, tum clerus quantis vexetur sedulo calamitatibus, palam est omnibus, idque vel plurima templa parochis carentia ostendunt. Intueor moestissime tam recentem desolationem Ecclesiarum Dei. Interest vel maxime Vestrae Maie-

stati indolere misererique ditionis suae tam atrociter vastatae, et moderare subditorum conditionem, ut ne per severitatem taxarum, aliasque oppressiones cogantur aliorsum profugere. Quare Vestrae Maiestati Domino meo clementissimo vehementissime suplico, dignetur cleri mei miserrimi, tum mei rationem habere, committereque regni dispensatoribus, ut cum eo mitius in praesenti contributione agant, quo et pietas christiana auctior fiat et ille Deum propensius pro victoria Vestrae Serenissimae Maiestatis orare studeat. Me autem et clerum meum gratiae Vestrae Maiestatis commendo. Datis Leutschoviae 3ª Aprilis in festis paschalibus feria 3ia. Anno Domini 1537. Ioannes Horwath, ecclesiae Scepusiensis praepositus.

Pag. 251.

1538.

In arce Dunawitz coram fratribus, quos captivos habuit, 1538. dixit (Joh. Horváth praepositus Scepus.):

Ihr Pfaffen vorberget euer Kinder; ich vorberge meine nicht, secht: demonstrans eum puerum filium suum, Urbanum.

Ich will nicht gestattenn Ebrecherey von euch, oder dass einer eyne Eliche bei ihm habenn sol zur köchen; sunder so ihm imant eyn jong Magdlein helt: kan ich leydenn.

Denn ich hab selber eyn balkenn im oge; wie kann ich eym andernn *(egy szó olvashatatlanul kitörülve)* eyn stobleyn raus neme.

Pag. 202.

1539.

Ova in Quadragesima. Dominus praelatus fuit in quadragesima in villa Durandi apud dominum Gasparum illic parochum; ibi comedit ova, et dixit: ego nunc pro festo S. Georgii sinodum celebrabo, et mandabo omnibus plebanis, quod ipsi mea auctoritate populo dimittant libere ova per quadragesimam manducare, qui vult.

Weyp nemen. Dominus praelatus ad eundem parochum dixit: quare non tenetis vobis pulchram ancillam, ex quo vobis prior matrona vestra mortua est, aut accipiatis vobis juvenculam ancillam in uxorem. Ecce do vobis auctoritatem accipiendi vobis uxorem.

Pag. 263.

1541.

1541. De exequiis venerabilis domini Mathaei olim in Mölenbach parochi, sicut in proxima Congregatione in Ysaac habita

conclusum erat, exequias celebrandas pro venerabili viro, domino Mathaeo olim in Mölenbach parocho. Iam 11 anni sunt elapsi, quod obiit, et ita in isto disturbio et tempore belli non potuimus celebrare exequias prius etiam, sed celebravimus prima dominica aestatis, et prima dominica post festum S. Michaelis, et semper convenimus sabbatho post vesperas ad coenam, et dominica die sequenti tandem peregimus officia nostra; at nunc nullus parochus in toto Scepusio habet praedicatorem, sed quilibet parochus per se tenetur praedicare populo suo dominicis diebus. Ideo hoc fratribus ita visum est, quod dominico die debeant convenire ad coenam, et feria 2da sequenti peragere officia nostra. Et hoc factum est in Mölenbach. Convenimus dominica proxima post festum S. Michaelis ad vesperas, ubi post vesperas cantavimus: *Placebo*, sicut est consvetudo, tandem coena habita ordinavi officia ex more peragenda. Et quia ego Senior tunc non satis tutus eram in Mölenbach, eo vesperi transivi Filkam, et ibi dormivi propter latrones de Muran missos ad spoliandum, nam 80 iacuerunt tunc Greniciae. Ideo mane redii in Mölenbach, et iussi officium summe accelerare, ut eo citius reverti possim Lewtschoviam.

1542.

Pag. 274.

Sed cum dominus praelatus 7. Iulii feria 6. vespere ex arce Dunawÿtz venisset Lewtschoviam, adivi cum munere; eo vespere nihil cum eo efficere potui, sed mane vocatus, multa solitarii contulimus, maxime de secta pessima Lutterana, et de novo electo plebano Lewbitziensi Georgio Lewdischer haeretico, qui promisit, quod eum confirmare ad parochiam Lewbitziensem nollet; nam hoc rogaveram dominum praelatum nomine omnium fratrum, ex quo tam Carolus imperator, quam uterque regum, scilicet Ferdinandus Ungariae, et Sigismundus Poloniae prohibuerunt suis edictis manifestis, quod nullus Lutteranus in suis regnis locum habere deberet, sub gravibus poenis contra decretum iuris canonici et ecclesiam sanctam catholicam. Licet promisit mihi, tamen in capitulo venerunt ad praelatum Lewbitzienses laici cum suo electo novo plebano, ut confirmaretur, rogaverunt. Accepit dominus praelatus ab eo 3 in auro, et dedit ei administrationem ad ecclesiam Lewbitziensem per unum annum, ut sequitur:

Nos Joannes Horwath de Lomnitza Praepositus ecclesiae Scepusiensis, Maiestatis Regiae consiliarius et secretarius etc. Dilecto nobis in Christo honorabili Georgio Lewdischer de Lew-

tschovia, presbytero iurisdictionis nostrae spiritualis praedictae ecclesiae Scepusiensis, salutem in Domino sempiternam. Accepimus ecclesiam ad honorem Beatae Virginis Mariae dedicatam in oppido Lewbitz existentem per decessum honorabilis domini condam Jacobi de eadem Lewbitz ultimi et immediati rectoris eiusdem de iure ac de facto vacare; vita itaque ac alia probitatis merita, quibus apud nos fide digno ad praesentationem commendaris testimonio circumspectorum scilicet virorum iudicis ac iuratorum, totiusque communitatis de eadem Lewbitz, ad quos praesentatio et electio de iure patronatus pertinere dinoscitur. Nos itaque tuae fidei tanquam verae, et idoneae personae ecclesiam praedictam per praesentes committimus et conferimus, ut curam animarum et administrationem omnium sacramentorum eiusdem ecclesiae tam in spiritualibus, quam in temporalibus populo praestes per circulum unius anni a die datarum, verboque Dei equidem docere cures; res bonaque ecclesiae eiusdem committimus, non alienabis, nec distrahes, sed siquae fuerint alienata seu distracta, ad ius et proprietatem ipsius ecclesiae pro posse tuo recuperare cures. In cuius rei fidem testimoniumque has praesentes litteras nostras sigillo nostro signatas tibi duximus concedendas. Datis ex curia nostra praepositali 13. die mensis Iulii. Anno Domini millesimo quingentesimo quadragesimo secundo.

Antequam autem hanc administrationem dedisset huic novo electo, eadem die misit praelatus ad me dominum Iacobum notarium Liblauiensem, qui aiebat quomodo tota Sedes nobilium intercederet, et dominus Crupek et Alexius Schturm, cum notario Lewtschoviensi. Sed dominus praelatus dixit: Si volunt mihi 24 regales medium cathedraticum iam mihi datum dono dare, ego promitto eis, me istum hominem ad illum locum non confirmare. Respondit dominus Iacobus notarius: Ego equitabo ad Lewtschoviam ad dominum Seniorem et ad Yglo, et ad Menhardi, consiliarios vel conseniores fraternitatis, et illis indicabo. Et sic venit ad me dominus Iacobus notarius, et dominus Iacobus canonicus et plebanus Liblauienis, et rogaverunt, ne talem hominem inter nos pateremur: potius istos 25 florenos in auro illi donare deberemus, ne confirmaretur; quod et cum consensu fratrum factum est, licet praenominatus novus electus plebanus et ad annum confirmatus esset, tamen residere ausus non fuit, tum quod a capitaneis Liblaviensibus prohibitus erat, et minati sunt eum captivare, et miserunt *walachos* eundem quaerere et captivare, sed avisatus recessit iterum ad Toppritz, ubi residebat, et misit ad Lewbitzienses, gratias agens

de honore sibi exhibito, et restituit eis administrationem domini praelati et dixit, se mansurum in loco suo in Toppritz. Iterum dominum praelatum [rogavi], quod sua R. D. daret singulare mandatum contra Lutteranos et huius fecis haereticos, sicut prius fecit et dedit generale mandatum ante annos 18, et ostendi illud mandatum et rogavi, quod simile daret sub aliis verbis, et tenor prioris mandati est iste:

Mandatum Domini Praelati contra Lutheranos datum anno Domini 1524 [1] sequitur: Ioannes de Lompnitza Praepositus Scepusiensis, ac Sedis Apostolicae prothonotarius, etc. — — — Datum Scepusio ex curiae nostrae solitae residentia Montis sancti Martini, sub testimonio sigilli nostri die solis vigesima mensis augusti anno millesimo quingentesimo vigesimo quarto.[2]

Simile huic mandatum aliud sub aliis verbis, cum nonnullis aliis articulis inclusis nunc emittere rogavi, quod et impetravi, istis temporibus valde necessarium. Aliud Domini Praelati contra haereticam huius temporis factionem mandatum 1542.

Ioannes de Lompnitza praepositus Scepusiensis, Regiae Maiestatis Romanorum, Ungarie, Bohemiae etc. secretarius consiliarius etc. Universis fratribus et singulis venerabilibus, honorabilibusque dominis Capitulo ac Vicario ecclesiae nostrae Scepusiensis, ac ceteris plebanis, parochis, altaristis, capellanis, ac aliis cuiuscunque officii et gradus presbyteris ac clericis, in et sub iurisdictione nostra in hac provincia Scepusiensi ubivis constitutis praesentes visuris et audituris salutem et omne bonum. Palam est omnibus truculentissimum religionis nostrae hostem, qua fervida crudelitate in christianos, praesertim in huius regni incolas saeviat, qua ambitione et cupiditate id sibi subiicere conetur, quamque firmissime se in viscera huius regni non immerserit modo, sed etiam ingesserit, ut illud sibi perpetuum et haereditarium faciat; quae omnia Deus Optimus, Maximus (cui honos et perennis gloria debetur) ob omnium nostrum delicta admittit: operae pretium itaque est, si illius clementiam, immensamque misericordiam deprecari volumus, tantique tyranni impietatem subterfugere et declinare, ut omnes precibus, vigiliis, ieiuniis, aliisque pietatis promotionibus humiliemur, eaque omnia agamus, quibus Dei optimi iram mitigemus.

[1] Eredetileg 1544 állott; későbbi kéz kijavította 1524-re; még későbbi 1542-re; végre 1524-re. — Primitus annus 1544 positus erat, qui serius mutatus est in 1524, dein in 1542, tandem rursus in 1524.

[2] Quia prolixum hoc mandatum iam tom. I. huius operis pag. 143—147. per extensum edidimus, noluimus illud hic loci iterum apponere.

Etsi iam passim sciatur Regiam Maiestatem, dominum nostrum clementissimum, caeterosque principes christianos arma contra dictum hostem movisse, idque, ut nobis persuademus, divino instinctu agi, quorum et consilia et gesta ipsa Deitas secundare dignetur! Et ob id dignum est veterum patrum christianorum exemplo, perinde atque praescripsimus, precibus, vigiliis, macerationibus, eleemosinis, processionibus ad Deum coeli et terrae clamemus sedulo, quo in populum suum misericordia uti dignetur, nostroque Principi cum caeteris christianis principibus victoriam in hostem communem tribuere, ad quem si firma fide, candidaque mente conversi fuerimus, dignabitur nos gratia sua, dignabitur victoria, dignabitur optatissima quiete et securitate, dignabitur denique omni felicitate. Quare vos universos et singulos virtute salutaris obedientiae monemus, eisdem ex officio pastorali committimus, ut mox visis praesentibus, singulis feriis secundis, quartis et sextis singulis hebdomadis in ecclesiis, parochiis et sacellis vestris processiones devotissimas facere cum solitis litaniis, sanctorum invocationibus orationes pias et cantus ad implorandam DEI misericordiam tum pro victoria christiana celebrare, ac itidem in singulis missis ac divinis officiis, horisque canonicis facere, praeterea in omni concione populum ad id exhortari, piis exemplis invitare non deficiatis. Proinde intelligimus inter vos emersisse, qui neglectis prioribus sanctis constitutionibus ecclesiae catholicae et apostolicae, impiissimos quosdam et ab omni pietate alienissimos errores sequuntur, et qui etiam concionatores admittunt peregrinis doctrinis populum seducentes, qui iurisiurandi sui nobis praestiti ac candoris obliti, ea docere aut asseverare audeant, quibus pietatem christianam supprimunt, quod nec caesarea, nec regia Maiestas praefata in suis principatibus admitti mandat: ob id vestras Fraternitates sub amissione vestrorum beneficiorum, quocunque nomine censeantur, et sub punitione personarum vestrarum hortamur, eisdemque mandamus, ut nullum talem inter vos toleretis, vel siquem sciretis eius farine, volumus sub eisdem poenis nobis significetis, quod nos ex officio nostro animadversuri sumus, nec patiemur eiusmodi scandali errorumque seminatores augeri sub nostro officio et nostra iurisdictione. Praeterea dicuntur esse nonnulli inter vos, qui spretis christianorum et ecclesiae conciliis, qui abiectis Praelatorum suorum auctoritatibus, suapte pertinacia audent communicare populum sub utraque, cum eius generis constitutio non pertineat ad eos, sed ad primores, quibus id negotii concreditum est. Itaque committimus sub praescriptis poenis, ut ad id

nullus vestrum, neque publice, neque seorsum, neque clandestine sese audeat immittere, et id sibi vendicare, quandoquidem sciat in se se certo animadverti; talesque ut nobis describantur, vobis et cuivis vestrum iniunctum esse scitote. Secus ne feceritis, si praemissam animadversionem evitare cupitis. Datum Leutschoviae sub sigilli nostri testimonio, ex aedibus nostris vigesima secunda mensis Iulii, alias in feriis divae Magdalenae anno Domini millesimo quingentesimo quadragesimo secundo. Idem qui supra mppia.» (L. S.)

1543. Pag 297.

Supplicatio ad Regiam Maiestatem contra Lutteranos etc. Sacratissime et invictissime Rex, Domine et Princeps clementissime, pientissimeque! Viginti quatuor regales plebani cum omni clero Terrae Scepusiensis S. M. V. humiles capellani Maiestati Vestrae Regiae humillime supplicant, ut eos in antiqua ecclesiae catholicae religione, qua hactenus manserunt incorrupti, manutenere velit, ne a novis evangelistis et lutteranis haereticis turbentur, et subditi eorum (cum omnes ad malum proclivi sint) peregrinis eorum doctrinis, a veritate christiana alienissimis, subvertantur et pessumdentur.

Ne igitur aliquis tali secta infectus eis praeficiatur, qui vi eos ad hoc compellat, ut contempta ecclesiae sanctae auctoritate, novum suscipiant evangelium, in quo tot sectae, dissensiones, irae, rixae, invidiae, discordiae, homicidia, crapulae, ebrietates, et idgenus carnalium operum regnant,[1] Celsitudinis Vestrae regia providentia et auctoritate conserventur.

Insuper ne tales interpatiantur, ne in parochos a corrupta plebe eligantur, nec a Praelatis, muneribus acceptis, vi in populi perniciem intrudantur aut in parochos confirmentur, nullo pacto ausuri.

Ut etiam, si opus fuerit ad cuiuscunque status spiritualis vel secularis dignitatem confugerint, ac Celsitudinis Vestrae Regiae nomine auxilium quaesierint, ut illis mox sint praesidio, et contra tales christianae reipublicae turbatores se se totos erigant, et a sedibus suis procul repellant, maxime si desuper Regiae Maiestatis Vestrae mandato, (quod eis summopere conferri petunt) requisiti fuerint, ne factionis illius fautores, Sacratissimae Maiestatis Vestrae ac regii mandati contemptores censeri velint, praesto sint.

Haec sunt Serenissime et pientissime rex et Domine clementissime, quae viginti quatuor regales cum omni clero terrae Scepu-

[1] Hic supple missam vocem: sed.

siensis Maiestati Vestrae supplicant, innata S. M. V. clementia freti, ut manum eis in his porrigat, defendat ac protegat, cui et se totos humillime commendant, ac exoratores se ad Deum pro Celsitudine Vestra regia reginalique Maiestate cum liberis omnibus et regnis perpetuos offerunt, ut Deus optimus maximus de coelo auxilium ferat ac Maiestatem Vestram regiam perpetuo conservet in christianismi profectum cum suis omnibus. Eiusdem S. M. V. capellani viginti quatuor regales cum omni clero terrae Scepusiensis. (Datum desideratur.)

Pag. 298.

1543.

De domino Georgio Lewdischer in Topprytz plebano electo ad Mölenbach. Cum dominus Marcus Silesius suam in Monte-Georgii resignasset plebaniam ob laicorum persecutionem, iuxta Apostolum, sicut is, qui secundum carnem natus persequebatur eum, qui secundum spiritum, ita et nunc surrogatus et electus est in Montem-Georgii venerabilis dominus Thomas in Molenbach in plebanum, quibus condescendit et suscepit praebendam in Monte-Georgii, confirmatus autem illuc, laici de Mölenbach, carentes pastore, in derogamen viginti quatuor plebanorum, suggestum est eis, ut eligerent dominum Georgium Lewdischer in Topprytz plebanum, in pastorem animarum; sed quia erat contra omnes fratres, scripserunt mihi et per nuncios rogaverunt, ut totis viribus resisterem, ne ovis morbida inter nos plebeculam miseram seduceret. Scripseram domino Vicario, ne eum, si cum laicis pro confirmatione veniret, confirmaret; scripsi et domino Praelato ac supplicavi, quod Dominatio sua reverenda nullo pacto eum confirmaret, ob intuitum Dei et sacerdotalis dignitatis et totius cleri Scepusiensis, etiam ob mandatum Caesareae quoque regiae maiestatis, ac suum mandatum per totum Scepus emanatum. Intercessit coram Praelato in capitulo dominus magister Martinus de Betania, canonicus et parochus, ut sua Dominatio Reverenda talem in medium nostri non confirmaret. Respondit praelatus: Ille promisit mihi duodecim florenos in auro pro confirmatione. Respondit ei magister Martinus canonicus: Reverende Domine, viginti quatuor plebani sunt tam honesti, quod si ille 12 promisit in auro, ipsi etiam dabunt tantum; tantum Dominatio Vestra Reverenda non confirmet. Sed Pawschnerus simpliciter vult habere, ut eum confirmarem, inquit praelatus. Respondit magister Martinus: Pauschnerus non potest cogere Dominationem Vestram.

Tandem feria quarta post Palmarum venit dominus praelatus Lewtschoviam, et adivi eum post prandia, praemissa propina, et ferme duabus horis solitarius fui cum sua dominatione reverenda, multa et varia tractantes. Tandem etiam de negotio istius hominis aiebat: dominum Pauschnerum vehementer laborasse et institisse, ut confirmaretur. Ille respondit: Non possum contra regium ac meum mandatum eum confirmare, et ostendit domino Pauschnero litteras meas: scripsi domino praelato nomine omnium fratrum, quod talem haereticum non confirmaret. Iratus vehementer dominus Pauschnerus, quod eum haereticum nominarem, cum nondum esset convictus et haeresi sua damnatus haereticus (licet doctrinis suis et haereticis pravitatibus satis probavit se haereticum etc.) At finaliter dixit dominus Pauschnerus: Faciat Dominatio Vestra Reverenda, ut vultis, sive confirmate eum vel non; ego iam non curo. Et ita promisit mihi dominus praelatus, quod nollet eum confirmare, et ego promisi ei, quod fratres congregare vellem illico post festa et dominationem suam reverendam condonaremus ad optata sua.

Idem dominus Georgius Lewdischer, cum laici de Mölenbach ei portassent plebaniam suam, renunciavit, et noluit suscipere, sed dedit eis terminum, donec certificaretur, si dominus praelatus eum vellet confirmare. Sed postquam audivit, quod dominus praelatus hoc facere nollet, misit nuncium ad laicos de Mölenbach, abrenunciavit eis plebaniam illorum et ita mansit in loco suo.

Ad Mölenbach per laicos illos electus est dominus Marcus, qui fuit in Monte Georgii.

1543.

Pag. 300.

Rogavi etiam dominationem suam reverendam ex parte Georgii Lewdischer, quod iam esset in loco in Mölenbach, quod sua dominatio reverenda eum illic non pateretur. Respondit dominus praelatus: Ego promisi vobis, quod nolo eum confirmare, nec dabo ei administrationem. Dixi: Quid est, si in loco manebit, et defendent eum laici et dominus Pauschnerus arcis praefectus in scandalum totius cleri, in populi illius seductionem et contra iurisdictionem Dominationis Vestrae Reverendae, cum sine auctoritate Dominationis Vestrae Reverendae non habet potestatem illic sacramenta administrare? Respondit dominus praelatus: Ego ideo veni, ut loquar cum domino Pauschnero, ut mandet laicis, ut eum expellant.

Proposui domino praelato historiam de astutia laicorum in

Mölenbach, cum dominus praelatus nollet eum imprimis confirmare, laici finxerunt se alium eligere plebanum, et elegerunt ac plebaniam suam portaverunt domino Marco, qui plebaniam resignaverat in Monte Georgii cum conditione sine molendino ad curiam pertinente; nam pro se laici illi usurpare volebant. Sed cum ille eam tali cum conditione sine molendino suscipere nollet, portaverunt plebaniam suam in Matzdorff plebano domino Sixto, simili conditione sine molendino: ille etiam suscipere recusavit. Hoc ex astutia fecerunt, in velamen excusationis suae dicentes: Nos plebaniam nostram portavimus bonis viris, huic et huic, et noluerunt suscipere. Et quia sine plebano esse non possumus, ideo iterum priorem plebanum de Topprytz Georgium Lewdischer elegimus. Nam iste suscepit plebaniam istam sine molendino et hunc libenter habemus. Hoc laici facere ausi non fuissent, nisi per Pauschnerum fuissent persuasi.

Dominus praelatus fuit in arce Scepusiensi feria 2. post Iubilate, quae erat 16ª Aprilis, constitutus, et magister Martinus de Betania plebanus canonicus et custos cum eo; et ipse mihi scripsit relationem, ut sequitur, ex capitulo, post domini praelati ex capitulo discessionem in arcem Dunawÿtz.

Venerabili Domino Georgio Parocho Leutschoviensi, ac Dominorum Regalium Plebanorum Seniori etc. Domino Seniorum observando.

Salutem et obsequii mei obnixam commendationem venerabilis Domine Seniorum observandissime. Nudius tertius cum domino reverendo nostro in arce Scepus existens, negotium illud coram domino Pauschner sollicitavi, qui reverendo respondit: Iudicem illum perversum illius pagi Mölenbach die dominico ibidem in arce fuisse, ac ea de re, nempe quia iam plebanum haberent, meminisse. Respondit hactenus nullum habere, itaque Dominatio Vestra scribat domino fratri ad Montem s. Georgii, ut eo de negotio invigilaret, et quid clam fabricatur, percunctetur, ut tandem Venerabilis Dominatio Vestra valeat scire, Reverendum interpellare. Valeat perpetuo felix. Ex Monte s. Martini, raptissime feria 4. post Dominicam Iubilate 1543. V. D. V. deditissimus custos Scepusiensis.

Interea cum dominus praelatus rediisset ad Dunawÿtz, accessit ad eum Georgius Lewdischer electus plebanus in Mölenbach pro confirmatione. Dominus praelatus dixit ei: Ego non confirmabo vos, nec dabo vobis confirmationem, nec administrationem, ne postea ego una vobiscum captivari per regiam Maiestatem iuberemur. Si Dominus Pauschnerus vult vos confirmare, aut conser-

vare, videat ipse. Et rediens ad Topprytz, misit ad Mölenbach, et renunciavit eis iterum plebaniam. Laici autem de Mölenbach iterum congregati pro alterius plebani electione, miserunt ad me rogantes, ut consulerem eis pro bono viro.

Feria secunda post Dominicam Cantate, quae erat 23. Aprilis die s. Adalberti, venerunt ad me pedestres duo laici, missi a iudice et tota communitate de Moelenbach, Emericus et Hieronymus, rogantes me nomine iudicis et totius communitatis, ut consulerem eis pro plebano. Dixi: O vos, quomodo seducti et excoecati talem elegistis plebanum! Dicebant: Non erit plebanus noster deinceps, sed ex his duobus unus, vel de Eulenbach dominus Ioannnes, vel dominus Martinus de Capitulo plebanus. Et commendavi eis utrosque, sed nescio, si dominus Martinus de Capitulo ibit. Et sic iverunt adhuc eo die ad Eulenbach et portaverunt ei plebaniam suam. Qui cum eisdem ascendit ad Mölenbach et conspexit locum. Et laici ei dederunt plebaniam cum molendino, quamdiu tenebit eis capellanum, sed quando eis non tenebit capellanum, tunc molendinum volunt pro ecclesia usurpare, et ex illa pecunia molendinum aedificare. Et respondit eis plebanus: Bene est, ego sine consensu Senioris nostri, plebani Lewtschoviensis et domini Vicarii non faciam. Et sic venit ad me feria 5ª in crastino Marci, et cum eo iudex et Iacobus vitricus. Et ego consensi, et iverunt adhuc Waraliam pro consensu domini Vicarii et confirmaverunt statim ibi.

1543.

Pag. 304.

Ferdinandus divina favente clementia Romanorum rex semper augustus, ac Germaniae, Ungariae, Bohemiae, Dalmatiae, Croatiae Slavoniaeque Rex etc. Fidelibus nostris universis et singulis praelatis, baronibus, egregiis, Nobilibus, prudentibus, et circumspectis, caeterisque incolis et inhabitatoribus regni nostri Ungariae, qui quidem mandati et edicti huius nostri litteris requisiti fuerint, salutem et gratiam. Exponendum vobis curarunt fideles nostri honorabiles, devoti nobis dilecti viginti quatuor parochi regales, cum toto clero terrae Scepusiensis, quemadmodum nonnulli existerent, novis sectis improbatae religionis addicti, qui simplicem atque credulam apud eos plebem in erroneas de sancta et catholica fide nostra opiniones et persvasiones miris modis, simulatoque sanctimoniae fuco adducere conarentur idque in maximum sane scandalum et perniciem tum verae pietatis nostrae, tum omnium Christi fidelium seductionem, supplicantes proinde nobis humiliter, ut eos in veteri

26*

ritu religioneque sanctae ecclesiae catholicae, in qua hactenus incorrupti et constantes permansissent, clementer manutenere dignaremur, ita ut ne vel ipsi a damnatarum sectarum studiosis ullo modo turbarentur, vel eorum subditi novis doctrinis, a veritate scilicet christiana longe alienissimis ab istiusmodi perversis hominibus seducerentur; praeterea ut ne aliquem tali secta, seu haeresi infectum eis praeficiendum permitteremus, neve tales, aut inter eos versari, aut a corrupta plebe in parochos eligi, aut a praelatis ullo modo comfirmari pateremur; quin potius eis contra tales quoscunque necessario et optimo remedio clementer adesse vellemus. Nos itaque considerata aequitate simul et pietate petitionis istorum plebanorum, clerique universi terrae Scepusiensis, et ob id gratiose admissa et exaudita, vobis omnibus et singulis, et cuiuslibet vestrum fidelitati, maxime vero praelatis et comiti sedis Scepusiensis harum serie strictissime praecipientes mandamus, quatenus pro auctoritate nostra vobis in hac parte attributa dictos parochos cum universo eorum clero atque subditis in antiquae sanctae et catholicae religionis atque fidei nostrae cultu, laudabilibusque ritibus et observationibus manutenere et defensare, illisque, cum opus fuerit, et quotiescunque requisiti fueritis, tam spirituali, quam seculari brachio, adversum damnatae religionis et doctrinae sectatores quoscunque a sedibus eorum repellendos et exstirpandos, auxilium debitum et opportunum praestare debeatis. Secus sub indignatione nostra gravissima minime facturi. Praesentibus perlectis exhibenti restitutis. Datum in nostra et imperiali civitate Norinberga, die vigesima prima mensis Aprilis anno Domini millesimo, quingentesimo, quadragesimo tertio, regnorum nostrorum, Romani decimo tertio, aliorum vero decimo septimo. Ferdinandus m. p. Ad mandatum Sacrae Regiae Maiestatis proprium: Ad. Carolus, Bunger d. vicecancellarius.

Deinde cogitavi de fratrum congregatione, quomodo nos convenire oporteret, et componere aliquam pecuniam, qua et nuncium nostrum rite expedire possemus et solvere eundem pro laboribus suis pro nobis habitis; sed cum rediisset feria 3. ante Pentecostes, non potui citius fratres convocare, nisi post festa et octavas Corporis Christi, quia nullus fratrum commode ab ecclesia sua ab esse istis temporibus poterat. Interim cogitavi de privilegio isto transscribendo in capitulo sancti Martini, et contuli illud venerabili viro domino Laurentio in Yglo plebano, ut sua dominatio veneranda una assumpto uno vel duobus fratribus ex fraternitate nostra proficisceretur ad capitulum, et illud ibidem transsumi face-

rent. Sed dominus parochus in Yglo contulit illud domino Martino canonico et custodi ecclesiae s. Martini et plebano in Betania, qui se sua sponte obtulit dicens: Domine venerabilis! Date mihi, ego una cum vicario plebano waraliensi fratre vestro transscribi faciam. Et ex eo opus est, quod D. V. V. veniat ad capitulum, nos expediemus, quia ad totum clerum pertinet; quod et factum est. Interea etiam scripsi domino Vicario, quod illum haereticum hominem ad Mölenbach non confirmaret, quem laici illi pessimi iam tertiario iterum susceperunt, licet, ut supra scriptum est, isti duo laici, qui ad me venerunt, dixerunt mihi: Mi Domine, plebanus iste de Topprytz, Georgius Lewdischer nunquam plebanus noster erit et ideo rogamus Dominationem Vestram Venerabilem, consulat pro nobis pro bono viro. Et elegerunt dominum Ioannem de Eulenbach, qui iam suscepit et confirmatus, licet litteras confirmationis nondum accepisset a Vicario, tamen tres currus rerum suarum duxit nuper ad Mölenbach, tanquam volens ibi residere, sed considerata nequitia laicorum, iterum resignavit eis eorum plebaniam et rediit cum rebus suis ad Eulenbach; nam illam plebaniam adhuc non resignaverat.

Interea astuti laici de Mölenbach accesserunt dominum praelatum ad arcem Dwnawytz, rogantes suam dominationem reverendam, ut consuleret pro eis, ut rehabere possent pecuniam suam, quam accomodato dederunt domino Georgio Lewdischer in Topprytz plebano. Respondit eis dominus praelatus: Quid accipietis ei, cum nihil habet. Rogaverunt dominationem suam reverendam, quod eis daret in plebanum, libenter vellent eum habere, et sic cum tempore posset etiam eos solvere.

Interim etiam dominus Ioannes Bobest compater meus et vicinus, cum exiret die Urbani, feria 6. post festum Corporis Christi ad magnificum dominum Ioannem Tursonem, cui arx Scepusiensis legata erat per fratrem suum magnificum dominum Alexium Tursonem, qui tunc erat in Plessz, ea die profectus est ad Dwnawytz cum duobus ex arce scepusiensi stipendiariis, in equis domini Pauschneri, et illic dominum praelatum rogavit, quod interim daret administrationem domino Georgio in Topprytz plebano ad plebaniam in Mölenbach, donec dominus magnificus Ioannes Turso rediret ad Scepus; ille tandem mitteret eum ad sacram regiam Maiestatem, ubi impetraret, quod sibi 24 plebani regales pacem darent.

Et sic victus tum laicorum, cum Ioannis Bobst precibus dominus praelatus contulit ei administrationem ad quartale anni, et

ideo rediit ad locum illum Mölenbach. Sed, quia dominus Vicarius inscius harum rerum, cum dominus praelatus nihil illi significasset, aegre tulit, quod homo ille esset in loco, administraret sacramenta sine administratione, cum nec esset praesentatus, nec confirmatus, quem impune hoc fecisse minime cogitavit, et aliquibus fratribus superioribus scripsit, ut infra patebit.

Dominus Vicarius frater noster venerabilis transscripto mandato in capitulo, non transsumptum, sed ipsum mandatum in specie ad arcem Scepusiensem, una cum venerabili domino magistro Martino venerabilis capituli seu ecclesiae sancti Martini plebano et domino Stanislao capellano Waraliensi exhibuerunt, illo mandato regio dominum castellanum arcis illius praefectum Bornemissam, rogantes, quod plebanum hunc novum in Mölenbach tanquam haereticum non pateretur, sed mandaret laicis, ut eum a loco repellerent. Unde cum mandatum regium in specie per proprium suum notarium perlectum esset, ac tenorem mandati regii bene intellexisset, respondit arcis praefectus Bornemissa: se illa minime facere posse, nec se quicquam attemptare velle absque informatione et voluntate domini sui, domini Iohannis Tursonis, praesertim in plebanis non conservandis, seditiosis, sacramentariis et haereticis, prout illi tunc obiectum erat de Georgio violenter ad plebaniam in Mölenbach intruso; ad quae obiecta asserebat, se id minime facturum, concludendo sententiam in haec verba: Dominus, qui illum illuc locaverit, et cuius nutu et auctoritate ad eandem intraverit, illius auctoritate etiam exeat et expellatur.

Idem Georgius Lewdischer primum ex studente Cracoviensi aulicus factus et, ut fertur, sartoratus in Olmucz didicit artificium, demum hic Leutschoviae pellionum artificium didicit; deinde rediit Cracoviam studendi gratia, inde profectus, factus scolarum praefectus in Göntz prope Caschoviam, inde secessit Budam, et per quendam Sanctissimi legatum in tribus diebus ordinatus est in sacerdotem; venit Leutschoviam celebrans ibi primitias, deinde illic factus capellanus, sed illic duriter correptus propter quandam mulierem, quae virum habuit, inde profectus, factus est capellanus in villa Michaelis prope montem Georgii, demum cum muliere illa, quae eum illic saepe visitavit, Vratislaviam profectus, illic ei copulatus, factus mercator. Sed cum magnificus dominus Iohannes Catzianer hic Lewtschoviae esset, qui erat capitaneus regius, cum populo et exercitu suo, ne Ioannes rex occuparet civitates istas superiores, et idem Georgius Leutschoviam supervenit cum mercantiis suis vilibus et paucis. Audiens capitaneus hunc esse apostatam

lutheranum, eum incarceravit, et nisi intuitu amicorum suorum et plebani Leutschoviensis, venerabilis Sebastiani, suspensus fuisset. In carceribus existens et coram senatu interrogatus, negavit se esse sacerdotem, nec se unquam sacramentum confecisse; increpatus cur adorari permisisset, quum non confecisset? respondit: quid est hoc? quum hic plures *(így)*.

Primus negavit sese sacerdotem, negavit se consecrasse sacramentum coram toto senatu Leutschoviensi.

Uxorem duxit et Vratislaviae se cum ea copulare fecit, quae habet virum viventem.

In Casioforo plebanus turmatim coepit audire confessionem.

In Casioforo populum sub utraque communicavit.

Negavit intercessiones sanctorum, aut ieiunia prodesse.

Omnibus sacerdotibus et plebanis Scepusiensibus publice detraxit.

Scisma in ecclesia hic in Casioforo publice praedicavit.

Corpus Christi in eucharistia esse negavit.

Papistas omnes populi deceptores publice nominavit.

Missae sacrificium publice vilipendit.

Andream Kremnitzianum sacerdotem in Casioforo cum puella copulavit.

Feria 6. magna in Casioforo post passionem assaturam carnis comedit.

Plebanorum omnium Casioforensium occulte evasit Rosnaviam.

1542. feria 6. magna. Et nisi avisatus Rosnavia occulte discessisset, dominus Bebeck misisset eum de castro Crasznahorca praecipitare, sicut fecit illi haeretico Andreae Fischer, ita et huic fecisset discipulo Andreae propter haereses suas.

Cum laicis pactum fecit in Mölenbach, ut plebaniam sine molendino ad curiam plebani pertinente susciperet, simoniace intrans.

Venerabiles domini fratres superiores de Poprat, de Filka, et monte Georgii ecclesiarum plebani, audientes quotidie audaciam hominis in Mölenbach, quomodo in sermone seminaret discordias, ut sacerdotes huius territorii Scepusiensis despectissimos redderet, illos confundendo et seipsum laudando, scripserunt domino vicario per dominum Paulum in Matzdorff altaristam, rogantes suam dominationem venerabilem, ne in scandalum totius cleri patiatur hominem istum ibidem in Mölenbach; tunc dominus vicarius ira commotus est, scripsit tribus superioribus fratribus litteras, quarum tenor folio sequenti plene continetur. Deinde mihi a fratre venerabili domino Thoma ex Monte Georgii scriptum est in haec verba:

Celeberrimo summeque venerabili viro domino magistro Georgio parocho Leutschoviensi domino et patrono perpetuo observando. Venerabilis Domine Senior, salutem, pacem et gaudium in Domino etc.

Dominus Ioannes de Eulenbach electus plebanus in Mölenbach, videns et considerans se non habere gratiam apud illos eo, quod non esset farinae lutheranae, susceptum nuper plebanatum resignavit, maxime urgente conscientia propria, ne prius ipse videretur, qui molendinum de iure ab antiquo hactenus ad plebaniam pertinentem, pro tempore ibidem existente alienando, notam simoniacae pravitatis incurreret. Verum iidem ipsi laici, ut improbum eorum conatum effectui manciparent et virus imbibitum evomerent, iterum archilutteranum illum nobis in oprobrium et contemptum (uti manifeste dicere habuerunt) adduxerunt. Quapropter Dominatio Vestra venerabilis, priusquam praesentetur, nullum non moveat lapidem, ut impediatur, ne habeat locum, quod facillime facere poterit dominus reverendus praelatus, vel etiam dominus vicarius denegando illi administrationem in ecclesia illa; nam non habita administratione, non credo, quod sit ausus perseverare. Qualiter autem idem fratres et clerum universum in proximo sermone in eo loco habito confuderit, Dominationi Vestrae tempore suo insinuare curabo. Fratres enim eo sunt animo, quod nullis, nec laboribus, nec impensis parcere velint, saltem ut submoveatur de loco, nec virulentam eius doctrinam disseminaret, et infectis illis ulterius serpat, circumiacentes inficiat. Nihil aliud reddet eum tam audacem, quam quod sperat se administrationem habiturum, qua sibi negata, cogebuntur *(így)* ipsi laici eum dimittere. Valde timendum est nobis, si locum illum obtinebit, nostros inficiet et contra nos eos concitabit, sicut etiam incepit. Unde omnibus viribus insurgere debemus et conari, ne locum habeat. Et cum his Dominationem Vestram Venerabilem valere exopto. etc.

Matthaeus de Waralia canonicus et vicarius Scepusiensis, nec non parochus Waraliensis V. D. ut suis venerabilibus dominis: domino Thomae, Christophoro et Antonio eccclesiarum parochialium plebanis, fratribus in Christo observandissimis.

S. P. Dt. Superioribus diebus facta resignatione plebaniae in Mölenbach Dominationi Vrae, venit ad me homo plenus fraude et dolo petensque nos debita cum instantia nomine iudicis totiusque communitatis, ut eis darem administrationem ecclesiae pro personis tribus, pro domino Mathia et domino Sixto, nec non pro domino Paulo. Nos vero aestimantes ipsius fidem et petitionem esse veram

et non mendosam et deceptoriam, credibiles sic facti. Quare vobis domino Thomae, et domino Christophoro, nec non domino Antonio in Poprat ecclesiarum parochialium plebanis, praesentibus sub poena obedientiae et excommunicationis demandamus, imo et seriose committimus, quatenus ad facies possessionis Mölenbach accedere velitis nomine nostro, imo et mandato regio, illamque administrationem mendose traditam prohibere et ecclesiae supradictae interdictum habere, quoad aliud habueritis in mandatis, huicque Georgio silentium imponere, secus non facturi, rehabitaque administratione fraudulenter petita, mox eandem remittatis; quod si fecerint et mandatis nostris comparuerint, bene quidem, sin autem minus, ex tunc maioribus iuribus ad ulteriora procedemus et eos docebimus, quomodo fraudulenter et nequitiose a vicario ecclesiae sancti Martini falsam expetere administrationem debent. Ergo committimus, ut in re hac seriose procedatis. Valete in Christo IESU Servatore nostro. Datum in Monte sancti Martini feria quarta infra octavas Corporis Christi. Anno Incarnati 1543.

Fratres praenominati venerabiles executi mandatum domini vicarii et venientes ad Mölenbach adierunt iudicem, et convocatis iuratis suis legerunt eis litteras domini vicarii, interpretantes, prout verbis sonant. Tunc iudex iratus dixit: Non misimus hominem dolosum et mendacem, in hoc irrogatur nobis magna iniuria, sed virum bonum misimus et honestum. Litteras administratorias nobis per dominum vicarium datas non damus ex manibus nostris. Ach vos 24 plebani vultis nobis plebanum constituere, quem vos vultis; non fiet. Et percussit manu ad mensam plenus furore. Respondit dominus Antonius de Poprat parochus: Domine iudex! Nuntii sumus domini vicarii, oportet nos exequi, quod nobis serio mandatum est, sicut et vos obedire oportet maioribus vestris. Et ita reliquerunt iudicem et adierunt plebanum in curia sua. Venientes ad plebanum illum, exhibuerunt ei mandatum domini vicarii, quo perlecto respondit: Ego nihil curo mandatum istud, nec servabo interdictum. Ego enim habeo a domino praelato administrationem ad quartale unius anni; et si me dominus praepositus revocaverit per litteras suas, cedam a loco et in priorem me recipiam plebaniam. Hic tamdiu manere debeo, donec magnificus dominus Ioannes Turso redibit; ille me apud sacram regiam Maiestatem confirmabit.

Tunc obiecit ei dominus Thomas de Monte-Georgii: Vos confunditis fratres et sacerdotes, ubi potestis, maxime in sermone. Si vos ipsos inspiceretis, quis et qualis estis! Respondit ille mendax: Ach charissime Domine non credatis, mentiuntur homines multum

de me, sicut et de vobis omnibus multa loquuntur minus vera. Iterum respondit ipsi dominus Thomas: Quomodo vestri laici, qui vos valde diligunt, mendacia de vobis dicerent. Respondit: Non me diligunt, qui talia de me dicunt.

Deinde coepit rogare fratres: Venerabiles Domini! Rogo V. D. velint pro me intercedere ad dominum seniorem et ad reliquos, ut misereantur mei, promitto emendam. Tamen beatus Augustinus fuit etiam infectus haeresi, tamen ab illa liberatus, factus est insignis praedicator et doctor. Praescribant mihi fratres articulos certos, secundum quos vivere et praedicare debeam; ego faciam. Respondit dominus Thomas: Non opus est vobis praescribere articulos, habetis conscientiam, secundum quam vivere et praedicare deberetis. Et ita discesserunt ab eo.

Interea ego senior per litteras currentes convocavi fratres, et convenerunt feria tertia post primam dominicam aestatis, quae erat quinta Iunii, et proposui illis causam congregationis, quod subordinassem mandatum regium contra latrones lutheranos omni haeresi infectos, et exhibui eis legendum per dominum Thomam de Monte-Georgii, qui eis legit in specie; tandem et transsumptum in pergameno, cum sigillo capituli etiam legit, et statui, quod in praemium nuntio darentur 12 floreni per 100 den. et quod maiores per 80 denarios componerent, medii per 60 den. et infimi per 40 den. Secundo proposui illis scandala fratrum et totius fraternitatis, in faciem mihi obiecta, quomodo nos sacerdotes cum concubinis tam pessimam vitam duceremus etc. Homines sumus, qui ratione uti debemus, non sicut bruta sensualitatem sequi. Angeli Dei sumus et nominamur, Malachiae 2. Et angeli neque nubent, neque nubentur, Matth. 22. Sacerdotes sumus sacra docentes, non scandala praebentes. Vae homini, per quem scandala veniunt. Ministri DEI sumus, iuxta Apostolum sic nos existimet homo, sicut ministros Christi et dispensatores mysteriorum Dei. Decet autem ministrum mundum esse, qui mundissimo servit Domino. Beati mundo corde. Dii etiam nominamur in scripturis, Psalmo 81: Ego dixi: dii estis et filii Excelsi omnes. Et Exodi 22 dicit: Diis non detrahes, seu praelatis loco Dei in terris constitutis. Et principem populi tui non maledices, seu secularem potestatem. Et pie admonui, ut talibus cessent, et scandala non praebeant; tales personas non foveant, sed a se dimittant, ne ab invidulis nostris apud sacram regiam Maiestatem tanquam tales publici scortatores, qui alios in talibus deberemus corripere, peiores nedum secularibus, sed etiam brutis cognosceremur et privilegiis nostris per sacram Maiestatem

regiam privaremur. Interrogavi, si haec propositio mea omnibus placeret? Responderunt fratres omnes: placet. Scripsi litteras domino Praelato excusando dominum de Bela et omnem historiam de domino Georgio Lewdischer in Mölenbach intruso, quarum tenor sequitur:

Reverendo Domino Domino Iohanni Horwath arcis Palocza haeredi, Praeposito Scepusiensi, Secretario ac Consiliario Serenissimi Romanorum, Ungariae, Bohemiae etc. regis, dignissimo, meritissimo, ac domino arcis Dwnawytz strenuissimo, Domino ac Praelato eorum perpetuo observando gratiam et pacem per Jesum Salvatorem omnium cum mei quoque humili commendatione.

Reverende Domine Praelate! Subordinavimus per nuntium Pag. 312.
nostrum proprium apud magnificum dominum Leonhardum de Fels per litteras nostras apud sacram regiam Maiestatem mandatum contra antiquae religionis turbatores, cuius quidem mandati tenorem praesentibus inclusum Dominationi Vestrae Reverendae transmitto, quod imprimis misi domino vicario, tamquam domino et fratri nostro charissimo, ut illud imprimis transscribi faceret in capitulo, et tandem cum nonnullis fratribus, rogatus a fratribus ascendere ad arcem Scepusiensem, et ostendere mandatum istud regium domino castellano Bornemissa, rogantes, quod mandaret laicis, ut illum repellerent haereticum a Mölenbach. Respondit: non repellam eum, sed qui eum in locum illum promovit, etiam eum a loco repellat. Dominum quoque vicarium rogavi, quod sua dominatio venerabilis nullo pacto eum confirmaret, nec administrationem illi daret, donec aliud haberet in mandatis a Dominatione Vestra Reverenda, proponens domino vicario promissionem Dominationis Vestrae Reverendae mihi factam, quod Dominatio Vestra Reverenda nollet eum confirmare, nec illi ullam administrationem dare ad petita mea et omnium fratrum et totius cleri. Dominus autem vicarius gravabatur multum ex eo, quod audivit hominem illum esse in loco sine ulla administratione, nec sibi praesentatus, nec confirmatus administraret sacramenta, nec aliquod a Dominatione Vestra Reverenda accepit super ea re mandatum. Scripsit dominus vicarius fratribus superioribus, domino Thomae in Monte Georgii, domino Antonio in Poprat, et domino Christophoro in Filka plebanis, ut personaliter accederent ad laicos in Mölenbach, et repeterent administrationem suam illis datam, ad tres sacerdotes. scilicet: ad dominum Matthaeum, Sixtum et Paulum, ut interim isti sacramenta eis administrarent, donec legitimum eligerent plebanum.

Sed iste homo inconstantissimus in verbis et factis suis, contra iurisdictionem Dominationis Vestrae Reverendae suscepit hanc plebaniam sine molendino, cum quilibet parochus Dominationis Vestrae Reverendae iurare oportet confirmandus imprimis, quod vult esse fidelis et obediens Dominationi Vestrae Reverendae et vicario Vestro, deinde quod ecclesiae suae bona non alienabit, nec dissipabit, verum alienata et dissipata pro possibilitate sua recuperabit, quod hic homo non facit, nec Dominatio Vestra Reverenda unquam talibus male intrantibus et bona ecclesiae a curia plebani dissipantibus et mutuo in manus laicorum talia, quae laicorum nunquam fuerunt, tradentibus favit, cum videlicet ducentos annos omnes plebani, tot quot fuerunt in Mölenbach, usi sunt molendino illo. Doceant laici litteris suis, quod molendinum illorum sit, vel quo pacto illud plebano legatum sit etc. Insuper et nomine domini vicarii repetierunt administrationem a laicis illis datam, qui restituere noluerunt. Insuper interdictum imposuerunt parocho illi, ex quo tamen sine ulla administratione et confirmatione administraret laicis illis sacramenta, tenorem etiam litterarum domini vicarii praesentibus inclusum Dominationi Vestrae Reverendae mitto. Ille imprimis: Ego nihil curo — respondit — interdictum domini vicarii, nam dominus praelatus dedit mihi administrationem ad quartale unius anni; addidit insuper, quod laici de Mölenbach imprimis venissent ad Dominationem Vestram Reverendam et rogassent, ut illis consuleretis, ne pecuniam illi parocho praestitam perderent. Tunc Dominatio Vestra Reverenda interrogat: Quantum accomodato dedistis ei? At illi dixerunt: viginti florenos. Tunc Dominatio Veltra Reverenda respondit eis: Nunc dabo illi administrationem usque ad festum sancti Iacobi Apostoli. Interim veniet Dominus Turso, tunc iterum accomodate ei adhuc 20 florenos, ut cum illis proficiscatur ad sacram regiam Maiestatem et illic purget se, tunc habebit pacem a 24 plebanis. Sed ego certe non credo haec vera esse, quae dixit. Scio enim, quod mendax est. Scio insuper, quod Dominatio Vestra Reverenda promissa nobis semper inconcusse tenuit, insuper et contra proprium suum mandatum ab anno praeterito nobis gratiose collatum et per totum Scepus emanatum quidquam attemptasse. Nunc etiam regio mandato isto ex gratia obtento Dominationem Vestram Reverendam meo atque omnium fratrum nomine rogo, velit insuper suum pastorale officium et suam tueri iurisdictionem, et nostrorum omnium, totiusque cleri Scepusiensis honorem contra tam insolentem hominem defendere et illum a iurisdictione sua repellere, cum

nihil boni, ubicunque fuerat, egit, sed quanta scandala praebuerit, etiam adhuc quotidie in plano est. Dominationem Vestram Reverendam rogo, velit pro nobis consulere id, quod bonum est. Ego vicissim cum fratribus una et omni clero iterum atque iterum cum omni obedientia et reverentia Dominationem Vestram Reverendam tamquam dominum nostrum gratiosum semper reverebimur. Raptim Leutschoviae feria tertia, quae erat quinta dies Iunii anno domini 1543. Eiusdem Dominationis Vestrae Reverendae capellani: Senior cum fratribus suis 24 regalium etc. ad vota Dominationis Vestrae Reverendae obsequentissimi.

Subscripsi etiam litteris praelati ista pauca:

Dixit etiam homo ille pestifer, qui semper negat, quod perverse egit, aut quidquid male perpetrat, se non fecisse, nec facere intendit quidquam mali, et promittit multa se emendaturum et conversurum, quod in uno loco fecit, sicut in alio, sed semper confundens sacerdotes et clerum, quantum potest, se ipsum laudat, laicis applaudat, quo nihil magis aut melius scit, quam blandum se exhibere, et hominibus applaudare, iactitavitque se, quam pie Dominatio Vestra Reverenda eum tractasset et fratrem suum semper nominasset, et paratum se esse locum istum deserere et in pristinam reverti plebaniam, dum per Dominationem Vestram Reverendam per litteras revocaretur et alia multa dixit etc.

Relatoriae super litteris Domini Reverendi per alium nuncium datae a me Seniori:

1543. Pag 315.

Generoso Domino arcis Dunavitz Praelato et Possessori Domino et Domino Joanni Horwath ecclesiae Scepusiensis Praeposito Reverendo, nec non Sacrae Regiae Maiestatis Romanorum, Ungariae, Bohemiae etc. Secretario et Consiliario meritissimo, dignissimoque Domino et Praelato suo perpetuo observando.

Salutem in Christo Jesu optatissimam Reverende Domine Praelate, Domine mihi omni honore semper praeferende! Litteras relatorias per Andream Coder compatrem meum ad me datas, eo vesperi, quo mihi allatae sunt, sub coena transeunter perlegi, deinde occupatus aliis, mane vero iterum perlegi et relegi litteras Dominationis Vestrae Reverendae; ex quibus plane cognovi, quod D. V. Rda dedit laicis illis administrationem, licet nomen illius non sit expressum. D. V. Rda etiam illis commisit, ne illum ad administrationem sacramentorum eligerent; tamen utique fecerunt contra persuasionem D. V. Rdae. Iactitavit se haereticus ille in praesentia

fratrum, cum ei interdictum ponerent nomine domini vicarii, quod nihil curaret dominum vicarium, sed si D. V. Rda ei scriberet minimam cedulam, vellet loco cedere et reverti in locum suum priorem. Nunc ipse nihilominus confundit fratres nostros publice in sermone, tales et tales eos nominando in dedecus et scandalum totius fraternitatis nostrae et totius cleri, et praesertim contra honorem et reverentiam D. V. Rdae. Nonne honor noster honor D. V. Rdae est? Econtra honor D. V. Rdae etiam honor noster est. D. V. Rda habet auctoritatem excessus fratrum corrigere, non haereticus ille; quidquid nobis facit D. V. Rda, factum esse credo. D. V. Rda caput nostrum est, nos autem sumus membra et corpus D. V. Rdae. Quidquid ergo infertur membris infamiae, contra honorem est capitis. Obiecerunt talia ei fratres: quomodo ipse confunderet semper fratres, et nihil aliud sciret praedicare, nisi fratrum contumeliam. Negavit quidem, quod hoc non faceret, sed osores sui talia de eo praedicarent. Miror certe audaciam hominis impudentissimi, quod contra auctoritatem et iurisdictionem D. V. Rdae audet se intromittere ad sacramentorum administrationem. Et laici: Videbimus, dicunt, si 24 plebani repellent nobis plebanum nostrum. Diligunt eum non propter bonitatem eius, sed propter molendinum, quod laicis contra ecclesiae et D. V. Rdae auctoritatem reliquit. Nonne ipse est primus omnium sacerdotum et plebanorum Scepusiensium, qui negavit se esse vel fuisse sacerdotem coram toto senatu Leutschoviensi. Negavit, quod confecisset, aut unquam consecrasset eucharistiae sacramentum coram eodem senatu.

Uxorem duxit, quae habuit virum, et Vratislaviae se copulare cum ea permisit. Turmatim in Casioforo populum coepit absolvere sine speciali confessione. Sub utraque ibidem communicavit et communicare docuit.

Intercessiones Sanctorum nullas esse praedicavit. Ieiunia ab ecclesia statuta nihil prodesse dixit.

Scisma in ecclesia Scepusiensi seminavit.

Corpus Christi in Eucharistia esse negavit.

Papistas omnes populi deceptores esse nominavit.

Missae sacrificium publice vilipendit.

Sacerdotem in Casioforo cum puella publice copulavit.

In scandalum totius populi feria 6. magna post passionem in Casioforo in domo Francisci Fucaronis assaturam carnium comedit.

Ex Rosnavia et Casioforo occulte ab illis evasit.

Contra auctoritatem D. V. Rdae molendinum Ecclesiae laicis resignavit et sacramenta administravit.

Haec omnia egit homo ille pestifer et haereticus contra omnem ecclesiae catholicae et regiae Maiestatis et D. V. Rdae mandatum, iurisdictionem et auctoritatem. Quomodo non talis homo pestifer, qui olim meruit tempore Catzianeri interitum, et ab eo tempore nihil emendatus, sed peior semper factus. Talem in medio nostrum tolerare deberemus, populi perniciem et scandalum cleri, et D. V. Reverendae et totius cleri vituperatorem levissimum? Et si hi de castro Scepusiensi illum retinere voluerint, tacere nobis non licebit, quin contemptum mandati regii sacrae regiae Maiestati, cum data fuerit oportunitas, indicare oportebit et rogare Maiestatem eius regiam, ut de alio remedio hunc haereticum repellendi nos provideat. Nam in medium nostri nunquam veniet. Retulit mihi dominus notarius noster, qui cum domino Crupeck ex Posonio rediit Leutschoviam, quod doctor Fridericus Nausea episcopus Viennensis ad concilium tridentinum iam dudum profectus est et adhortatus est populum ante sui abitionem, ut ad Dominum cum maxima devotione deprecarentur pro concordia, unitate et pace ecclesiae sanctae. Pie credo, quod tales haeretici, in prioribus etiam conciliis damnati, nisi errorem suum publice revocaverint, non absolventur, nec impune abire sinentur. Ideo adhuc peto D. V. Rdam, ut dominum nostrum et praelatum observandissimum, velit toto conatu huic resistere haeretico, et propter mandatum regium suam repetere administrationem, ne contra iurisdictionem D. V. Rdae in loco isto contra omnem iuris ordinem, auctoritatem et honorem D. V. Rdae et totius cleri, in scandalum populi et seductionem maneat pauperum. Ego homini illi inconstantissimo minime credo, etiam si vera diceret; nam mendacem eum esse scio. Et ne aliquis suscipiat plebaniam illam, nisi dederint etiam molendinum sibi, sicut priores parochi fecerunt et tenuerunt, quod pie credo Dominationem Vestram Reverendam facturam. Ego vero cum fratribus una D. V. Rdae semper ad vota in licitis et possibilibus, dum vivimus, ex animo parebimus et obsequemur. Raptim Leutschoviae feria tertia in crastino Barnabae apostoli, quae erat 12. Junii anno Domini 1543. Eiusdem Dominationis Vestrae Reverendae Capellanus Georgius Molitor illic parochus.

1543.

Pag. 318.

Alexander Bombardarius, qui habet uxorem, iussu domini praelati Waraliae cum alia muliere, quae quondam fuit concubina praelati et copulata fuit matrimonialiter cuidam scolastico in Villa Sperarum per plebanum illius loci, tamen non diu mansit cum viro

suo, qui adhuc hodie vivit, sed scortum illud adhaesit huic Alexandro Bombardario, qui domino praelato debebat fundere bombardam ad arcem suam Dunawytz, ideo iussit eum copulari cum illa muliere, ut tantum diligentiam faceret in fundenda bombarda. Laici omnes tunc valde scandalizati sunt, et domini Lewthschowienses, qui bene noverunt priorem uxorem Alexandri, et semel iterum ei hic copulatus est Lewthschowiae me praesente, tamen illa relicta et dimissa, cum hoc scorto copulatus. Ideo nunquam intromissa est in civitatem Lewthschowiensem. Et virum eius priorem omnes noscunt. Haec scripsi, ut si daretur occasio, quod dominus praelatus aggravaret fratres, taxando et incarcerando minus iuste, uti prius fecit, haberent occasionem accusandi eum.

Pag. 319. **1543.**

De tutoribus Georgii Lewdischer. Joannes praepositus venerabili domino Georgio parocho vigilantissimo civitatis Lewtschowiensis seniorique 24 regalium etc. fratri in Christo nobis dilecto. Venerabilis Domine et frater in Christo nobis dilecte, salutem. His paucis ante diebus scripseramus dominationi vestrae, nos intruso Georgio in Mölenbach nullam auctoritatem dedisse praedicandi illius sectam, ne enim morbida facta pecus corrumperet ovile. Nunc autem, qui illius tutores sint dominatio vestra ex litteris praesentibus inclusis intelliget. Valeat eadem felicissime. Ex castro Dwnawytz 10ª junii A. Domini 1543.

Reverendo domino Joanni Horváth praeposito Scepusiensi, regiae Maiestatis consiliario et secretario, etc. domino plurimum observandissimo. Reverende domine, domine plurimum observandissime! Servitiorum meorum perpetuam commendationem. Intellexi a parocho oppidi Mölenbach, quod 24 parochi regales multum contra illum instant et volunt illum sua parochia eiicere, adnitentes litteris regiae Maiestatis, quibus mandatur, ut schismatici et erronei, novaeque sectae homines puniantur. Hic nullam aliam novam doctrinam vel inventionis genus intelligo, praeter evangelicam et christianam atque sanam doctrinam, nec potest homo evangelicus aliud eloqui, si vere fuerit evangelicus, quam id, quod a Christo et apostolis eius est praedicatum et nobis commendatum. Si enim esset de farina et farragine Schvermeronum aut anabaptistarum, posset sine scandalo ab ecclesia seiungi; cum vero profiteatur verbum Dei et praeconem agat evangelicum, non video, ut ille miser exulat, cum illos qui illum confitentur coram hominibus [confessurum], et

eos, qui eum coram hominibus negant, negaturum se coram Patre et Dei angelis promittit. Eadem dominatio vestra reverenda advertat, si sit dignus exilio et persecutione. Quamquam si Dei fuerit voluntas, crucem subterfugere poterit minime. Odio habitus omnibus, sed propter verbum et nomen Dei recepturus aeterna praemia, si perseveraverit usque in finem, et certamen certaverit, stadium suae functionis cucurrerit, bravium adepturus. Et hi, qui patrocinantur praeconibus sinceri verbi, non perdituri mercedem. Eapropter vestrae dominationi Reverendae tamquam domino confidentissimo supplico, dignetur illum in gratiam et clientelam recipere, eumque ob iustitiam contra potentiores ac dentatos defendere, quo in dies pullulet verbum, et proferat bona illa arbor fructus dignos, ne verbum non evulgatum redeat frustra. Confido de dominatione Reverenda, iustitiae et Dei causa illi patronum, Maecenatemque pientissimum exhibere, quod ego ipse, quoad vixero, eidem inservire, pedibus manibus, noctes diesque studebo, relationemque gratiosam expeto. Quam Deus felicissimam conservet, precor. Datis ex arce Scepus 8ª Junii 1543. Vestrae Dominationis Reverendae deditissimus Nicolaus Bornemissa.

Relatoriae domino praelato missae.

Gratia et pax a Deo Patre per Jesum Christum humani generis Redemptorem benedictissimum. Reverende Domine Praelate! Dominatio vestra reverenda ex prioribus litteris huius hominis haereticos articulos facile cognovit, quorum ipse primus sacerdotum in Scepusio author fuit et praedicator, satis contra eum probabiles, ex quibus plane constat in apertoque est, qualis hic sit haereticus, licet omnia negabit, ut homo mendax, qui novit sectam suam ficta humilitate optime blandiloquio tegere et adornare, sed frustra negabit. O si nosset dominus Bornemissa hunc hominem in pelle et cute qualis est, aliud de illo sentiret. Cur dominus Catzianer, nisi ob intuitum antecessoris mei, avunculi sui, piae memoriae et multorum egregiorum ac nobilium dominorum intercessionem, ut dominatio vestra reverenda bene novit, a suspendio eum liberum dimisit? Non utique ob evangelicam eius doctrinam eundem cruci adigere voluit. Cur dominus Bebek, ut constat dominationi vestrae reverendae, cum si non occulte evasisset ex arce Crasznahorka, praecipitare eundem voluit, sicut inde Andream Fischer, anabaptistarum magistrum suum eiecit, non utique ob evangelicam veritatem, cuius vult videri et nominari praedicator, sed quia seductor erat populi, et

eius falsam doctrinam ab ecclesia discordantem et contra Beatam Virginem oblaterantem et *Salve Regina* vituperantem, et sacramenta ecclesiae vilipendentem, eundem perdere voluit? Cur etiam caesarea et regia Maiestas, prout libro de imperii ordinatione in diaeta Augspurgi, seu Augustae ante 13 annos in imperio decretum tunc erat, quod deberent omnes manere in antiqua Ecclesiae fide, usque ad futurum concilium, contrafacientes nedum edictis suis seriosis in regnis suis, verum etiam tales multis caedibus compescuerunt? Num ut verum et sanctum evangelium et ipsissimam veritatem opprimerent? absit, sed ut scandalum, scisma et perversam seditiosamque doctrinam ex Christianismo tollerent. Satis etiam intelligo ex litteris domini Bornemissa, quod ipse hunc hominem tueri non potest contra dominationis vestrae reverendae auctoritatem et iurisdictionem, ideo eundem dominationi vestrae reverendae vehementer commendat, ut eum dominatio vestra reverenda in suam tutelam reciperet. Quodsi Dominatio Vestra reverenda hoc fecerit et eum in tutelam suam receperit: primo D. V. Rda sibi malum nomen apud sacram regiam Maiestatem tamquam patronus et fautor talium hominum, quos sua Maiestas regia semper persecuta est, acquiret. Quid tam occultum est, quod non quoque in lucem veniat et reveletur? Secundo: D. V. Rda omnis mali et peccati hominis illius fieret particeps, nam tanto liberius sub tanto defensore peccaret et mala perpetraret, verum *ad Rom. 1.* qui talia agunt, digni sunt morte, non solum qui ea faciunt, sed etiam qui consentiunt facientibus. Quidquid etiam canones et leges de eorum fautoribus et tutoribus dicant, hic transeo. Tertio: quanta scandala orientur in populo? D. V. Rda finem huius tragoediae perpendat, quid inde evenire possit. Si D. V. Rda in scandalum et contumeliam omnium sacerdotum contra honorem D. V. Rdae eum tueretur et defenderet, quis rumor et clamor insurgeret? Apostolus suadet a talibus haereticis et carnalibus hominibus declinare. *Rom. 16.* Rogo vos fratres, ut observetis eos, qui dissensiones et offendicula praeter doctrinam, quam vos didicistis, faciunt, declinate ab illis: huiuscemodi Christo Domino nostro non serviunt, sed suo ventri, et per dulces sermones et benedictiones seducunt corda innocentium. Summa summarum: neminem video tantae potestatis, qui contra auctoritatem et iurisdictionem D. V. Rdae eundem vi retinere posset, nam D. V. Rda eum repellere poterit ex territorio isto et iurisdictione sua, quod confido, et pie credo D. V. Rdam etiam facturam, unde sibi DVa Rda gratiam non solum apud DEUM, sed etiam apud S. R. Maiestatem, et apud omnes homines vere pios et catholicos homines

honorem et laudem comparabit perpetuam. D. V. Rda aequi boni consulat, rogo, cui me cum fratribus et toto clero unice commendo. Raptim Lewthschowiae 14. Junii Anno Dni 1543. Eiusdem D. V. Rdae capellanus ad vota paratissimus Senior cum fratribus suis illic parochus. Amplissimae auctoritatis Rdo Dno Dno Joanni Horwath Scepusiensi Praeposito Dignissimo et arcis Dwnawytz Dno meritissimo, nec non S. R. Maiestatis Rom. Ung. et Boh. a secretis Consiliario consultissimo, Dno Suo gratioso.

A következő kelet alatt fölterjesztett felségfolyamodvány utóirata Molitor György kezétől.

1543.

Pag. 324.

Datis Lewtschoviae 1ª Julii anno Domini 1543. addidi: Sunt nonnulli, qui novis intendentes doctrinis eucharistiam adorandam esse negant et dicunt idololatriae esse peccatum illam adorare; qui nec sub una communicare volunt, etiamsi nunquam communicare deberent. Dicunt se sub sacramento iurasse, se nunquam velle sub una communicare specie; cum adhuc nullum communicavimus sub utraque, nec volumus contra concilii sacri Constantiensis et Basileensis praeceptum quemquam sic communicare. Cum tamen isti hac elapsa quadragesima in plebem nostram ex Germania irrepserunt, pluresque ex ovibus nostris seduxerunt, qui nec confiteri volunt, ex quo sub utraque eos communicare nolumus. Maiores nullos habere volunt, nisi ducem Wittenbergensem. Talibus, cum sint pauci, ut obviari possit, decretis et mandatis Scrmae Mattis Vrae, per Deum ipsum obtestantur et rogant, ut Mtas Vra serio mandet, ut aut ecclesiae obtemperent, aut loco cedant.

1543.

Pag. 325.

1543. *De Lapidis Refugii Cartusiensium obsessione.* Tres latrones et insignes fures, scilicet Bodmanytzky iunior, Demetrius frater Boscho Mathiae, Sadarlo furum princeps, isti cum suis similibus furibus et latronibus secundum illud Sapientis: Princeps, qui libenter audit verba mendacii, omnes ministros habet impios; et alibi: Secundum iudicem populi, sic et ministri eius, — cum die S. Apostolorum Petri et Pauli feria 6. vespere fere post septimam venerunt eorum trecenti, sed plures expectabant, et vi acceperunt claustrum et statim omnibus ianuis fractis spoliaverunt claustrum et omnia, quae potuerunt aufferre; per muros statim fregerunt ianuas, ut de horto in hortum circum circa currere possent, et super

muros asseres fecerunt, et ut inde sagittarent, et per muros alia foramina pro bombardis, ut inde ex claustro extra sagittare possent, et inde totam provinciam damnificassent, bene armati. Nam 13 civitates in pace sedebant, et nihil [curabant] eo, quod rex Poloniae pacem cum eis habebat. Tamen cum haec Batori Bona audisset, magnificus dnus Ungariae, qui a regno electus erat in capitaneum regni, venit cum mille huszaronibus et 400 stipendiariis peditibus; et hoc audito cesserunt latrones ex Gillnicia et a Lapide Refugii. Et sic destructo claustro Lapidis Refugii iam denuo renovato, convenerunt civitates omnes et sedes nobilium de Scharosch et de Scepus ad capitulum S. Martini; nam Batori Bona in curiam praepositi se receperat, et ita cum suis capitulum occupaverat, et frugibus cum equis magna damna Waraliensibus in campo inferentes. Ibi consultando de claustro spoliato et pro maiori parte destructo, si [per]mitteretur stare, redirent latrones et iterum spoliarent totam hanc terram, et essent novissima damna peiora prioribus. Dominus Batori Bona dixit: Regia Maiestas tales domos claustrales non permittit destruere, ideo ego nullum ad hoc consilium do. Scio quemdam, inquit, Magnificum, qui claustrum egregium destruxit, sacra regia Maiestas praecepit, ut iterum reaedificet. Sed hinc inde volventes causam, finaliter concluserunt omnes unanimiter, quod claustrum Lapidis Refugii solo aequaretur, quod et factum est ante Magdalenae; statim post festum Margarethae inceperunt frangere muros. Pauperes patres Cartusienses amissis bonis, claustro, non sciverunt, quo diverti. Datum est eis antiquum et magnum monasterium in Lewtscha, illic pauperes sustentaverunt. 19ª Julii patres Cartusienses venerunt Lewtshowiam et cum consensu totius senatus et communitatis antiquum claustrum occupaverunt.

Armenta sua miserunt ad Lechnitz, sed dominus praelatus accepit eos vi ad arcem Dwnawytz ultra 100 capita et occidit, et monasterium Lechnitz occupavit vi, et iuvenes patres expulit ex claustro, et quinque seniores ibi reliquit, quos nutrire vult, dum vivunt; nam occupato claustro et bonis eorum pro arce, uti vult villis eorum.[1]

Pag. 401.

1544.

Desponsatio domini praelati nostri Joannis Horwath facta est 9ª die Decembris in crastino conceptionis Mariae, feria 3ia. Nam cum dominus praelatus magnis laboribus impensisque praeposituram Scepusiensem, qua privatus erat (1543. októberben) per regem, iterum

[1] Hucusque scripsit Georgius Molner, catholicae veritatis defensor.

consecutus fuisset, et nullam utilitatem ex ea habuisset; nam magnifici domini domini Caspar Seredi et Andreas Batori ei omnes proventus vi accepissent: Liszka et omnes vineas ei occupassent pro suo usu et hic in arce Scepusiensi decimas praelati et canonicorum circa circum castrum abstulit: Quid mihi, inquit praelatus, haec praepositura? cum mihi omnia vi accipiunt, nec ulla mandata regia adtendunt. Resignabo regi praeposituram meam, ut mihi conferat bona monachorum de Lechnitz, cum morientur monachi, vel sustentabo eos, donec vixerint, et nullum intrare permittam, et accipiam ad arcem Dwnawytz.

Ideo ducam uxorem et vivam in statu matrimoniali. Et elegit sibi pulcherrimam puellam nomine Agnetam, filiam providi viri domini Jost Jorgel alias Jörg Czipszers, quae procata est ei die quo supra. Et ego tunc [1] parochus Leutschoviensis ex parte parentum puellae in uxorem promisi illi ac dedi cum voluntate puellae, parentum eius et omnis familiae eius in uxorem. Circumspectus dominus Ladislaus Polirer tunc iudex Leutschoviensis erat in parte domini praelati.

Resignatio praepositurae.

Eadem feria 3. mane scripsit litteras ad regem et resignavit illi per litteras praelaturam, et statim eo die emisit nuncium cum litteris suis ad regem.

Resignatio praepositurae facta est 16[a] Decembris die feria 3[ia] post Luciae. Tunc dominus praelatus Joannes Horwath vocavit per litteras suas dominum Lang Lenhart vice-capitaneum arcis Scharosch et dominum Laurentium Harowszky de Garga, venerabiles dominos capitulares, dominum Jacobum Frentzels, Blasch canonicum et vicarium parochumque Waraliensem, et dominum Matthaeum canonicum, circumspectumque dominum iudicem et sex senatores Lewtschowienses, coram quibus resignavit prepposituram Scepusiensem, ut illis notum sit et omnibus, quod deinceps non vult esse praepositus, et eandem etiam per litteras suas regiae Maiestati resignasse, et misit mitram episcopalem delere ex sigillo suo.

Dominus Joannes Horwath de Lompnitza venit ad me feria 5. post Luciae 18[a] decembris die, et dixit mihi, quod scripsit domino Stanislao Cibiniensi lectori, qui est episcopus Quinqueecclesiensis, ut ipse laboret pro praepositura Scepusiensi. Nam ei misit litteras

[1] Hinc etiam apparet, partes matriculae a pagina 401, eventus annorum 1544 et sequentium referentes serius insertas et diverso auctori, eique Luthero iam faventi tribuendas esse.

regi praesentandas, in quibus resignat regi praeposituram. Si faciet, bene; si non, videat ipse. Scripsit dominus praelatus etiam domino Vernero, ut mitteret dominum Lang Lenhart, ut ei resignaret praeposituram nomine regio. Et iussit, ut ita denunciaretur a suggestu cum sponsa sua:

Der edle Herr Hans Crowath von d' Lomnitz, ein Herr des ungarischen Hauses, nympt dy erenreiche und tugentsame Jungfer Agnes Herrn Jorg Czipszers Tochter etc. Tribus dominicis denuncietur, incipiendo Dominica Conversionis Pauli.

1545.

Nuncius, quem dominus antiquus praepositus dominus Joannes Horwath misit ad sacram regiam Maiestatem, nomine Ambrosius, provisor venerabilis domini Stanislai Cibiniensis, cui scripsit antiquus praepositus, ut ille suo nomine praesentaret litteras suas sacrae regiae Maiestati, in quibus resignat praeposituram sacrae regiae Maiestati, ille rediit 14ª Januarii et adtulit litteras binas regias, unas ad dominum Vernerum, qui nomine regio resignatam tenuit praeposituram, ut ille illico visis praesentibus resignaret praeposituram domino Stanislao episcopo Quinqueecclesiensi; alteras litteras adtulit venerabili capitulo, ut illum nomine regis susciperent in praepositum Scepusiensem.

Sed dominus Vernerus non fuit ausus eum suscipere, aut ad praeposituram intromittere, quia magnificus dominus Leonhardus de Fels ei scripsit, quod nulli cederet de praepositura Scepusiensi, donec haberet pleniorem informationem ab eo, quod etiam fecit et noluit quemquam intromittere, sed dominus Lang Lenhart semper debuit manere in curia praepositali.

Deinde Schwynia capitaneus arcis Scepusiensis occupavit vi capitulum Sancti Martini et curiam praepositalem expellendo dominum Lang Lenhart 24ª Januarii anno 1545. Sabbatho in profesto Sancti Pauli conversionis. Quid sequetur, nescio.

1545. De Reverendissimo domino domino Stanislao Cibiniensi, episcopo Quinqueecclesiensi, praepositoque Scepusiensi, domino vere christiano, evangelicae veritatis amatore ac fautore observantissimo.

Cum dominus iste, virorum laudatissimus, humanissimusque feria quarta ante dominicam Judica, seu 19ª Martii venisset ad capitulum Sancti Martini, et illico scripsisset domino magnifico Joanni Horwath antiquo praeposito de suo adventu, ut sibi resignaret, illico domini Lewtshowienses exierunt feria 5ª sequenti mane, et

obtulerunt ei munera, pisces recentes, luceos et carpones ex piscina domini Sebastiani Crupeck, cum cellario vini, cui fuerunt accepti hospites, et eos laute tractaverat, verum ex illorum persuasione cum percepissent evangelicam veritatem illi esse acceptam, inductus plebanus Lewtschowiensis una cum praedicatore meo, viro integerrimo, domino Bartolomaeo Bognero transylvaniensi, exivimus ad capitulum feria 2da post Judica seu 23^{a} Martii cum piscibus recentibus luceis et carponibus a domino Crupeck pro 100 denariis et cellario vini, quae obtulimus domino reverendissimo episcopo, qui gratiosissimo nos recepit animo et lautissime nos tractavit. Cui inter loquendum, cum multi adessent nobiles, nihil nobiscum conferre potuit, specialiter propter nobiles ex Scharos et Liptovia; tamen post prandia et illorum abitionem, sit gloria DEO, evangelicam multum commendabat doctrinam, et de ceremoniis ecclesiae superfluis, non in scriptura sacra fundatis abolendas esse; non tam subito tamen, cum debita deliberatione omnia se facturum promiserat. Dicebat enim: Miror tamen tantam huius ecclesiae desolationem. Ignoro, qui et quot sunt canonici; praecepi, inquit, omnibus, ut pro die Paschae hic constituantur, ut agnoscam eos, et sciam, qui sunt illi.

1557. Pag. 458.

Eodem anno 1557. sequenti die post festum divi Johannis baptistae, 25ª videlicet Junii mensis, reverendus, pius, modestus, doctus et omni laude vir dignissimus, dominus Bartholomaeus Bognerus transilvanus, pastor ecclesiae in Ygló vigilantissimus et verbi Dei interpres fidelissimus, extremum clausit diem, relictis quinque legitimis liberis orphanis, uxore paucos ante menses e vivis sublata, cui Deus et Pater Domini nostri Jesu Christi in aeterna et coelesti consvetudine omnium electorum suorum misereri, eumque sempiterno gaudio consolari dignetur. Hic christianus et sincerus vir usque in duodecimum annum Lewtschowiae evangelium filii Dei, pure, pie, et sincere, optima rectaque et omni imitatione dignissima vita docuit, reiectis omnibus papisticis et idololatricis cultibus et ceremoniis, erroribus anabaptistarum confutatis; de quo merito illud Pauli dici potest: cursum consummavit, fidem servavit, de reliquo reposita est ei corona iustitiae, quam reddet ei in illa die iustus iudex. Precemur igitur et nos omnes et singuli Deum omnipotentem, ut ad suam laudem et gloriam sempiternam et ecclesiae suae sanctae aedificationem multa vasa et organa salutaria efficere dignetur. Amen.

Pag. 464.

Későbbi.

Martyres Hungariae. Circa haec tempora, vel paulo post, duo martyres propter evangelium Christi, Libethis, quae una est ex septem civitatibus montanis, quae liberae vocantur, combusti sunt: pastor nimirum nomine Gregorius, et huic cognominis ludirector, qui et notarius senatus. Captus enim pastor primum, mandato Christophori praefecti arcis Vetero Soliensis, proditione cuiusdam Georgii Sartoris, et eodem deductus, cum nullis blanditiis et minis a professione veritatis avocari posset, sed insigni animi constantia coram tyranno et senatu eius oppidi evangelium confiteretur, post durum et diuturnum carcerem flammis adiudicatus est. Contigit autem, cum ad supplicium educeretur, ut simul duo facinorosi ad suspendium ducerentur, nec aderat minister, qui eos consolaretur. Ibi pastor medius inter eos incedens, erudit ipsos de gratuita r[emissione] p[eccatorum] propter Christum, quod sit agnus Dei tollens peccata mundi et abluens nos sangvine suo; is sit remissurus ipsis omnia commissa peccata, si modo in ipsum crediderint, et se ipsius morte et resurrectione sustentaverint. Monet etiam, ut meritum supplicium patienter ferant; suo vero supplicio non offendantur, cum nullo scelere id meritus sit, sed id subire cogatur propter eandem fidem in Christum. Alter ex latronibus conversus ad Christum Deo gratias egit pro annunciata hac consolatione et inter preces, quas pastor recitavit, vitam laetus vera in Christum fide finiit. Alter sinister exprobrans pastori commune supplicium, ridens doctrinam de gratuita r. p., articulum de novissimo iudicio, misere ex temporali supplicio in aeternum prolapsus est. Duabus septimanis post rector quoque eductus, et licet variae pro ipso fierent intercessiones, praesertim a coniuge, duorum liberorum matre, tamen ob ὠληροφοχιαν fidei, quam exemplo pastoris adversus idolomaniam pontificiam ostendebat, ipse quoque in eodem loco exustus.[1]

Pag. 469.

1559.

Item 29ª mensis Julii pro dono, quod misimus domino praedicatori Leutschoviae ex commissione fratrum omnium ad nuptias, quod pergrato suscepit, una cum vectura et expensis 116 denar.

[1] Hanc narratiunculam initio saec. XVII. inseruit Stephanus Xylander, ab a. 1611 usque 1615 senior Confraternitatis.

(Későbbi kéztől.)

Pag. 478.

De vita et morte Leon. Stökelii.

Natus est hic vir pius, sanctus et doctus Bartphae, quae una ex V liberis regiisque civitatibus superioris Hungariae, sub elevatione poli 48 et 15, patre Leonharto Stökelio, qui faber ferrarius, et matre Dorothea, anno 1510. Isti filium a prima aetate erudiendum dederunt Valentino Eccio Lindaviensi, scholae Bartphensis rectori. Bartpha missus est Cassoviam, ubi aliquamdiu ussus praeceptore Ioanne Coxo Anglo, Henrici regis Angliae adolescentis pedagogo, quem metu insidiarum deserere coactus erat, et Cracoviam confugere. Unde Cassoviam est vocatus. Relicta Cassovia, profectus est Vratislaviam, ubi audivit Vinclerum docentem et Mecelerum in graecis. Vratislavia Wittebergam venit, ibi Lutherum ac Philippum docentes audivit, quibus semper fuit carissimus. Per annum integrum in ista peregrinatione egit rectorem Islebiae in patria Lutheri, ubi ipse cum antinomis convenire non poterat. Reversus Witteberga in Hungariam anno 1539, multum repugnante Philippo, qui maluisset ipsum Wittebergae retinere, scholam Bartphensem rexit per annos 20, multosque praeclaros viros, nobiles et ignobiles educavit. (Fuit etiam primus ecclesiae et scholae Bartphensis a papatu reformator.) Quanta istius viri fuerit diligentia, testantur scripta, quae in officio ludirectoris de omnibus artibus et praecipue de rebus theologicis conscripsit.

Laborabat saepius ex oppilatione epatis, ad quam anno 1560 accessit ischias, ipso die paschatis in choro, quem regebat. His morbis usque ad festum Pentecostes vehementer discruciatus; interim tamen remittentibus lectiones dictabat, vel dictandas scribebat. In aegritudine accepit a studiosis quibusdam Wittebergensibus litteras Philippi Melanchthonis quas cum maximis lacrimis legit. Nam fama de morte Philippi citius ipsis litteris in Hungariam pervenerat: ad has — inquit — brevi coram responsurus sum. Obiit die veneris ante Trinitatis anno 1560. aetatis 50. *Apposuit M. Steph. Xylander.*

1562.

Pag. 479.

In nomine Domini atque individuae Trinitatis Amen. Anno Domini nostri Iesu Christi filii Dei 1562, die vero 16 mensis Novembris, quae erat secunda feria ante festum sanctae Elizabethe in congregatione venerabilium dominorum fratrum 24 regalium

plebanorum, in domo parochiali venerabilis domini Baltazaris in Durandi fratris nostri charissimi electus et constitutus sum animo et voce concordi ego Ioannes Scholtz indignus parochus ecclesiae Dei Belensis in seniorem huius almae fraternitatis, licet omnino invitus ac plurimum contradicens; adiuncti vero mihi sunt fratrum consilio, auxilio et electione conseniores venerandi viri: dominus Ioannes Waraliensis de villa Hunis parochus, et honorabilis dominus Egidius de villa Ursi, nec non venerabilis dominus Laurentius Buchwalt de villa Menhardi parochus, pater meus charissimus.

Pag. 479.

1562.

Anno 1562 mense Julio Petrus Ilosvanus, rector scholae Csengerianae in hac nostra Hungaria laqueo finiit vitam, relicto post se in dextra manu horribili scripto, in quo fatetur: se non esse ex numero praedestinatorum, in quem disputat *(így)* incidit ex doctrina Calvini de praedestinatione. Hi enim sunt fructus huius doctrinae Calvinianae.

Pag. 480.

1562.

Cathedraticum hoc anno 1562. solverunt:

	aureos		denarios
Leutschau	XI.		25.
Waralia	6		25.
Igló	4		33.
Leibitz	5		66.
Bela	3		28.
Menhardi	4		25.
Isaac	4	minus	25.
Durandi	3	minus	18.
Rusquin	1		40.
Poprad	2	minus	12.
Filka	2		33.
Lumnitz	2	retinuit	80.
Mons Georgii	1		25.
Milenbach	1	minus	6.
Hunis	2		20.
Schwewi	2		20.
Compositi	2		20.
Quintum forum	2		20.
Sperarum	2		52.

	aureos	denarios
Palmarum --- --- --- --- --- ---	2	52.
Odorin--- --- --- --- --- --- --- ---	2	52.
Eulenbach --- --- --- --- --- ---	2	minus 12.
Quirini--- --- --- --- --- --- --- ---	1	

Summa aureorum facit 66. Et ex his praesentavi reverendissimo domino praelato nostro Gregorio Bornemizza 60 aureos, et remanserunt in residuum 6 aurei.

1564.

Pag. 487.

Anno 1564. die 21. Octobris Michael Radaschinus Crota, pastor Bartphensis et V liberarum civitatum superintendens, vir doctrina, pietate et gravitate morum venerandus, postquam XXII annis Bartphae fideliter et cum magno fructu evangelium docuisset, sedendo animam Christo tradidit et seipsum dulcissimis Evangelii promissionibus confirmans et Filium Dei invocans, placidissime obdormivit.

1565.

Pag. 489.

Item anno sequenti 1565 die 17ª Aprilis, quae erat 3ia feria post Dominicam Palmarum, nocte sequenti, obiit parochus in Lomnitz Venceslaus Pech insignis hypocrita et fratrum calumniator, blasphemus in Deum et Filium eius, hostis evangelii Christi Iesu, rixis et contentionibus deditissimus, Romani pontificis satelles strenuus, homo nequam intus et in cute. Hoc exemplo irae Dei ad poenitentiam omnes incitemur Amen.

Anno Christi 1565 ultima die Februarii excessit e vivis venerandus dominus Simon Maritius Beytensis, pastor ecclesiae Georgio-Montanae, vir doctus, artium liberalium baccalaureus, evangelii Iesu Christi fidelis et diligens propagator, sepultus est Martii 1ª die. *(Keresztülhúzva.)*

1567.

Pag. 498.

Item anno 1567. die 19ª Martii ingenuus quidam adolescens Demetrius Patakiensis Vngarus Wittebergam studiorum gratia se conferens, subsidium supplicando petiit, cui fratrum nomine dedi 50. d.

Hoc anno obdormiverunt in Domino venerabiles viri domini fratres Antonius Toperczer olim in Poprad parochus, et Iacobus Blasii olim Waraliae et Olassi parochus, uterque in ultima senecta

lumine visus orbatus, sed tamen in vera fide et agnitione Filii Dei, accepto reverenter sacramento Corporis et Sanguinis Christi sub utraque specie extremum vitae suae diem placide clauserunt in Christo.

Pag. 503.

1568.

Anno 1568 in synodo Cassoviensi damnatus haereticus Lucas Agriensis antitrinitarius, convictus prius per clarissimos a V liberis civitatibus ad id deputatos, die 5ª Martii. *(M. Steph. Xylander.)*

Pag. 505.

1569.

Anno restitutate salutis humani generis per Dominum nostrum Iesum Christum, unigenitum et dilectum filium Dei 1569 venerandus et pietate clarus dominus Laurentius Serpilinus Belensis, pastor ecclesiae Dei, quae est Leibitzii, inclyti et ornatissimi contubernii, sive fraternitatis, quae usitate dicitur XXIV regalium, senior dignissimus, convocatis 26. dierum Octobrium fratribus, primum habita gratiarum actione praesentiae fratrum suam declarantium obedientiam, proposuit causam congregationis, cum recitatione eorum, quae erant ex necessitate societatis.[1] Et primum agi coepit, sicut par est, negotium religionis et confessio pura evangelii fideique christianae, quae iam pridem in hac provincia radices agere coeperat, et indies maius incrementum assumere, adstipulante generoso et magnifico domino domino Nicolao Mathsiowszky supremo capitaneo XIII oppidorum Scepus, qui hoc unum expetebat, ut conformitas et puritas doctrinae secundum confessionem Augustanam in ecclesiis nostris observaretur; quod, etsi nobis semper curae fuit, tamen ultro currentibus calcar additum est, ut magis strenue id fieret, interdicto vetante, ne cultus pontificii ab aliquibus, siqui essent suae ditioni subiecti, amplius administrarentur. Accessit mandatum reverendissimi domini praepositi citantis ministros aliquos ad suam curiam anno 1568. deliberaturos de die opportuno celebrandae synodi tam causa religionis, quam vitiosorum morum quorumdam, quibus polluti malo exemplo essent auditoribus, ideoque poenas meritas dignos esse, in quos animadverteretur.

Hac de causa convocatione fratrum facta matura deliberatione, formula confessionis conscribendae quibusdam commissa ex

[1] In margine *seriori manu:* Valentinus Megander prolixior in prooemio 491.

Fratribus, ut si quando opus foret et synodi inane nomen in actum deduceretur, ea nomine omnium, qui 24 regales nuncupantur, offeretur; cum autem synodus evanesceret, retenta est in arcula fratrum, et hac ipsa die 26ª Octobris primum praelecta est praesentibus fratribus, quam et laudarunt et adprobarunt consentaneam verbo Dei et evangelio Domini nostri Iesu Christi, in qua ut nos aeternus Deus, Pater Domini nostri Iesu Christi ad extremum halitum usque conservet, suppliciter oramus Amen.

1569. Pag. 506.

Postremo per dominum seniorem fratres omnes invitati sunt ad sacra nuptiarum venerandi et docti viri Martini Barth Leutschoviensis, pastoris ecclesiae Olasziensis, fratris nostri dilectissimi celebrandarum 30 die 8$^{bris.}$

1569. Pag. 509.

Tertia die 9-bris congregatio fuit fratrum ex mandato magnifici, in qua provisor arcis proposuit, quid actum sit in comitiis Polonicis Liblavensibus et cohortatus est ad diligentiam et piam vitam agendam, et praesertim, ut quilibet parochorum faceret exolutum numerum sacellanorum, ut olim mos fuit, qui personarent matutinas preces in Ecclesia, secundum vetustum morem, praecipuum autem fuit, ut de proventibus nostris magnam partem conferamus ad arcem Liblaviensem, quod ad deliberationem suscepimus.

1569. Pag. 512.

Item generalis convocatio omnium fratrum 24 regalium habita in villa Durandi die 28ª Februarii. Causae convocationis hae sunt:

1. Consilium domini reverendissimi praepositi nostri de non obediendo civili Magistratui.
2. De synodo congreganda die et tempore antea certo decreto et ordinato.
3. De piseto.
4. Incorporatio fratrum quorundam, quae dicta est.
5. Deliberatio de alio seniore eligendo, qui domino Valentino Megandro graviter decumbenti ordinario seniori nostro succederet.
6. Indicatio confessionis et festum Annunciationis MARIAE... *(egy szó olvashatatlan)* anticipando.

Pag. 515.

1570.

Item 30ª die Novembris, quae est dies divi Andreae apostoli ex mandato domini nostri reverendissimi episcopi et praelati gratiosissimi, convenerunt pastores ex toto Scepusio, pertinentes sub ipsius iurisdictionem. Ibi proposuit nobis et ostendit mandatum caesareae Maiestatis, domini nostri clementissimi, nempe Maximiliani secundi, et prohibuit ne aliquis ex nobis sacramentarios, arianos et similes haereticos, et eorum librum vel audire vel legere, imo et eos fovere debeat sub poena privationis vitae et omnium bonorum; sed ut sentiamus fideliter cum sancta et catholica ecclesia, in confessione fidei de Trinitate, sicut sancti patres et antiquitas suscepit et credidit, iuxta normam et confessionem fidei Apostolorum; item symbolum nicaenum, ephesinum, chalcedonense et constantinopolitanum, quam *(így)* adhuc nunc in nostra regione sive in hoc districtu pie et vere docetur et confitetur. Denique etiam de testamento fecit mentionem, promisit enim se esse velle tutor et defensor omnium nostrum, et orphanorum nostrorum post nostram mortem. Postremo obiurgavit aliquos et minatus est carceres iis, qui dissolutam vitam agunt et in aliis nefandis sceleribus vitam transigunt, non habentes rationem ministerii. Postquam ista perfecisset, rogavit omnes pastores, ut ei velint supra censum cathedratici contribuere hordei vel avenae. Ibidem fratres 24 regales dono dederunt ei tamen non coacti, sed hilari animo et unanimi consensu 100 cubulos avenae. Pro hac summas gratias egit, et promisit se velle esse noster patronus et defensor. Utinam posset ista omnia perficere et praestare, sicut promisit.

Pag. 526.

1573.

12. die Maii, quae fuit feria 3. Pentecostes Lewtschowiam venit in suburbium reverendissimus dominus Antonius Verancius archiepiscopus Strigoniensis circiter horam 12. ibique pransus est, proficiscens Eperiesinum ad 8-vam celebrandam. Cum autem mihi (Antonius Platner, pastor loci et senior) de praesentia ipsius nihil constaret, quia solus sedebam domi meditabundus de concione vespertina, et sub concione dominus reverendissimus discederet, ipsum non conveni, quod valde aegre ferebat, ut testantur litterae eius, quas iam abiturus ex suburbio ad iudicem nostrum misit hisce verbis:

Prudentes ac Circumspecti Domini, Amici nobis in Christo

honorandi! Postquam ita accidit, ut publicorum negotiorum causa ad has partes veniremus, Antistes Metropolitanus regni Hungariae, unde factum sit, quod ecclesiastae vestri nos non inviserint? causam plane nescimus. Sed ab eis id non accipimus bono animo. Quem nostrum animum ut intelligeretis, hoc vobis significavimus, affirmantes vobis, non eos bene agere, non esse in ecclesia, in qua sola vox Domini auditur. Monete itaque homines, ut antistites suos agnoscant, audiant et revereantur. Quia diu illos vagari per abrupta non permittemus. Et bene valete. Lewtschowiae 12ª Maji anno 1573. E. Strigonien.

Ne igitur reverendissimo praeberem causam de me et aliis suspicandi, quasi ex contemptu illum non accesserimus, secutus sum ipsum Eperies usque, una cum domino Christophoro et Sperarum conseniore. Ibi alios quoque fratres offendi, cum quibus simul suam reverendissimam dominationem salutavimus dominica Trinitatis, videlicet: dominus Thomas Fröhlich pastor Cassoviensis, Benedictus Belsius pastor Eperiesiensis, ego, item dominus Cyriacus et Christophorus conseniores, dominus Thomas Schnell pastor Olasziensis, dominus Briccius Cocavinus, et quidam alii. Ibi statim mihi obiecit, quod illum in suburbio nostro non convenerim, arbitratus ex contemptu hoc factum fuisse, et cum me vellem purgare manibus annuens, et sermonem meum interrumpens, respondit: Verum est, non diu ibi morati sumus, sed tamen potuisses nos salutare, etiamsi non in omnibus idem sentiamus. Atque ita fuit contentus, et multa nobis verba fecit de ecclesia, non esse faciendam seiunctionem ab ecclesia, commendabat etiam nostros auctores et doctores, quod essent homines docti et eruditi. De coniugio sacerdotum initio bene coepit, dicens: apostolum Paulum velle, non tantum episcopum, sed et diaconum esse unius uxoris maritum, se quoque non repugnare, si modo ecclesia Romana concederet. Finis tandem orationis minus laudabilis erat; eo enim delapsus erat, ut minus pie et reverenter se de coniugio sentire verba eius testarentur. Postremum signo crucis super nos facto cum benedictione episcopali nos dimisit. Munus domino reverendissimo nomine quinque liberarum civitatum et 24 regalium obtulimus, ad quod nos ex quinque civitatibus per florenum contulimus, nomine vero fraternitatis nostrae addidi 3 aureos.

In mense Iunio die 12 huius 1573. anni moritur reverendissimus dominus Antonius Verantius archiepiscopus Strigoniensis in octava, quae tum Eperjesini celebrabatur, inde cadaver Tyrnaviam vectum et ibi sepultum est.

Pag. 544.

1575.

Anno Domini 1575. 16ª die Februarii reverendus et doctus vir magister Iohannes Leuchamerus, magnifici domini generalis Iohannis Ruberi concionator, nuptias celebravit cum honesta virgine Margaretha filia reverendi et optimi viri domini Thomae Fröhlich pastoris Cassoviensis; cum autem ad solemnitatem et convivium nuptiarum totam nostram fraternitatem invitasset, descendi ego cum consenioribus duobus et aliquot fratribus Cassoviam ad nuptias, ei sponsae totius fraternitatis nomine obtuli poculum argenteum cum operculo, aliqua ex parte deauratum, quod constitit fl. 15.

Pag. 547.

1575.

In hac congregatione Olaszina in album et consortium fraternitatis nostrae, praestito prius iuramento, suscepti sunt: reverendus ac doctus vír dominus Iohannes Maternus, pastor fidelissimus in Filka, qui anno 1573. 14ª Martii ex curia Rosnyaviensis ecclesiae a 300 turcis in tristissimam servitutem exutus et spoliatus omnibus suis bonis mobilius cum coniuge et parvulo lactante abductus, restituitur libertati et patriae carissimae, intercessione et honorariis amplissimis magnifici domini Iohannis Ruberi supremi et generalis capitanei inferiorum partium Hungariae ac herois pientissimi erga Christi ministros 1575 mense Februarii.

Pag. 565.

1578.

Integro igitur censu et ex contributione et ex mutuo sumta pecunia collecto una cum domino Luca Canone et conseniore meo domino Iacobo Clementis et aliis domino praelato nostro decenti oratione obtuli Cyriacus Obsopaeus, vulgo Koch, Saxo, pastor Waraliensis et senior... *(olvashatatlan)*. Responsionis domini praelati summa: Obsequium vestrum est mihi gratius, quam pecunia, quae perit; sed obedientia est virtus Deo et hominibus grata. Admonitos vos volo, Fratres charissimi! ut in religione catholica vos seniores diligenter inquiratis. Audio enim gliscere inter vos Zwinglianos, Calvinistas, Antitrinitarios. Caetera omnia sunt adminicula huius vitae, sola fides facit, ut Deo et hominibus, hic et ibi placeamus. Dissensio religionis adfert periculum imperiis et regnis, ut constat nunc in Germania, quae nunc et milite et pecunia caret ad hostem communem compescendum. Audio et

quosdam inter vos esse, qui pompose vitam agunt; fiunt nuptiae pomposae, sumtuosae, luxuriosae et scandalosae. Vos seniores reprehendite; si non optemperaverint, mihi significetur. Propter vos male audiunt omnes. Est et quidam in Libitia, qui partem de imagine rasam alii ad comedendum dedit, qui fere mortuus est, ut fertur. Hunc excusavi, dixi: Reverendissime Domine! Hoc factum est per laicos Casioforenses. Voluit sibi nomina illorum significari, quod me facturum promisi.

1582.

Pag. 585.

Vesperi in villa Suevi supradictum munus reverendissimo domino ad comitia Posoniensia proficiscenti cum gratulatione felicis novi anni obtuli Valentinus Hortensius, Libloviensis, pastor Leibitziensis, senior, quod grato animo, licet aeger corpore, et hilari vultu suscepit, atque mane hora 5. ad se redire iussit, de novo libro novae concordiae nobiscum tractaturus.

Mane subtardiuscule venimus, moleste moram ferens, illico ad se nos admittere noluit, tandem intra quadrantis horae spatium ad se una cum suis aulicis nos admisit ac de libro concordiae sciscitari coepit, quanam occasione in manus nostras venerit. Respondi: Fraternitati nostrae de illo non constare, sed dominum generalem Iohannem Ruberum, domino et haeredi huius pagi Gregorio Horwath dedisse, ut ille suis pastoribus traderet legendum. Hic, postquam in manus pastoris Crucensis, Christophori Vandali venisset, eum suis fratribus inferioris Poprad legendum dedit, ut loco concionis publice in templo in congregatione praelegeretur. Fratres rei novitate perculsi librum legere noluerunt. Qui cum nihil proficere posset, coepit suos fratres convitiis lacessere, qui indigne ferentes, eum in capitulo in praesentationie cathedratici detulerunt, atque hoc pacto hic liber novae concordiae inter fratres et capitulo innotuit. Tandem dominus reverendissimus a me quaesivit: Num librum legissem. Respondi: legi. Quidnam de illo sentirem, aperte dicerem. Dixi: Pomum Eridis theologis obiectum esse, ac viam sternere Servetanismo contra regulam divi Augustini: Cavendum est, ne sic divinitatem astruamus hominis, ut veritatem carnis auferamus. Nam non minoris erroris est, inquit Cassianus, Domino nostro Iesu Christo impropria addere, quam propria derogare. Quod enim non ita dicitur, ut est, etiam si honor videatur, iniuria est. Tunc severiter allocutus est nobilem Gregorium Horwath, ostendens ei mandata imperatoria, quod non solum in pastores hanc auctoritatem habeat, sed quoque in nobiles, et eorum bona, ubi peregrina

dogmata incoeperint spargere, ea confiscandi, sed et in carceres usque ad emendationem mittendi. Ibi Christophorus Crucensis pastor ad pedes episcopi procidit bis, veniam petens et se non ex pertinacia, sed ex simplicitate animi fecisse dicebat, pro quo et nos intercessimus. Cui erratum condonavit, severiter mandans, ut inposterum omnes fraternitates sibi ab hoc libro caveant, nosque omnes ad concordiam antiquam et priscam cohortatus est. Et exemplar libri concordiae, quod a Crucensi accepit, secum Posonium accipere atque viris doctis examinandum tradere, et ante reditum suum me omnes fratres convocare debere, iudiciumque nostrum de libro concordiae scripto comprehendere exhibereque iussit. Dextra cuique porrecta ac fausta more episcopali precatus discessit, quem ad currum usque insecuti sumus.

Pag. 586.

1582.

Acta de libro formulae concordiae.

Die 14ª Februarii, qui fuit divo Valentino sacer, Novocomium praecipuos dominos fratres in curiam domini m. Lucae Canonis convocavi, videlicet: dominum m. Antonium Platnerum Leutschoviensem, dominum Thomam Schnell Olasziensem, dominum Cyriacum Obsopaeum Waraliensem, dominum Christophorum Fabri in Sperarum pastores, quibus voluntatem domini nostri reverendissimi, uti in villa Suevi Posonium se se ad comitia conferens mihi in mandatis dedit, exposui, ut scripto iudicium nostrum de nova formula concordiae, redeunti ex comitiis suae reverendissimae dominationi exhiberemus. Cum vero scirem librum a paucis lectum, plerisque ne visum esse, aperui dominis fratribus animi mei propositum: me vereri, ne ex inconsiderata aliqua mea actione animi fratrum ab avita concordia et mutuo animorum consensu alieniores redderentur, siquidem etiam magnam esse animorum et ingeniorum dissimilitudinem, ita ut facile alii aliorum dictis aut factis offendantur, et Gasparum Craczerum, domini generalis magnifici domini Iohannis Ruberi aulicum concionatorem, ad tempus Tyropolitanis concessum, quosdam fratres nostrae fraternitatis per currentes litteras ad se se Tyropolim convocasse, qui pro sua verecundia theologica, qua praeditus est, me nominatim et reliquos dominos fratres, qui se se libro concordiae opposuerunt, calvinismi et multarum haeresum reos proclamavit, sed falso et impudaliter, cum ad hoc usque tempus mecum, et ego cum illo nec verbulum collocuti sumus. Hic librum concordiae fratribus legendum dedit ac sum-

mopere commendavit, addens omnes eos esse sacramentarios, qui huic libro subscribere recusant. Et haec notatu digna, ut ad omnem posteritatem per manus tradantur, quomodo in illa Craczeriana convocatione 29[a] Ianuarii anni 82. currentis domini fratres tractati sunt, qui alias non comparuissent, sed hoc stratagemate decepti, me ut tunc temporis indignum fraternitatis seniorem etiam affuturum. Sed eventus dolum actionis detexit, me tunc graviter decumbente. Et licet ut actioni intersim, per duos nuncios rogatus eram, tamen, si per valetudinem licuisset, non venissem. Cum in locum designatum venissent, neminem offenderunt praeter iudicem dominum Emericum Sontagium, Kraczerum et Petrum Scholtz Roxensem pastorem, seniorem inferioris Poprad. Ibi domini pastores non iussi sunt sedere, nam eos eo honore non sunt dignati, sed apertis capitibus coacti sunt ante mensam stare. Tunc dominus iudex coepit Kraczerum, ut ipsi fratres retulerunt, usque ad astra ab eruditione, eloquentia, cognitione lingvarum, arte disputandi evehere iuxta usitatum proverbium: ita muli mulos invicem scalpunt. Kraczerus vero pro sua pontificiali maiestate, in me, aegrum et sibi ignotum, coepit plaustra conviciorum evomere, me esse antesignanum Sacramentariorum, siquidem me oppono libro concordiae, omnino illos debere meam conversationem fugere. Ibi dominus Procopius Scholtz, Lomnitzensis pastor, se continere non potuit, et Kratzero ad ista mendacia respondit inquiens: Noster dominus senior et coram domino nostro reverendissimo ac tota fraternitate de istis conviciis se se sufficienter purgavit, si quae novae calumniae, ut audimus, de illo sparsae sunt, et nunc recensentur, nobis de iis non constat. Atque ita discesserunt. Ex ista virulenta infamatione Kraczeriana non obscure animadverti, sinistras suspiciones et simultates, dissensionem voluntatum et animorum parituras esse, quae postea in odia abeunt, non sine gravi incommodo publico, ubi multae bonae et salutares res impediuntur, cum animi docentium non satis cohaerent. Rogavi itaque dominos fratres, ut mihi pro sua singulari eruditione et experentia, in his rebus controversis non desint consilio et auxilio, ac commodam et salutarem viam ostendant, atque edoceant, qualiter et quomodo ad mandata domino praelato sit respondendum et praesenti animorum distractioni, quam liber concordiae parturiebat et adhuc parturit, ne altius in animis fratrum radices agat, sit occurrendum. Tunc doctissimus vir, dominus magister Antonius Platner Leutschoviensis solertissimus pastor et orthodoxae fidei strenuus et imperterritus assertor coepit doctissimorum virorum in Germania iudicia praelegere, quae singulari

studio a domino Thoma Fröhlich, piae memoriae, sibi communicata descripsit, et ipse ex variis controversis libellis quam plurima collegit. In quibus gravissimis censuris ad lydium lapidem verbi divini, orthodoxorum patrum monumentis, perpetuo ecclesiae consensu, corpore doctrinae domini Philippi librum concordiae sine ullo praeiudicio examinarunt Landgravii, Anhaldini, Norinbergenses, Magdeburgenses et ipsi Vittebergenses, Lipsienses theologi ac professores quam plurimi, oculari demonstratione notantes paradoxa, antilogias, quae nulla ratione conciliari possunt, genus loquendi hactenus ecclesiae inusitatum ac librum nullo alio fine promulgatum esse, nisi ad obliterationem sanctissimorum scriptorum domini Philippi Melanchtonis. Horum omnium iudicia dominus magister Antonius Platner ordine praelegit. Quae cum domini fratres audivissent, unanimi consensu concluserunt, se in usitata patria Augustana confessione adquiescere velle, quam duo divi imperatores semper augusti Ferdinandus et Maximilianus II^dus^ hisce regionibus concesserunt, ac duo archiepiscopi Strigonienses, Olahus et Antonius Verantius manuum subscriptione adprobarunt [?] et confirmarunt; ac generalem Congregationem habendam esse pro festo Cinerum in Quintoforo decreverunt.

Pag. 588.

1582.

Congregatio generalis Quintoforensis.

In ea convenerunt omnes fratres 24 Regalium, excepto domino Cyriaco Obsopaeo Waraliensi, qui sese ob sepulturam suae consangvineae per litteras excusatum habuit. Hinc primo invocato nomine divino, ac dominis fratribus gratiis actis, quod praesentia sua obedientiam declararunt: deliberationem Novocomii factam fratribus proposui. Ibidem clara voce dominus magister Antonius Platner Hassiacorum, Anhaltinorum, Norinbergensium, Magdeburgensium, montanarum civitatum atque aliorum praestantum theologorum in Germania judicia de libro concordiae praelegit. Finita lectione quisque suam sententiam libere iussus est proferre et in collectione sententiarum nullus inventus est, qui libro applaudere voluisset, sed omnium erat una mens, una voluntas conservandi avitam patriae confessionem et concordiam. Conclusum itaque est: Acquiescere debere in patria Augustana confessione a duobus imperatoribus et archiepiscopis concessa et approbata, et eam nonnisi iuxta scripta veteris et novi testamenti purioris antiquitatis, Martini

Lutheri, corpus d. Philippi Melanchtonis interpretari liceat. Prandio sumpto quisque animo pacato ad sua rediit.

1582.

Pag. 590.

Epistola apologetica ad magnificos et illustres dominos Stanislaum et Alexium Thursones comites comitatus Scepusiensis in negotio domini Christophori Fabri scripta.

Illustrissimi ac Magnifici Domini! Certissimum est legitima imperia vere Dei opus esse, benigniter conservantis honestam societatem generis humani. Ideo verum Deum, Patrem Domini nostri Jesu Christi, conditorem et conservatorem hominum, colligentem sibi aeternam ecclesiam, voce evangelii toto pectore oramus, ut Illustri M. V. confirmet vires animi et corporis tribuatque salutaria consilia, quibuscum respublica cum ecclesia rite administretur. Gratulamur etiam M. V. ac magno felicitatis loco ponimus, quod Deus Optimus Maximus nobilissimam ac praeclarissimam Thursonum familiam ex densissimis idololatriae tenebris ad solidam agnitionem Filii sui unigeniti vocaverit, eamque voluerit esse tamquam certissimum asylum ministrorum ecclesiae, alibi omni patrocinio destitutorum, quae laus haud vulgaris est. Quocirca precamur, ut deinceps idem Deus eadem in M. Vestram conferat bona atque defendat adversus omnium sectarum insultus. Quippe et hoc pacto et nos speramus nostras ecclesias M. V. patrocinio, sicuti et hactenus factum est, tutas futuras; caeterum, cum tale patrocinium iam per multos annos expertus sit honorabilis vir, dominus Christophorus Fabri, pastor in Sperarum, nunc graviter dolet, se apud M. V. delatum ac in suspicionem iconomachiae venisse, quod etiam nobis, nimirum fratribus suis gemens retulit, nam potens est delatio, ut inquit Socrates in Tripart. Historia l. 1. cap. 35. quando fidedignus habetur, qui accusat. Volens autem hanc infamiam, et ministro ecclesiae indignam, atque M. V. minime ferendam eluere, petiit sibi facti sui ab fraternitate nostra dari testimonium, quo M. V. videat, eum nihil temere in ecclesia sua tentasse. Humiliter itaque supplicamus, ut M. V. pro innata heroica clementia benignas aures, ad exemplum illius Alexandri magni, qui alteram aurem reo reservare solitus est, nobis praebere dignetur ac hunc supplicem libellum clementer respicere. Anni iam sunt undecim, ex quo hic bonus vir non sine magno fructu ecclesiae Sperarum praeest; cum autem vidisset in medio templi imaginem continentem historiam Passionis Christi, voluit eam in commodiorem et honestiorem templi locum

transferre. Consultis itaque suis fratribus atque civibus, fuit itaque collocata illa imago deinceps in ara potissima, dicata administrationi coenae Domini et quidem ea ratione, ut aliam sculpturam Nicolai, de quo nihil scriptura docet, tegeret. Nunc vero nescimus, quo consilio, iussus M. V. egregius dominus provisor illam imaginem in pristinum locum reponere. Quod quidem factum iam est, non sine ingenti scandalo auditorum, eorum praesertim, in quorum cordibus adhuc invocatio sanctorum haeret, quam Dominus nos fugere iubet cum omnibus cultibus idololatricis. Verum enimvero hoc modo haec impietas non abrogatur, sed confirmatur, eo quod necessitas imaginibus affingatur. At exstat gravissimum doctoris Lutheri iudicium consulentis, ut ea, quae semel a papatu vindicata sunt, rursus in usum non revocentur, cum inquit: Was einmahl missgefallen von päbstlichen Dingen, dem soll man auf die Beine nicht widerum aufhelfen. Laudantur etiam multi pii ministri ecclesiae, qui tempore *Interim* maluerunt abire in exilium, quam semel abrogatas impias ceremonias, imo et adiaphora recipere; metuendum enim erat, ne posteritas hac apostasia offensa dubitaret de universae renovatae religionis certitudine. Experientia quoque testatur, cum ceremoniis idololatricis quoque redire ipsam idololatriam. Haec considerantes ante 35 annos (anno 1557.) Bartphae in generali synodo pastores et senatores harum liberarum civitatum statuerunt, ut omnia altaria clauderentur, vexilla, candelae diurnae aliaque omnia illa inutilia amoverentur, quod ipsum statutum hactenus feliciter cecidit, siquidem videat M. V. illa omnia observata et in effectum deducta. Et ante annos 12 noster reverendissimus dominus praepositus congregationem generalem instituit omnium fraternitatum Scepusiensium, ubi de mutatione ceremoniarum quarumdam actum est, sicque decisum, quod quibuscunque locis aliquid abrogatum vel mutatum est, hoc deinceps ratum maneat. Qua quidem de re hactenus a nullo sumus oppugnati, imo reverendissimus dominus nobis ipse commendavit et permisit ceremonias ecclesiae Vittebergensis, neque ordinationem Brigensem improbavit. Si iam valet (uti debet valere) nostri reverendissimi auctoritas, imo nulla imaginum multarum necessitas nobis incumbit, siquidem Vittenbergae tantum unica exstat in templo ara habens picturam coenae dominicae ac passionis. Possemus et reliquarum ecclesiarum in Germania meminisse, sed ne simus molesti, eas nunc praetermittimus, suppliciter rogantes M. V. ut hunc dominum Christophorum in Sperarum pastorem sibi commendatum habeat, nec animum, alias propensum piis ecclesiarum ministris, ab eo abalienet. Propter hoc factum

magis laude, quam poena dignum, quo nihil seposuit, sed tantum transposuit. Ideoque mulctam a domino provisore nomine M. V. impositam condonare clementer dignetur; non modo huic bono viro, sed et toti fraternitati officium longe gratissimum factura. Rogabimus assiduis votis Deum optimum maximum, ut M. V. una vel celeberrima Turzonum familia diu florentem in hac vita conservet, et in vita aeterna omni felicitatis beatitudine compleat. His M. V. optime valere cupimus. Datum Laibitziae 5. Octobris anno 1582.

1583.

Pag. 595.

Acta in capitulo Causa Formatarum.

Dominus praelatus serio in suis currentibus iniunxerat, ut omnes sui dioecesani pastores sibi suae ordinationis formatas praesentarent, ac praetexuit, se id in mandatis a caesarea et regia Maiestate habere, ac velle scire, ubinam quisque ordinatus esset. Respondi libere: Nos sicut confessionis nostrae, ita et ordinationis non pudere, et alios Vittenbergae, perplures vero Brigae in publico coetu a viris piis et doctis ordinatos esse. Inquit: imperatoris voluntatem esse, ut ii, qui non ab legitimis pontificiis essent ordinati, aut e regno suo discedant, aut ad Romanenses deficiant, cui, cum respondere voluissem, iussit nos omnes in vicum hypocaustum exire, ac de negotio deliberare. Antequam ingressi fuissemus hypocaustum, venit notarius capituli, Gregorius Tyrnaviensis ac exposuit voluntatem domini praelati: nos debere esse gravatos, et ad 60 aureos cathedratici nos totidem addere debere, habituri simus dominum gratiosissimum, eum etiam magnam summam in aula imperatoria nostri causa insumpsisse. Has lacrymas aulicas cum intellexissem, nolui assentiri nec me id in mandatis habere, nec facere sine consensu fraternitatis posse dicebam. Accepi durum responsum: nos hinc non discessuros, nisi annueremus ipsius voluntati. Tandem re diu deliberata, in eam itum est sententiam, ut omnes septem fraternitates hos quinquaginta aureos numerarent. Ea faba in nos fabricata erat, sed nolui quicquam promittere, non nisi et reliqui fratres reliquarum fraternitatum partem taxae in sese recipiant, quod et accidit.

Sunt itaque reliquae fraternitates causa formatarum sub praetextu charitativi subsidii taxatae hoc pacto:

Regales mediam partem in sese receperunt, videlicet 25 aureos hungaricales.

Fraternitas Inferioris Poprad numeravit	8 aureos.
« Superioris « «	5 aureos.
Liblo --- --- --- --- --- --- --- ---	2 aureos.
Dunayetcz --- --- --- --- --- ---	2 aureos et talerum.
Fraternitas Superioris Hornát--- --- ---	4 aureos.
« Inferioris « --- ---	4 aureos.

Pag. 598.

1582.

De mutatione calendarii in comitatu Scepusiensi anno patientiae Christi 1582. qui quidem annus vel eo nomine etiam aliquanto diligentius notandus est, quod congruat cum duratione veteris testamenti, quae ut numerat vir praeclarissime non modo de bonis litteris, verum etiam de ecclesiis apud omnes gentes et nationes meritus Philippus Melanchton, in suo examine ordinandorum, ab exitu Israelitarum ex Aegypto usque ad postremam urbis Hyerosolimae et templi devastationem, totidem annos constituit. Etsi enim dubium non est, Antichristi ministerium iniquitatis iam pridem operari coepisse, tamen consilia diu cocta hoc demum anno in apertum proruperunt, ut nimirum inter 4. et 15. diem octobris ommittantur dies 10 intermedii atque a quarta die statim ad 15^am^ fiat transitus.

Haec res e regionibus istis arctois Poloniae primum innotuit. Nam ante mercatum Cracoviensem, qui circa Michaelis habetur, interdictum typographis fuit, ne ulla sequentis anni calendaria ederent, priusquam ea de re in comitiis regni conclusum esset. Cum igitur re in deliberationem sumta pauci essent, qui se arciter opponerent et maior pars voluntati regis accederet, eo ipso statim anno novum calendarium in Polonia acceptatum est, nec quicquam turbationum eo nomine datum, praeterquam quod negotiatores magna molestia affecti sunt, dum antequam de mutatione hac publice constaret, mercatores ex aliis regionibus plerumque post mercatum advenerunt.

Sequente anno 1583. novus iste foetus calendarii ex Austria in vicinam Vngariam prorepere coepit. Nam mense Septembri sacra caesarea Maiestas ad cameram Scepusiensem mandatum mittit, quo imperat, ut omnis, qui in officio aliquo in Camera vel in limitaneis arcibus funguntur, novum calendarium acceptent et secundum id omnes rationes suas instituant. Mandato adiunctae fuerunt chartae patentes Tyrnaviae impressae cum hoc titulo: Calendarii novi iussu S. D. N. Gregorii Papae XIII. correcti fragmentum postremis

tribus mensibus anni 1583. serviens. Inter titulum et dierum consignationem velut prooemii loco haec verba fuerunt inserta: Sacra romana caesarea Hungariae, Germaniae, Bohemiae etc. regia Maiestas etc. dominus noster clementissimus decrevit novum calendarium in omnibus regnis et provinciis suis promulgandum et mense Octobris huius anni 1583 in usum recipiendum esse, sicut id testatur decretum die ultimo proxime praeteriti mensis Augusti ad doctissimum virum Paulum Fabritium, medicum et mathematicum suae Maiestatis missum. Post dierum consignationem, velut epilogi loco adscriptum erat, quae lectiones quibus diebus observandae essent; quae adiectio una cum titulo, in quo papa sanctissimus dominus noster per initiales litteras S. D. N. appellatur, a multis ita accepta est, ut existimarent negotium hoc non mere politicum esse, sed ecclesias quoque immisceri eoque spectare, ut auctoritate papae sensim aucta, doctrinae etiam apud simpliciores auditores insidiae struantur.

Cum autem camerae praefecti et administri nihil aliud, quam politicum dierum usum ad se pertinere putarent, novo calendario ad primum statim mandatum in suis rationibus uti coeperunt. Eadem illa charta, cuius iam facta mentio est, a reverendissimo domino Gregorio Bornemissa, episcopo Varadiensi, ad capitulares missa est, non addito aliquo speciali mandato aut instructione. Illi igitur cum generale illud decretum imperatorium ad se quoque pertinere statuerent, sine longiori deliberatione calendarium novum receperunt. Ne autem soli essent, qui innovationem hanc introducerent, exemplum chartae illius fragmentum trium mensium continentis ad dominum Cyriacum Obsopaeum Varaliensem pastorem mittunt et apud eum serio instant, ut una cum ipsis festum Omnium Sanctorum secundum novum calendarium denunciet et celebret. Cyriacus respondet: sibi integrum non esse, ut inconsulto seniore suo id faciat. Itaque statim ea de re me certiorem per litteras fecit.

Est etiam hoc negotium per occasionem ad dominum Benedictum Belsium, Eperiesensem pastorem ac seniorem V. liberarum civitatum perscriptum, ac illius sententia quaesita; ille vero cum censeret dierum rationem esse rem politicam, collegam suum dominum Sebastianum Ambrosium ad dominum generalem Johannem Ruberum ablegavit, et consilium ipsius expetiit; qui etsi admodum bene non valebat, facile tamen ipsum admisit, et cognito negotio, placere sibi, ait, ministros ecclesiarum in tam gravi negotio nil inconsulto facere velle. Ac sibi quidem id commodum videri, ut

pastores Scepusiaci episcopo suo, quam fieri possit, moderatissime respondeant et submisse petant, ne in sinistram partem accipiat, quod tam subito postulatis non annuant, cum haec res non ad ipsos modo, sed ad alios etiam, eadem confessione coniunctos spectet. Interea, quid facto opus esset, e re ipsa videri posse. Hoc consilium domini generalis litteris mandatum et per proprium tabellarium missum Odorinum, ubi instituta erat congregatio propter senioratus officii renovationem, tum propter communem deliberationem de novo calendario instituendam. In ea igitur congregatione nihil aliud concludi potuit, quam ut eventus rei exspectaretur, et interea quisque sileat atque ita se gerat, quasi nihil sibi de eo negotio constaret.

Pag. 602.

1584.

Ante praesentationem cathedratici uti posteritas addiscat nosse technas aulicas, quibus servi culinae Romanae in emulgendis ultra censum cathedraticum usi sunt; nam ante annum illis praeda placuerat. Hac ratione per litteras notarius capituli similem praedam venatus est, ac miserat capituli nomine litteras, mandans, ut omnes septem fraternitates, ad praesentandum cathedraticum in profesto Andreae exhibendum convocarem. Cui modeste respondi, nec mei id officii esse, nec me etiam decere; esse quiddam novum, et hactenus inauditum. Ubi postridie ipse nomine domini vicarii scribit, ut sese seniores tantum cum consenioribus sistant. Tandem nudius quartus, qui erat dies Elisabethae, prodeunt reverendissimi litterae, in quibus ab omnibus charitativum subsidium exoptat, una cum censu cathedratico. Omnes noris, si hos intus et in cute noris.

Pridie Andreae hora 9. noctis in capitulum advenit episcopus cum magna caterva huszaronum et hajdonum, cui cum cathedraticum exhiberem, nullam omnino mentionem neque de recipiendo, neque de repudiando novo monstro hoc Baldanders, sive calendario publice et privatim coram nobis fecit, sed tantum per notarium institit de subsidio charitativo seu coarctativo, quod multa insumpsisset in legatos regis Poloniae (ob quaedam bona ad Transylvaniam pertinentia) Martinum Berzeviczium, cancellarium, per Transylvaniam et Posonium Lojolitarum antesignanum. Verum cum notario seorsim in sordido et frigido hypocausto per tres horas contendi, qui etiam huius consilii episcopo auctor erat, indicans fratrum magnam tenuitatem, et per crebros imbres corruptionem frugum, ex quibus maior pars frugum periit, et fratres in magna paupertate esse et vivere. Sed cum notarius nihil efficere potuit

suis blanditiis, ad episcopum nos deduxit, quem humili et pathetica oratione ex Bernhardo desumta, emollivi, ostendens magnam rerum difficultatem et inopiam fratrum, cui petitioni acquievit, nec amplius ursit.

Privatim vero capitulares imprudentiae arguisse dicitur, quod tam faciles in novo calendario recipiendo fuerint, cum ipse nihil tale mandasset, sed chartam illam eo tantum fine misisset, ut rem novam cum ipsis communicaret.

Itaque factum est inde, ut capitulares sex septimanis ceremonias de Adventu peragerent, et festum Nativitatis cum aliis ecclesiis secundum vetus Calendarium celebrarent, quae res multis in papatu natis et educatis occasionem dedit, ut non admodum praeclare de papistica religione sentirent. Simile quiddam in Liptovia accidit, ubi ministri ecclesiarum accepto mandato ab archidiacono Strigoniensi novum calendarium inconsultis patronis suis in usum receperant, postea vero cum patroni id indigne ferrent et defensionem adversus archidiaboli minas pollicerentur, usum veteris calendarii, velut postliminio in ecclesias suas revocarunt. Posteaquam igitur nimis frigore laesus ex capitulo discesseram, domum rediens in gravissimum morbum incidi, quo laboravi usque ad Nativitatis festum.

Tandem episcopus cum ex domino Alexio Thurzone, qui eius conviva erat, intellexisset, dominum Ruberum in causa novi Calendarii consultum fuisse, aegerrime id ferens, dominum Cyriacum advocat, de auctore, inquirens, diras addens minas. Animum tandem eius irritatum, quantum fieri potuit, mitigavit optimus frater Cyriacus.

Dominica vero secunda Adventus feria tertia Laibitzii erat particularis congregatio tantum XIII oppidorum, ob munus Johanni Krauzio, officiali Libloviensi, nuptiale mittendum, cuius sponsae oblatum est poculum 16 florenorum per dominum Johannem Jantschium et Valentinum Grisnerum. Atque ea, quae hactenus commemorata sunt, veluti protasis, seu primus actus fabulae fuerunt. Anno autem sequente 1584 velut in epitasi non mediocres turbae sunt excitatae, nam non longe post anni initium caesarea maiestas singulis praelatis, comitibus et civitatibus peculiare mandatum mittit, in quo scribit, non sine gravibus causis se constituisse, ut novum calendarium in omnibus regnis et provinciis suis acceptetur. Quia vero si aliqui reciperent, aliqui non reciperent, magna futura esset confusio, ideo serio mandatur omnibus et singulis, ut novum calendarium in usum recipiatur. Interdicitur etiam typographis et biblio-

polis ne calendaria vetera amplius edant, aut alibi edita importent, sub gravi rerum et personarum mulcta. Iubentur denique officiales, ut mandato huic repugnantes pro merito puniant. Huiusmodi mandatum cum episcopus accepisset, ad capitulares litteras dedit hoc exemplo:

Venerabilibus Dominis, Capitulo Ecclesiae nostrae Scepusiensis, Dominis Fratribus in Christo honorandis!

Venerabiles Domini et Fratres in Christo nobis honorandi, salutem et apostolicam benedictionem. Miramur, qui fiat, quod vos novum calendarium semel recepistis et modo iterum ad vetus calendarium sitis prolapsi; quam quidem recidivationem probare non possumus. Non caret enim scandalo eiusmodi repentina trasmutatio, et quoniam ante aliquos dies adlatum est mandatum caesareae Maiestatis, domini nostri clementissimi, in quo sua Maiestas caesarea mandat omnibus, ut novum calendarium incipiatur et observetur, propterea vobis iniungimus, ut a proximo die Cineris (?) inchoando novum Calendarium observetis et cerimonias secundum cursum novi calendarii incipiendo 15ª die Martii in ecclesia continuabitis, cui et dominus notarius in extradandis litteris se conformet, si ab ipsa nobilitate non fuerit contradictum. Hoc autem erat vobis significandum. Ex Jazó 11. die Martii juxta novum calendarium anno 1584. Mittimus etiam vobis in praesenti novum calendarium. Vester frater episcopus Varadiensis.

His litteris cum Apologiam opposuissent capitulares et facti sui causas quasdam reddidissent, ad eas episcopus respondit hoc modo:

Venerabiles Domini!

Ex litteris vestris abunde satis intelleximus, absque evidenti scandalo repentinam hanc novi calendarii receptionem fieri non posse; parendum tamen est superiori potestati. Proinde, ut in litteris praecedentibus vobis affatim inculcavimus, in eo graviter vobis persistendum erit. In litteris tamen extradandis, nolumus, ut in praeiudicium regnicolarum aliquid decernatur. Copia denique istarum litterarum senioribus transmittatur, ut et ipsi quoque priori nostro scripto se accommodare debeant. Haec est ultima nostra resolutio ad interrogata. Datum ex Jazó die 17ª Martii 1584. Vester frater Episcopus varadiensis.

His acceptis litteris, iuxta episcopi mandatum vicarius altero statim die, illarum exempla ad omnes seniores Scepusii mittit, iisque iniungit, ut ad capitulum se se conforment, et animi sui sententiam quam citissime perscribant. Cum autem haec res non modo

ad Ecclesiam, sed etiam ad politicos pertineret, consultus est de re generosus ac egregius dominus vicecomes Christophorus Gergey. Respondit: ministros ecclesiarum hac in parte nihil statuere debere prius, quam intelligant, quidnam civitates, quae de eadem causa eo ipso tempore conventum Cassoviae agant, quid item nobiles, qui post octiduum in sede frequentes futuri sint, conclusissent. Simul tamen non obscure indicabat, nobiles vix hanc innovationem amplexuros, sed potius exemplum aliorum comitatuum imitaturos, qui ad mandatum imperatoris sic responderunt: caesaream Maiestatem non privatim cum civitatibus et comitatibus, verum in comitiis publice cum toto regno, imo cum toto imperio certi aliquid ea de re statuere debere. Tunc suo quemque loco sententiam suam dicturum. Neque vero inane fuit hoc problema, siquidem universa nobilitas comitatus Scepusiensis tam subitam novi calendarii receptionem admittere noluit, sed omnem deliberationem in hac causa in futura regni comitia reiecit.

Eadem etiam die, qua vicarius litteras supra adscriptas ad fraternitates misit, per camerarios Cassovienses vocati sunt quinque liberarum civitatum iudices, qui partim minis de gravissima indignatione caesarea maiestatis, si recusaverint, partim promissionibus summae benignitatis et clementiae, si paruerint, eo se adigi passi sunt, ut inconsultis pastoribus et communitatibus, novi calendarii receptionem 9ª Martii iuxta vetus calendarium promitterent. Sed Cassovia et Leutscha maxime culpabantur, quod tam faciles se se in recipiendo praebuerint.

1584.

Pag. 610.

Leutschoviensis etiam iudex cognomine Papa, papae suo in celebrando Paschate libenter gratificatus fuisset, congregato frequentiori senatu in templum sabbatho *Oculi.* Quod cum pastor dominus magister Antonius Platner intellexisset, confestim eius conatum animosa oratione impedivit, ac in curiam iudicialem deliberatum *(sic)* ubi locus esset, abire iussit. Ac ita celebrationem novi Paschatis in effectum deducere, communitate civitatis consentiente, minime passus est, iudice totum vidente et indignante.

Festum etiam Ascensionis, idem dominus magister Antonius incoepit celebrare iuxta novum (?) calendarium, cum interea iudex praecipuos ex senatu et organistam Sandecium ablegavit, pastori in maiorem forsitan contumeliam; quod si ante persensisset, et pulsus campanae datus (non ?) fuisset, suggestum minime conscendisset.

Die 7ª Junii anno 1584. juxta vetus calendarium missum est ad omnes fraternitates mandatum episcopi manu ipsius subscriptum et sigillo confirmatum, cuius haec sunt formalia verba: Venerabilibus 24. regalium parochis etc. fratribus in Christo nobis observandis. Ad omnes etiam seniores et conseniores perferantur.

Honorabiles Fratres in Christo nobis dilecti!

Salutem et apostolicam benedictionem!

Publicatum nuntiatumque fuit per caesaream eius Majestatem D. N. C. ut novum calendarium ab omnibus reciperetur; cuius mandato nos, pro nostro fidelitatis obsequio obedienter paruimus, atque ita per nostrum vicarium ex speciali nostra auctoritate vobis quoque iniunctum fuit, quo calendarium novum, summota omni exceptione in usum adduceretis, et ad imitationem ecclesiae nostrae cathedralis, ritus omnes ecclesiasticos atque cerimonias peragеretis. Vos autem mandato nostro hucusque minime parere voluistis, quod quam sit grave crimen magistratum et potestatem superiorem contemnere, brevi Deo volente re ipsa cognoscetis, qui enim ad delicta suorum connivet et ea impunita relinquit, Dei omnipotentis indignationem sciat se incursurum.

Quodsi igitur acceptis praesentibus in ea vestra contumacia diutius adhuc permanseritis, poena vobis conduplicabitur. Ex Jazó 15ª Junii iuxta novum calendarium. Anno 1584. Vester in Christo Frater episcopus Varadiensis et praepositus Scepusiensis.

De hoc mandato cum quidam pastores, qui sub nobilibus sunt, patronos suos privatim edocuissent, ii in sede rem denuo in deliberationem sumserunt et concluserunt, litteras nomine totius sedis ad episcopum dandas esse. Quae quidem litterae ungarico sermone scriptae, et ad episcopum missae sunt; ministris ecclesiae vero, *quorum pauci ungaricam lingvam* intelligunt, communicatum est latinum exemplar, quod sic ad verbum habet:

Litterae sedis Scepusiensis ad episcopum causa calendarii.

Reverendissime Domine et Fautor nobis observandissime et confidentissime! etc. Productae sunt nobis litterae Reverendissimae Dominationis Vestrae, quas ad fraternitates et pastores in iis manentes scribit, ut calendarium illud novum sub poena duplicata recipiant, et ceremonias atque conciones suas secundum cursum novi calendarii peragant atque faciant. Novit autem D. V. Rma, nos esse patronos nostrorum pastorum, et decimas solitas quoque nos et subditos nostros dare. Quare Dnaoni Vrae Rdmae tamquam Domino et Fautori nostro in eo suplicamus, dignetur ita bene affici erga nostros pastores, sicut ab antiquo fuit semper affecta. Credat hoc

vere Rma Dnao Vra, quod nos novum illud calendarium non recipiemus, neque per nostros recipi faciemus, interim, donec sua caesarea Maiestas cum dominis regnicolis in generali eorum conventu super eo concluserit; quia nos cum reliquis comitatibus idem servare volumus. Esset enim novum hoc calendarium iuribus et libertatibus nostris contrarium. Imo potius Dominationem Vestram Reverendissimam rogamus, ut etiam dominis capitularibus gratiose nolit demandare, ut executiones et datum literarum illegitimo hoc modo extradantur, ne domini regnicolae contra capitulum Scepusiense et Dominationem Vestram Reverendissimam publice in generali eorum synodo conquerantur. Sciat Reverendissima Dominatio Vestra nos semper ad serviendum fuisse magis inclinatos, quam ut in qualicunque re peccare studuissemus, prout et nunc inservire studemus. Eandem Reverendissimam Dominationem Vestram valere optamus. Datae Leutschoviae in sede nobilium 15ª Junii anno 1584. Reverendissimae Dominationis Vestrae Servitores universitas nobilium comitatus Scepusiensis.

Congregatio Rusquinensis.

Die 18ª Junii secundum vetus calendarium habita est fratrum congregatio Rusquini, in qua posteaquam longa oratione habita fratribus exposuissem et historiis veterum et neotericorum comprobassem, sathanam semper id egisse, ut motis rixis de rebus adiaphoris et externis homines a fundamento doctrinae coelestis abduceret, deinde ex ordine habita sunt suffragia, qualiter sine aliquo tumultu partus huius novi calendarii sit aggrediendus.

In eam est sententiam itum, ut duo ex fratribus ad episcopum Jassoviam ablegarentur, qui fratres de crimine inobedientiae et contemptus magistratus, quod nobis in mandato episcopali obiectum erat, excusarent, et simul orarent, ne pastoribus et ecclesiarum ministris imponatur, quod citra auditorum et inprimis politici magistratus assensum praestare non possint. Ad hoc munus delecti sunt reverendi viri dominus Johannes Jantsky, pastor in Igló, et Johannes Tarczy in Palmis. Adiunctus etiam illis fuerat dominus Georgius Hasko, notarius XIII oppidorum, ut constaret, hanc etiam politicis curae esse. Hi cum ad episcopum Jassoviam venissent, et ea, quae in mandatis habebant, exposuissent, initio ab episcopo gravissimis verbis excepti sunt. Is enim nos non solum inobedientiae, sed etiam contumaciae, atque adeo rebellionis incusabat, qui nimirum cum nobilibus contra legitimum suum magistratum conspiraverimus.

In cuius rei argumentum proferebat litteras nobilitatis, in quarum exordio scriptum esse dicebat omnes pastores in sede comparuisse, et de episcopi mandato conquestos esse.

Cumque legati id factum esse pernegarent, subinde vocem ungaricam *minden,* quae idem significat, quod omnes, cum quadam vehementia urgebat, et litteras nobilitatis porrigebat, ut et ipsi legerent, si modo ungaricam linguam callerent.

Addidit praeterea: non modo duplicatam, sed triplicatam poenam incursuros omnes, si in contumacia hac simus perseveraturi. Imprimis vero hoc argumento legatos nostros vehementer ursit: Cum praeceptores nostri Philippus Melanchton, dominus Caspar Peucerus et alii emendationem calendarii saepe optarunt, nihil iam obstare, quin emendatio illa, multis laboribus et sumptibus facta, in usum tandem recipiatur. Peculiariter vero nobis, qui sub Libloviensi magistratu sumus, minatus est, se, nisi in tempore resipiscamus, ad magistratum nostrum Polonicum, qui iam pridem exemplo bellicosissimi principis et regis Stephani novum calendarium amplexus est, perscripturum, ut ipse in nos, tamquam contumaces et rebelles pro merito animadvertat.

Cum hoc responso cum rediissent legati, contuli me adiuncto mihi domino Johanne Janschio et domino Christophoro Fabritio in Sperarum Libloviam, si forte ab officialibus nostris in hac causa impetrare possemus et id etiam ex consilio domini comitis XIII oppidorum Antonii Omesz defensionem; verum vicecapitaneus non modo defensionem non promisit, verum etiam graviora minabatur, quam ipse episcopus, nisi in calendario toti regno Poloniae nos conformemus.

Ablegavi etiam duos fratres ad dominum Stanislaum Thurzonem (qui tunc abitum ex hac provincia parabat Augustam Vindelicorum versus, ubi residuum vitae transigere et extremam horam, cum Deo visum esset, exspectare cogitabat), ut ipsius quoque sententiam et voluntatem hac de re explorarent. Ille vero, cum antea severe pastoribus suis interdixisset, ne quid rei cum novo calendario haberent, tunc ita rem moderatus est, ut suos pastores ad XIII oppidanos remitteret, et nostris vestigiis insistere iuberet, sive in retinendo veteri, sive in recipiendo novo calendario. Ut igitur tandem vel semel decideretur, ad 11. Augusti Leibitzium convocavi fratres, quo huic nodo difficili optimus cuneus inveniretur.

1584. Pag. 620.

Transiit etiam per hanc provinciam Andreas Bátorius, fratruelis regis Stephani a pontifice Romano galero cardinalitio ornatus, ac 6. Octobris Késmarkini pernoctabat, cum caterva Jesuitarum ad regem Poloniae se conferens. Homo vix ex ephebis excessit, et contra suam voluntatem Antichristi mancipium factus est.

1585. Pap. 646.

In monte divi Georgii.

In primitiis domini Pauli Minichius, quas ibidem celebravit dominica Rogationum huius currentis anni 1585, condonatus est illi florenus pro impressione sigilli pro literis commendaticiis facti, consensu fratrum iis primitiis in praesentia domini Valentini Hortensii, Johannis Schultzii, Mathiae N. Popradiensis, domini Mathiae N. Hertelii consenioris etc.

In congregatione habita Quintofori ob oleum execratum et idololatricum, quod dominus Johannes Varaliensis, tunc temporis vicarius, ecclesiis harum partium rursus ingerere conabatur, cantoribus datus florenus $1/2$, quem accomodavit dominus Valentinus Hortensius.

3. Iduum Julii.

Accepi a domino vicario Johanne Varaliensi decretum pontificium de celebrando iubilaeo, sed ne turpiter iudaizaremus, silentio praetergressum est, maxime quia sub hac specie lapsi ritus pontificii nostris ecclesiis de novo invehere nitebatur (sic). Christus verus et unicus pontifex suae ecclesiae clementer prohibeat et avertat omnes sathanicos astus et conatus, servetque nos simplices et integros in agnita luce et veritate sui verbi et voluntatis. Amen!

1588. Pag. 660.

Paulo ante arx Lubloviensis munitissima a quodam Polono, arcis illius vicecapitaneo, maximo papista et summo evangelicae doctrinae hoste, (qui tum temporis minatus erat, se autoritate et nomine domini sui Casparis Matheschowszky, supremi capitanei XIII oppidorum, omnes evangelicos pastores ex XIII oppidis eiecturum, et in eiectorum locum Jesuitas, novissimam sathanae crea-

turam, miserae plebeculae passim obtrusurum, sicut iam Lubloviae, in Rauschenbach, Podolini et alibi coeperat) ab illo inquam longo Polono praedicta arx Lubloviensis nulla necessitate cogente paucis militibus magistri domini Prépostváry turpissime deditur.

Pridie Purificationis Mariae reverendissimus Martinus Pethe, episcopus Váradiensis et praepositus Scepusiensis et Jázoviensis, praelatus noster reverendissimus circiter horam nonam ante meridiem venit Leutschoviam et in suburbio divertit in publicum diversorium; ibi suam reverendissimam dominationem ego cum reverendo domino Christophoro conseniore et domino Thoma Schwarz diacono et collega meo nomine totius fraternitatis excepimus gratulantes de salvo adventu et honorarii muneris, cum in loco fuerit, ab alma fraternitate exhibendi spem fecimus. Interim meo nomine obtuli pisces quosdam et duos caseos etc.

Postridie Purificationis, ego una cum reverendo domino Johanne Jantschio et domino Christophoro consenioribus, adiuncto nobis reverendo domino Cyriaco Obsopeo, iterum dominum reverendissimum in capitulo in curia episcopali convenimus, gratulationem de salvo adventu repetentes, et munus honorarium almae fraternitatis nomine offerentes, nosque et ecclesias nostras in suae reverendissimae dominationis favorem et tutelam commendantes.

Honorarium munus erat: duo pocula argentea utrinque et totaliter deaurata, quae constiterunt florenis 34 den. 20 et quinque aureis.

Summa facit --- --- --- --- --- --- flor. 42 den. 24.
Item caprea --- --- --- --- --- --- --- den. 80.
Et vitulus mactatus --- --- --- --- --- --- den. 90.

Reverendissimus dominus episcopus clementer nobis respondit, gratias agens pro gratulatione et honorario, et tutelam atque defensionem et omnem benevolentiam nobis promittens. Praecipuum orationis illud fuit, adhortatio ad concordiam etc.

Sumto cum sua reverendissima dominatione prandio, nos placide dimisit.

Apparitoribus dedi den. 6.

Eodem anno 1588. dominica Trinitatis, quae fuit 4. die Septembris *(így)*, celebravit dominus reverendus Cyriacus Obsopaeus, pastor ecclesiae Varaliensis frater noster carissimus secundas nuptias, ducens honestissimam foeminam ex nobili prosapia natam, Catharinam, egregii domini Georgii Göppelii civis Kesmarcensis viduam. Postridie reverendus dominus Johannes Iantschius consenior noster

nomine omnium fratrum obtulit sponsae poculum argenteum, quod constitit flor. 7. den. 44.

1590.

Pag. 668.

Eodem (1590) anno reverendissimus noster episcopus, per litteras 17. die Novembris scriptas, mandavit, ut senior cum consenioribus in vigilia sancti Andreae coram ipso in capitulo cum censu cathedratico compareant. Profecti sumus igitur, ego cum consenioribus meis duobus, domino Iantschio et Tartziano 28° die Novembris Varaliam et ibi in quartum usque diem dominum reverendissimum praestolari coacti sumus. Quarto tandem die postridie Andreae ipsum convenimus, et ipso sic volente in templo declamationem (vel potius debacchationem) a Polono quodam audacissimo, nomine Alphonso, canonico eiusdem capituli audivimus, plenam putidorum et pudendorum mendaciorum contra Lutherum et Calvinum, et nostram confessionem, quam debacchator ille impudens quintum evangelium nominabat. Eorum autem, quae blaterator ille blaterabat, pleraque falsissima esse, ipse dominus reverendissimus episcopus agnovit et reipsa probavit. Nam in congregatione nostra, cui reliquarum fraternitatum seniores et consenióres quoque intererant, praecipuum orationis episcopi fuit, adhortatio saepius repetita, qua nos ad firmiter retinendam confessionem Augustanam serio hortatus est. Non quidem dicebat, quod eam probem, sed quia aliam amplecti non vultis, nec potestis, hortor vos, potius hanc retineatis, quam ut ad Calvinianam sectam deflectatis. Et hoc vobis certo promitto, inquit: quamdiu in Augustana confessione constantes permanseritis, habebitis non tantum a me, verum etiam ab ipsa imperatoria maiestate defensionem.

Aliquoties igitur ut confessionem augustanam retineamus, adhortationem repetiit.

Post orationem illam, ipse reverendissimus a nobis nostrum censum in testudine sua accepit.

Reliquae fraternitates provisori suum censum exhibuerunt. In prandio reverendissimus erat laetus, et nos humaniter tractavit, omnemque benevolentiam exhibuit.

In praesentatione cathedratici domino episcopo dedi aureos 61, ut quietantia testatur.

1593.

Pag. 684.

Anno 1593. 26ª Junii inter 8ᵃᵐ et nonam horam antemeridianam moritur reverendus dominus Johannes Scholtz in pago Ruz-

bach natus, pastor Belensis ecclesiae, cui per annos circiter 35 (1564—1593) non praeesse tantum, sed prodesse etiam voluisset, nisi temporum iniuria et aliis impeditus fuisset. Auditores enim prohibitos in verbo cultus non penitus abiecisse, indicant idololatriae situ foetore et squalore obducta instrumenta, quae in funere boni senis, iussu ipsorum, citra voluntatem fratrum sunt producta. Turbas ea res dedit non parvas apud fratres, qui discessum ab ipsis ceremoniis cum dolore et gemitu moliebantur, nisi expositam iudex recondiderit turpitudinem et abominationem. Ad hanc eradicandam Deus ecclesiae suae docte pium et pie doctum, fidelem et constantem, qui doctrina sincera et vita sancta coelos plantare possit, praeficiat ministrum. Amen! — Amen! — Amen!

Pag. 844.

1597.

Dominus Reverendissimus Martinus Pethe (1597. 19ª decembris) inter reliqua colloquia ad mensam habita, dum mentio fieret in Domino demortuorum fratrum (quorum ille honestam satis fecit mentionem, inter caetera domini Cyriaci, quem optimum senem nominabat) et novorum iam incorporandorum hanc subiecit admonitionem gravissimam: *Videte, ne novi fratres novam afferant nobis religionem.*

Pag. 849.

1599.

Honorarium domino episcopo Nicolao Micatio, praeposito Jassoviensi, cum rediret e comitiis Posonio oblatum.

Hic ille vir est corpore parvus, animo magnus, sermone affabilis et perhumanus, qui miro stratagemate Turcas in Croatia ad Sisekum et in Siseko confudit, et hostem masculo pectore partim trucidavit, partim repulit; tandem per nostrates dictum propugnaculum, ex monasterio paratum, Turcis rursus eripuit et geminam retulit laudem.

Pag. 860.

1600.

Anno 1600. reverendus et clarissimus dominus Jacobus Vagnerus pastor ecclesiae Varaliensis, propter multas iniurias a suis auditoribus et falsis fratribus sibi continuo illatas functioni et stationi suae valedixit, Cibinium vocatus, quo et profectus, tandem peste una cum filio maiore natu et filia exstinctus obiit, cuius anima propter constantem et infractam defensionem Augustanae confessionis purioris et Carolo V. anno 1530 praesentatae, quiescat in Christo.

1603.

Pag. 377.

Anno 1603. 30ª Octobris per litteras currentes congregationem generalem 24 regalium impero (M. Joachimus Goltzius, Igloviensis pastor) diem congregationi 19 Novembris, Elisabethae sacrum, locum curiam Olasziensem ex voluntate domini Thomae Schnellii soceri et uxoris eius, socrus meae, definio. Brevi post uterque in morbum incidunt, locum alium constitui petunt; necessitate coactus fratres constituto die in villa Hunis convenire iubeo. Illi mandato obediunt, dicto die illuc veniunt, in aedibus reverendi viri domini Laurentii Ritteri, pastoris eius ecclesiae, conveniunt, concionem prius audiunt, hanc habuit Petrus Roth, pastor Quintoforensis. Concione absoluta in hypocaustum hospitis se recipiunt omnes, consident, mox praemissa oratione dominica, gratias ago fratribus, quod obedientiam mihi seniori praestiterint, vocati convenerint. Deinde pauca prius, quam rem ipsam, cuius causa convenimus, aggrediamur, me praefaturum significo. Primum igitur gratias ago Deo pro ecclesiae suae in his oris, nostra item et nostrorum paterna in tantis malis conservatione. Adiungo invocationem ardentem, ut nostri misertus mala, quibus premimur, mitiget, ecclesiam clementer respiciat, verbi sui puritatem et integritatem inter nos conservet, eoque ecclesiam suam clementer gubernet, pascat, sustentet. Deinde paucis ostendo, quo in discrimine non tam nostrae res, quam ecclesiae, quarum cura nobis commissa, versentur, propter varias pontificiorum machinationes et adventum domini locumtenentis Archiepiscopi et praepositi nostri. Moneo in hoc periculo nostro non stertendum, sed vigilandum, orandum, fortiterque dimicandum, et si sic res ferat, patienter Christi crucem ferendam, constanter veritati adhaerendum, nec exilium, nec mortem metuendam, nisi perpetuo e coelesti, quam quaerimus, civitate exulare velimus. His in hunc modum praemissis, rationem reddo acceptorum et expensarum, qua quam accuratissime subducta, officium resigno, ut aliis officium senioris demandetur, etiam atque etiam rogo. Nihil autem proficio, quin etiam praeter morem esse audio, ante exactum biennium, senioris se abdicare officio.

Ante vero, quam hoc fieret, introitum seu locum in fraternitate petierunt: Stephanus Tamarisci, pastor Menhardensis et Johannes Sylvester, Isacensis. Uterque horum a fratribus quibusdam accusantur. Ille de decimarum imminutione, quarum partem primo anno rusticis concesserat; hic vero de novarum quarundam et hactenus inusitatarum ceremoniarum, videlicet albae in funerum deductione, candelarum et exorcismi introductione.

Ille vero hac ratione purgare se conabatur, quod in compensationem eorum, quae a rusticis post vocationem acceperat, hoc fecisset; quod verum fuit, et sic falso et inique accusatus.

Hic vero respondit, se hac lege a rusticis vocatum, ut cereos in templo accenderet, in exequiis alba indutus incederet, atque exorcismum in baptismo usurparet. Displicuit hoc factum maiori parti inter fratres, fuerunt tamen, qui probarunt, et defendere voluerunt.

Fratres re deliberata statuerunt, eos hoc tempore nondum recipiendos, sed in futuram congregationem reiiciendos esse. Quod etiam factum.

Pag. 879.

1603.

In hac congregatione certo nobis nunciabatur dominum reverendissimum adventurum et ecclesias sibi subiectas visitaturum, ideo decretum, ut in adventum eius munus aliquod praeparetur, quod advenienti offeratur. Ad mandatum itaque totius nostri collegii curavi archiepiscopo nostro fabricari poculum argenteum. Hoc confecit Georgius Nunuert aurifaber et civis Leutschoviensis mihique 7ª Decembris Neocomium adtulit. Totum erat deauratum foris et intus, operculo tectum, quod vir hastam tenens exornabat. Constabat 33 loto, et 2 pisetis. Sub operculo haec erant insculpta verba: Reverendissimo, Illustrissimo ac Magnifico Domino Martino Pethe de Hethes Episcopo Waradiensi, Locumtenenti et Praeposito Capituli Scepusiensis Domino suo Clementissimo XXIV Regales in Scepusio offerunt.

Titulum hunc legi in capitulo, sed, quia maior ad superiorem accesserat honor et dignitas, talis esse debuisset: Reverendissimo, Illustrissimo ac Magnifico Domino, Domino Martino etc. Archi-Episcopo Colocensi et Bachiensi et Administratori Episcopatus Jaurinensis et Praeposito Scepusiensi, Sacrae Caesareae Maiestatis Consiliario et per Ungariam Locumtenenti etc. Domino suo Clementissimo etc.

Huic poculo sequens volui inscribi chronosticon:

ParVa ferunt parVi, praesVL VeneranDe, benIgnVs annVe, sVbVersos erIge, naMqVe potes.

Litterae numerales, maiusculis scriptae, collectae faciunt annum 1603. numerum anni praesentis, sed inscribi poculo non potuit. Aurifabro pro poculo numeravi florenos 33, nummos 66.

Et quia aurum sibi dari petiit, sex aureos illi praeter aliam pecuniam dedi, singulos 180 nummis aestimatos. Accepit igitur aurifaber aureos 6 (qui faciunt flor. 10 den. 80) flor. 22 nummos 86.

collige: totaque summa faciet summam suprapositam flor. 33. den. 66.

1604.

Pag. 881.

Congregatio Generalis in villa Palmarum.

Anno a Christo nato 1604. 26ª Februarii 24 Regales, una cum duobus illis ex villa Michaelis et Matthaei pastoribus in villa Palmarum in aedibus domini Jonathan Danielis, pastoris eiusdem loci, meis evocati litteris conveniunt.

Causa conventus hic fuit.

Constans erat fama Andahazium canonicum ex capitulo cum Alphonso pontificio, Podoliensis ecclesiae pastore, Cracoviam, imperante archiepiscopo nostro, ad regem profectos, ab eoque mandatum nostras ecclesias visitandi et reformandi impetrasse; svaserunt itaque politici nostri, ut, duobus emissis ad archiepiscopum fratribus, malum hoc averteremus. Et quamquam eorum esse arbitrabar nostri et ecclesiarum nostrarum defensionem suscipere, ad quam etsi haud segnes se futuros pollicebantur, tamen fratres convocare, praesensque periculum eis exponere volui, ut quid faciendum, deliberarent ac decernerent. Ubi eo ventum est, primum preces recitavimus, deinde Stephanus Tamarisci, Menhardensis pastor et Joannes Sylvester, Isacensis, denuo per alium rogant, ut fraternitati incorporentur. Recipiuntur, recepti iuramentum deponunt et confessioni subscribunt.

Denique refero, quae de mandato regio increbuerint, quid periculi nobis immineat, quid politici nostri consulant? moneo etiam, ut singuli seorsim sententiam dicant, collatisque diversis sententiis potiorem eligant, et, quid fieri velint? concludant.

Displicuit plerisque consilium politicorum de emittendis duobus ad praepositum fratribus; placuit omnibus, ut litterae per tabellarium ad archiepiscopum mitterentur, quibus, nostra innocentia et doctrinae puritate monstrata, rogaremus archiepiscopum, ut nos sibi commendatos habeat, defendat, in pace ecclesiis nostris praeesse sinat. Domum reversus binas exaro litteras, alteras ad Archiepiscopum, alteras ad dominum Gregorium Tyrnaviensem.

Literae ad Archiepiscopum missae sic habebant: Gratiam et pacem ab aeterno Patre per Jesum Christum θεανρωπον. Etsi Reverendissime et Illustrissime Domine Episcope, Domine Clementissime nos et exilis nostra ac R. D. V. sublimis conditio a scribendo absterrere potuisset, tamen praesens et turbata rerum nostrarum

facies necessitatem scribendi nobis imposuit. Rogamus itaque et obsecramus Reverendissimam et M. D. V. ut has nostras benevolo vultu accipere, aequo animo perlegere, nobisque, quos alii oppressos et eiectos cupiunt, manum porrigere dignetur. Oppressi et per vim impetiti post DEUM in hoc mundo ad magistratum suum recurrunt, eiusque auxilium implorant. Nos igitur post Deum etiam ad R. D. V. confugimus, haud diffidentes R. D. V. nos pristina complecti benevolentia.

Accepimus a fide dignis hominibus Mathiam Alphonsum, qui Podolini vivit, nos apud R. et M. D. V. non tam accusasse, quam traduxisse: hoc item mense Cracoviam ad nuncium apostolicum profectum hoc obnixe agere, ut serenissimo regi Poloniae auctor sit, eiiciendi nos ex nostris paraeciis, et pontificios in nostrum locum substituendi. Illud quidem aperte nobis minatus est suis litteris; hoc clam agit, sed utrumque sine iusta causa. Nemo enim nostrum illum lacessivit verbis, aut iniuria quadam affecit, imo quidam eum humanissime in suis aedibus acceperunt. Binas ad nos, tertias ad comitem et iudices XIII oppidorum litteras dedit convitiis refertissimas. Prioribus nobis obiicit, se a nobis coram Magnifico nostro accusatum, Rndiss. et Illustriss. D. Locumtenentem Episcopum nostrum clementissimum ignominia affectum, dum iactitassemus nobis ab ipsius R. D. facultatem quasvis in Scepusio sectas spargendi datam esse. Neutrum a nobis factum testabitur illustris ac magnificus dominus noster dominus Sebastianus Lubomirszky. Ad huius testimonium provocamus. Illum Rndiss. et M. D. V. percontetur, numquid horum a nobis factum sit? Videt homo inquietus, se hac tam invidiosa accusatione nobis cumprimis nocere posse; ideoque, quod palmarium sibi videtur, arripit; sibi in omnibus fidem adhibitum, nobis detractum iri putat. Nos autem erigit, quod Rndiss. et Illustriss. D. V. probe novit, christianos nos esse, Christi sanguine in baptismo tinctos et a peccatis ablutos, iuxta stipulationem bonae conscientiae et foedus cum Deo in lavacro regenerationis initum, soli Deo adhaerere, scripturas prophetarum et apostolorum cum tota orthodoxa et catholica ecclesia, tamquam Dei verbum certissimum, et normam fidei christianae unicam amplecti, venerari et secundum totam fidem et religionem nostram, cuius epitome in Augustana confessione exstat, conformare. Et tales cum simus, cumque hactenus Illustr. et R. D. V. cathedraticum obedientissime dederimus, per Deum et vulnera Jesu Christi rogamus, ut nos contra improbos Alphonsi istius et aliorum conatus tueatur, ei imperet, ut sua curet officia, mittat nos nostrasque ecclesias,

quae nobis, non ipsi commissae sunt, nullo modo turbet; ut item nostris dominis domino Lubomirszky et Domino Turzoni nos commendet, eos ad defensionem nostram suscipiendam excitet, moneatque, ut quemadmodum hactenus fecerunt, nos non tantum tolerent, sed etiam humaniter et clementer tractent. Hoc vere verum veri episcopi munus est; hoc est osculari filium Dei in via, seu vita praesenti, ne pereamus in altera; ne nos tanquam vas figuli in ira sua confringat, comminuat, conterat; hoc est aperire portas, ut intret rex gloriae; hoc est honorare et confiteri Dei filium, qui vicissim honorantes et confitentes se coram hominibus, honorabit et confitebitur coram Patre suo coelesti, eosque gloria et beatitudine ornabit aeterna.

Significatum quoque nobis est, R. et Illustr. D. V. brevi in Scepusium venturum, munus igitur adornavimus poculum argenteum foris et intus deauratum, ut Illustr. D. V. pro nostris facultatibus digne accipiamus. Hoc utrum in adventum Ill. et R. D. V. asservandum; an in capitulum deferendum et provisori tradendum; an vero per occasionem emittendum sit? Illustriss. et Rndiss. D. V. nobis, si non est molestum, clementer aperiat. R. et Illustr. D. V. divinae protectioni commendamus, et denuo oramus, ut nostri defensionem et patrocinium suscipere non dedignetur. Non carebit istud sua remuneratione. Pietas enim ad omnia utilis est, habetque promissionem tam futurae, quam praesentis vitae. Neocomii anno 1604. 12. Martii. R. et Illustris. D. V. SS. M. Joachim Goltzius Senior et 24 regales in Scep.

Has ne interciperentur inclusi aliis, quas simul ad nobilem et generosum dominum Greg. Tyrnaviensem dedi. Hunc autem per litteras petii, ut nostras Reverendissimo exhiberet, nostram doctrinam, tranquillitatem et innocentiam ei commendaret, eundem obsecraret, ut nostri defensionem suscipere et concedere dignetur, ut sub ipsius patrocinio in pace nostris ecclesiis praeesse, et DEI verbum docere possemus, ut item, quo in nos affectu sit episcopus, et quid moliatur, rescriberet. Et ut maiori cura et diligentia nostram apud Reverendissimum ageret causam, aureum ungaricum litteris inclusum ex svasu quorundam fratrum dono ei mitto. 13ª Martii tabellarium cum his Posonium mitto, ut ipse eas domino Gregorio Tyrnaviensi, qui tum in comitiis erat, in manus tradat, mando. Praeter cibum, quem in viaticum a me petiit, dedi ei flor. 4; sic enim inter nos convenerat. Tabellarius domum rediit 4ª Aprilis, litteras Gregorii Tyrnaviensis mihi inscriptas afferens. Rescribit is, litteras nostras se non exhibuisse Reverendissimo, eo, quod in titulo sit erratum (Episcopum enim, non

Archiepiscopum eum nominaverim, ut ex praecedentibus liquet) negotium religionis magnatibus et nobilibus maximae curae esse; siquid metuendum sit, se reversum nobis mature significaturum. Horum tamen nihil factum.

15ª Julii cuidam Gabrieli ministro ecclesiae, quem M. D. Lubomirszky ex pago Hopgarten, Samuele Tamarisco substituto, eiecerat, fraternitati suplicanti dedi meo nomine 2 cub. silig. fratrum vero fl. 1.

Adventus Archiepiscopi.

Eodem anno 11. Septembris Rndiss. et Ill. D. Archiepiscopus D. Martinus Pete de Hethes, Locumtenens etc. Posonio venit in capitulum Scepusiense, cum alio quodam R. Episcopo Tinni[ni]ensi et quibusdam Jesuitis. Huius adventu nunciato, postridie per litteras Leutschoviam voco reverendos viros D. Mathiam Popradiensem, et Joannem Erythraeum Durandensem pastores. Ipse quoque eodem die Leutschoviam pergo, assumtisque reverendo viro domino M. Petro Zablero Leutschoviensi et praedictis duobus pastoribus 13. Septembris Varaliam pergo, circiter 8. matutinam horam cum illis et domino Elia Danielis Waraliensi in capitulum ascendo ad excipiendum archiepiscopum. Ibi primum quibusdam primariis archiepiscopi ministris ad parandum nobis aditum munera offerimus. Balthazaro Diak 2 cochlearia argentea, Thuri Ferencz itidem duo; secretario talerum integrum cum aureo ungarico. Mox Balthazar Diak ad archiepiscopum ingressus, nos adesse, et reverendissimum convenire velle nunciat. Admittimur statim. Intromissi paucis reverendissimum, impetrata prius loquendi venia, excipio, de adventu gratulor, ut eius adventus toti patriae, nobis et ecclesiis nostris salutaris sit precor. Gratias ago Deo, qui hactenus Rndissimum D. incolumem conservaverit, votum addo, ut in posterum etiam eundem conservet. Deinde ipsi quoque gratias ago, quod hactenus sub ipsius episcopatu pacifice nobis vivere et docere incorruptum Dei verbum nobis licuerit; rogo, ut idem quoque postmodum nobis liceat. Nostram veram doctrinam ex solis prophetarum et apostolorum scriptis petitam esse. Tandem nomine fraternitatis offero ei poculum illud, cuius supra facta est mentio; bonosas item 8 et urogallum; (hunc emimus den. 60, illas quindenis nummis. Tabellario ad emendum praedictas aves, in montanas emisso, dominus Elias dedit d. 15. Domino Eliae reddidi omnia.)

Ubi dicendi finem fecissem, iubet nos singulos manus porrigere, deinde breviter nobis in hunc respondit modum: Gratum sibi, quod convenire et excipere eum voluissemus; munus laeto et

amico se excipere animo. Brevi se exploraturum, an nostra doctrina ex scriptis prophetarum et apostolorum petita sit; constituisse visitationem ecclesiarum nostrarum instituere; ideoque a rege Poloniae, cui in politicis [subest], ut sibi in spiritualibus suprema in hanc regionem sit potestas, mandatum impetrasse, hoc ipsum iam comiti XIII oppidorum exhibitum et fortassis nobis etiam lectum esse. Velle itaque brevi ecclesias visitare ac reformare, et quidem iuxta normam Tridentini concilii, ac Waraliae initium facere. Ad haec ego:

Nos istud Deo et ipsius Rdiss. et Ill. Dominationi committere, eum vero divinae protectioni commendare.

Ipse vero posteaquam se excusasset, quod per corporis infirmitatem nos in prandio retinere non possit, pacifice nos dimittit. Dimissi descendimus in parochia domini Eliae; prandemus, sumtoque prandio quisque domum proficiscimur. Domum suo me vehit curru dominus Johannes Durandensis. Ibi me conveniunt vicini quidam pastores, ut cognoscant qualis in nos fuerit reverendissimus. His pintam vini fratrum nomine offero ... ... den. 48.

1604.

Pag. 886.

Quia vero dominus archiepiscopus eodem tempore reformationem ecclesiarum nostrarum moliebatur et nobis eiectionem minabatur, in hanc sententiam rescribo.

Egregio ac Generoso Domino Ladislao Horváth, etc. vicecomiti comitatus Scepusiensis etc. Egregie et Generose Domine VComes! Salutem et officii mei commendationem etc. Binas iam litteras G. V. D. accepi, alteras ad me, alteras ad dominum Eliam conseniorem meum datas, quibus de taxa in subsidium belli Turcici numeranda et mittenda monemur. Ad priores nihil respondi; sic enim visum fuit fratribus, ut responsum differatur, donec de adventu domini reverendissimi, qui nunciabatur, certi aliquid cognoscerent. Metuebant etenim, ne aliquid adportaret mali. Iam quoniam 2do a nobis exigitur, tota 24 regalium fraternitas per me rogat, ut comitatus adtendat, quod hactenus moliti sint et adhuc moliantur pontificii, quomodo non tantum templis XIII oppidorum, sed etiam proventibus pastorum inhient, et quanto in periculo miseri versentur: quod obstat, quominus iam taxam illam conferre et numerare queant. Quodsi camera et nobilitas nostri defensionem susceperint, ut tranquille in functionibus nostris permanere, nostrisque decimis, quas magno cum labore et sumtu conveximus, pacifice frui possimus, etiam hoc anno taxam istam deponemus. Si autem

deserimur et ex paroeciis nostris eiicimur, quomodo voluntati comitatus satisfaciemus? Hoc igitur operam det Comitatus, ut in pace nostro possimus fungi officio, et non habebit, quod in nobis desideret aut culpet.

His E. et G. DV. et nos omnes Deo commendamus. Neocomii anno 1604. 5. Octobris. M. J. G. S. (Magister Joachimus Goltzius Senior.)

Pag. 890.

1605.

Anno 1605 post primam Adventus dominicam dominus Elias Waraliensis consenior dominum Martinum Beckessi provisorem capituli ex meo mandato adit, ei significat nos ad consvetum tempus censum cathedraticum exhibere non posse, quod fratres nondum contulerint, et metuant, ne si nunc dent principi Hungariae, denuo facta mutatione, eundem pontificiis dare cogantur. Ille igitur confestim ad me scribit, nobis exprobrat, quod illis, qui religionis causa hactenus belligerarunt et nostri defensionem susceperunt, censum dare recusemus; monet, ut sine mora numeremus, nisi praesens incurrere discrimen velimus; alias fraternitates omnes iam numerasse. His dominus Elias addit suas, quibus refert, quid praesens cum provisore egerit; quid responderit; sibi etiam consultum videri, ut demus. Quapropter 30ª Novembris cum domino Jonathan Palmensi pastore Waraliam pergo, ante prandium provisorem quaero, non invenio. A meridie cum cognovissem eum domum reversum, cum domino Elia conseniore et Jonathan fratre eius, eum convenio. Causas cur in vigilia Andreae censum non deposuerimus, expono, solutionem eius promitto, si tamen his postulatis nostris satisfiat, nimirum

1° Si videamus ex litteris principis Ungariae, domini Stephani Botzkai, ei potestatem censum exigendi datam.

2° Si nobis caveat non secundo eundem exactum iri.

3^{io} Si princeps nostri defensionem adversus iniustam auditorum vel aliorum etiam vim suscipere, —

4° Si denique nostra privilegia confirmare et libertates tutari velit.

Ille his auditis confestim litteras principis nobis exhibet, quibus census exactionem ei mandat, pollicetur nequaquam futurum, ut denuo exigatur. Principem piis nostris postulatis libenter subscripturum, se etiam, ut hoc fiat, sedulo nobiscum curaturum.

Postquam igitur haec promisisset, censum exhibeo: aureos 61. muneris loco ei dono bonosas duas, 16 nummis emtas, facit den. 32.

pro quietantia talerum ... ... 112 d.
vigilibus in porta ... ... 9 d.
in prandio pro pinta vini ... ... 36 d.
in coena pro vicissim vino exposui ... ... 36 d.
uxori domini Eliae mane discessurus dedi ... 50 d.
nepti eius ex privigna ... ... 9 d.
ancillis ... ... 12 d.
Summa expositae pecuniae facit flor. 10, den. 40, aureos 61.

1606.

Pag. 891.

8[a] Aprilis. Pontificii capitulares suplicarunt fraternitati frumenti causa in sui sustentationem. Illis dedi cubulos siliginis 8, duos meo, sex fratrum nomine, singulos cubulos eo tempore vendidimus 69 nummis; sex cubuli facerent flor. 4 d. 14.

Közli: Bunyitay Vincze.

II. BEVEZETÉS.

Függelékünk második darabja egy igénytelen, nyolczadrétü papirosra írott könyv, melyet a gyöngyösi szent-ferenczrendűek levéltára őriz. A XVIII. században újrakötötték s ekkor a körülvágással a sorokat itt-ott megcsonkították.

Czime: *Tabule Congregationum Generalium Ordinis Sancti Francisci de Observantia Provincie Hungarie Sanctissimi Salvatoris ab anno 1531 usque 1567.*

Tabula a középkori latinságban azt a fatáblát is jelentette, melyet a szerzetesek a klastromokban a falra akasztottak s hogy mindenkinek szemébe tünjék, arra írták a heti szolgálattevők neveit s a heti teendők, tudnivalók stb. sorozatát.[1] És e Tabula elnevezés akkor is megmaradt, mikor már nemcsak fatáblára írták fel a hirdetéseket, hanem papirosra és arról olvasták fel.

Igy maradt rá könyvünkre és a hasonló tartalmú könyvekre a *Tabula* név, mert könyvünk is tulajdonképen nem egyéb, mint foglalatja a magyarországi szent-ferenczrendű szerzetesek tudnivalóinak, azaz mindazon ügyeknek, határozatoknak stb., melyek a nevezett szerzetesek közgyűlésein szőnyegre kerültek.

Nevezetesen: előadja először is a gyűlés helyét s idejét, továbbá a tartományi fejedelem (provincialis) s a főbb elüljárók, tisztviselők megválasztását. Előszámlálja az ország összes custodiatusait (őrségek, kerületek) s az azokban létezett klastromokat, megnevezve egyenként, hogy azok mindenikébe kit választottak meg őrnek (custos), kit gvárdiánnak, kiket az egyes őrségek vizitátorainak (felülvizsgálóinak)? Végre jöttek a folyó ügyek s ezek után néhutt az egyes klastromok butorzatának, fölszerelésének jegyzéke. Ezt cselekszi könyvünk, sőt minden harmadik évben elülről kezdi, mert közgyűlést minden harmadik évben tartottak.

Ezekből láthatjuk, hogy a kis könyvnek van történeti jelentő-

[1] *Du Cange. Parisiis. 1846. VI., 480. l.*

sége, kivált a hitujításra vonatkozólag. Látjuk, hogy a szerzet még 1531-ben is (mikor könyvünk följegyzései kezdődnek), mennyire el van terjedve; még 1535-ben is annyira népes, hogy az erdélyi, addiglan egy őrségből kettőt alakítanak. De látjuk alig egy évtized mulva a rohamos hanyatlást is; az őrségek, a klastromok egyremásra pusztulnak, délen a törökök, éjszakon a «*lutheránusok*» miatt. Sárospatak 1544-ben még áll, de két év mulva az 1546-iki gyűlés jegyzőkönyve már nem említi.

Hitujításra közvetetlenül vonatkozó adatokat a folyó ügyek között találunk, nem sokat, de érdekeseket.

Hitelességükben kételkednünk nem lehet; iratásuk más és más kéztől származik ugyan az idők folyása szerint, de egykorú eseményeket mindig egykorú kezek írnak.

Fridrich Urbán, a magyarországi Szalvatorianus szent-ferenczrendűek történetírója fel is használta nagybecsű művében,[1] de csak mint forrást. Teljes szövegében mi adjuk először, de mi sem egészen végéig, hanem kitüzött czélunk szerint egyelőre csak 1567. évig.

Bunyitay Vincze.

[1] *Historia Provinciae Hungariae Ordinis S. Francisci SS. Salvatoris. Cassoviae, 1759.*

A magyarországi Szalvatorianus Szent-Ferencz-rendűek közgyűléseinek jegyzőkönyvei 1531—1567. évekből.

1531.

In nomine Domini. Amen. Haec est tabula diffinitionis congregationis totius provincie Hungarie Salvatoris M. D. XXXI. decima Martii in Dominica Letare in conventu sancti Spiritus Waradiensi concelebrate.

Imprimis admissa resignatione R. P. F.[1] Martini de Nagoch, R. P. F. Albertus Dereslyen, tunc gvardianus conventus Strigoniensis, rite, recte et concorditer in Ministrum ipsius provincie in primo scrutinio est electus.

Item custos custodum ad capitulum generale V. P. F. Nicolaus de Bwsyaco, custos custodie Strigoniensis, eligitur.

Item discretus provincie F. Benedictus de Azzonfalwa deputatur. Scriba idem.

Diffinitores capituli V. P.

Albertus de Dereslyen electus Minister prefatus.
Nicolaus de Bosyaco (sic) memoratus.
Thomas de Patha.
Benedictus de Azzonfalwa superintendens.
Johannes de Zegedino.

Officiales instituti sunt infrascripti.

In custodia Strigoniensi.

Custos eiusdem custodie P. Nicolaus de Bosyaco qui supra.
G. Strigoniensis P. Matheus de Bachya.
G. Budensis P. Franciscus de Tholna.

[1] *Abreviationes:* R = Reverendus; P = Pater; F = Frater; V = Venerabilis; C = Custos; G = Gvardianus; H = Honorandus.

G. Pestiensis P. Gaspar de Bykal.
G. de Thatha P. Michael de Torda.
G. Wissegradensis P. Georgius de Wyfalw.
G. de Beren P. Joannes de Petherd.
G. de Gyengyes P. Andreas de Rettek.

In custodia Transilvanie.

Custos eiusdem custodie P. Blasius de Arokthew.
G. de Wasarhel P. Paulus de Khatona.
G. de Coloswar P. Joannes de Chianadino.
G. de Hwnyad P. Georgius de Thergovistia.
G. de Thewys P. Emericus de Nytria.
G. de Alba Ecclesia P. Joannes de Saros.
G. de Felfalw P. Joannes de Zegedino.
G. de Meggyes P. Thomas de Byrthalom.
G. de Chyk P. Franciscus de Hwnyad.
G. de Bako P. Franciscus de Zathmar.
G. de Sebws P. Benedictus de Margitafalva.
G. de Thergovistia P. Gaspar de Hwnyad.

In custodia Banye.[1]

Custos eiusdem custodie P. Stephanus de Debrechen.
G. de Banya P. Franciscus de Siry.
G. de Bathor P. Joannes de Tharnok.
G. de Zelews P. Joannes de Kopach.
G. de Meggyesalya P. Benedictus de Zyla.
G. de Kwssal P. Joannes de Waradino.

In custodia Ozore.

Custos eiusdem custodie P. Nicolaus de Balatyncz.
G. de Ozora P. Joannes de Sancto Petro.
G. de Gyergy P. Andreas de Hederhel.
G. de Hederhel P. Albertus de Bodrog.
G. de Kereshegh P. Thomas de Salang.
G. de Chakan P. Andreas de Kereshegh.
G. de Sylye P. Georgius de Baard.
G. de Perechke P. Petrus de Egerzeg.

[1] Tardiori manu adiecctum : «Praetermisit scriptor custodiam Jenőiensem».

In custodia Pathak.

Custos eiusdem custodie P. Thomas de Patha.[1]
G. de Patak P. Joannes de Chazma.
G. de Zantho P. Emericus Thewys.
G. de Czeke P. Georgius de Lesy.
G. de Homonna P. Lucas de Thagyan.
G. de Sowar P. Joannes de Gywla.
G. de Lypthowya P. Mathias de Warna.

In custodia Sclavonie.

C. P. Benedictus de Owar.
G. de Athyna P. Stephanus de Ywanch.
G. de Polyanch P. Stephanus de Ilswa.
G. de Sancto Ladislao P. Petrus de Zagrabia.
G. de Petrocz P. Michael de Sempte.
G. de Waralya P. Stephanus de Dobowycz.
G. de Remetyncz P. Stephanus de Chyrquenna.
G. de Ywanch P. Georgius de Zerdahel.
G. de Dyaco P. Stephanus de Boyocz.

In custodia Sancti Spiritus.

C. P. Emericus de Weresfalwa.
G. de Papa P. Vincentius de Czegled.
G. de Zenthgroth P. Valentinus de Zerdahel.
G. de Sancto Spiritu P. Mathias de Banya.
G. de Thalad P. Mathias de Ebrez.
G. de Palotha P. Albertus de Hahoth.
G. de Tharnok P. Franciscus de Mezlen.
G. de Egerwar P. Franciscus de Eben.

In custodia Zechen.

C. P. Stephanus de Dobza.
G. de Zechen P. Ladislaus de Kereztwr.
G. de Fylek P. Franciscus de Kezy.
G. de Wamos P. Albertus de Nagfalw.
G. de Galgocz P. Franciscus de Harthyan.
G. de Zakolcza P. Petrus de Moravya.

[1] Ab eadem manu adnotatur: «iunior».

Visitatores instituti.

Ex custodia Strigoniensi P. Johannes de Petherd G. de Beren ad custodiam Osore.

Ex custodia Transilvanie P. Franciscus de Hwnyad G. de Chyk ad custodiam Banye.

Ex custodia Banye P. Benedictus de Zyla G. de Meggyesalya ad custodiam Jenew.

Ex custodia Ozore P. Albertus de Bodrog G. de Hederhel ad custodiam Sclavonie.

Ex custodia Pathak P. Emericus de Thewys G. de Zantho ad custodiam Sancti Spiritus.

Ex custodia Sclavonie P. Georgius de Zerdahel G. de Ywanch ad custodiam Strigoniensem.

Ex custodia Sancti Spiritus P. Mathias de Ebreez G. de Thalad ad custodiam Zechen.

Ex custodia Zechen P. Ladislaus de Kerezthwr G. de Zechen ad custodiam Pathak.

Ex custodia Yenew P. Benedictus de Margitafalwa G. de Yenew ad custodiam Transsilvanie.

In tractandis negotiis Capituli interfuerunt patres subscripti videlicet.

R. P. F. Martinus de Nagoch huius provincie Minister cum discreto eiusdem provincie patre videlicet Nicolao de Bosyaco.

V. P. F. Johannes de Kopaach C. custodie Strigoniensis cum suo discreto V. P. F. Alberto de Dereslyen G. Strigoniensi.

V. P. F. Benedictus de Azzonfalwa C. custodie Transilvanie cum suo discreto V. P. F. Gaspare de Bykal G. Coloswariensi.

V. P. F. Mathias de Horhy C. custodie Yenew cum suo discreto V. P. F. Johanne de Zegedino G. Waradiensi.

V, P. F. Johannes de Tharnok C. custodie Banÿe cum suo discreto P. F. Francisco de Wasarhel G. de Kwssal.

V. P. F. Demetrius de Chaath C. custodie Ozore cum P. F. Johanne de Sancto Petro G. de Ozora discreto.

V. P. F. Johannes de Chasma C. custodie Pathak cum suo discreto P. F. Andrea de Harsan G. de Zantho.

V. P. F. Blasius de Arokthew C. custodie Sclavonie cum suo discreto P. F. Georgio de Zerdahel G. de Ywanch.

V. P. F. Johannes de Futhag C. custodie Sancti Spiritus cum suo discreto P. F. Alberto de Hahoth G. de Palotha.

V. P. V. Johannes de Petherd C. custodie Zechen cum suo discreto P. F. Gregorio de Kesserew.

Honorandus P. F. Stephanus de Ywanch G. de Athyna visitator custodie Strigoniensis.

H. P. F. Petrus de Waradino G. de Gywla visitator custodie Transsilvanie.

H. P. F. Stephanus de Debrechen G. de Zelews visitator custodie Yenew.

H. P. F. Emericus de Weresfalwa G. de Thewys visitator custodie Banye.

H. P. F. Gregorius de Bako G. Budensis visitator custodie Ozore.

H. P. F. Thomas de Patha G. Ozore, visitator custodie Sclavonie.

H. P. F. Johannes de Chanadino G. de Zechen, visitator custodie Pathak.

H. P. F. Franciscus de Sirÿ G. de Sowar visitator custodie Sancti Spiritus.

H. P. F. Matheus de Bachya G. de Papa visitator custodie Zechen.

Coassessores Capituli.

H. P. Andreas de Themeswar G. de Gyengyes.

H. P. Michael de Quinqueecclesiis G. de Perechke.

H. P. Thomas de Patha, Gerardus de Harol, Franciscus de Tholna, Paulus de Kathona, Vincentius de Czegled G. de Bathor, Franciscus de Bathor G. Pestiensis, Georgius de Mezeugyan, Ladislaus de Zeek G. de Wasarhel, Petrus de Atthya G. de Hederhel, Petrus de Wylak, Nicolaus de Balatyncz G. de Zalard, Emericus de Thewys G. de Keresheg, Bartholomeus de Buzd G. de Meggyes, Jacobus de eadem, Thomas de Kamarach, Ambrosius de Banya, Johannes de Francia, Ladislaus de Kerezthwr, Andreas de Palka G. de Hwnyad.[1]

Ordinata eiusdem Capituli.

1. Ad Gerla assignentur quatuor fratres, si cum illis dominus Abramffy erit contentus, alioquin mittantur et dentur sex.

2. Horologium Brassoviense deputatur ad Chyk. Domus de Thorda fratribus pro hospitio assignata habeatur, qua ipsi ex apostolico indultu possunt uti tuta conscientia. Fiat calendinum (sic) in Gyengyes iuxta limitationem prioris Ministri.

[1] Altera manu adiicitur: vocales 50 universim.

3. F. Johannes de Gywla nunc G. de Pathak propter nimiam suam potationem de cetero non ponatur ad officium.

4. P. Demetrius Chaath ob nimiam crudelitatem imposterum nunquam preficiatur ad officium guardianatus vel custodiatus.

5. De festis, quę in Kalendario non transferuntur, ut sunt Vincentii, Anastasii, Agnetis secundo etc. servetur modus antiquus videlicet, que si venerint Dominicis diebus vel in festis duppli-cibus, transferuntur a suis locis in sequentem diem et si tunc occur-rerit aliquod festum simplex, istud simplex a suo loco amovebitur et pro residuo habebitur, et festa illa, que... transferuntur in feriam secundam, tenebuntur in locis festorum translatorum pro residuis habentium.

6. F. Nicolaus de Sylye laicus ob mores incorrigibiles habitu ordinis privetur et eiciatur.

7. Ad nullius instantiam et petitionem recipiatur aliqua ex personis scolaribus in sororem tertii ordinis usque ad sequens Capi-tulum propter bellorum turbines.

8. Valentinus de Gywla recipiatur ad... perpetuos, si reverte-tur, alioquin data sibi licentia eat ad reformatos.

9. Sorores de Waralya per custodem Sclavonie transferantur ad sorores Petrochienses.

10. Studium usque ad sequens Capitulum continuabitur Waradini. Lector P. Petrus de Atthya.

11. Locus Gywlensis deinceps in conventum erigitur et inibi fiat organum et hoc totum conceditur ad petitionem patroni Capituli.

Post dictam congregationem in conventu Coloswariensi quarta Julii anno, quo supra, ac alibi per prefatum Ministrum ac quosdam fratres discretos in regestro Capituli expressos aliqua fuerunt deter-minata, ut infra:

12. Patrona de Thewys, si voluerit construere capellam ad latus ecclesie nostre de Thewys, edificet.

13. Item F. Emericus de Palotha sacerdos, si non emenda-verit se de suis pravis moribus, expellatur de ordine.

14. Refectorium et coquina conventus Bathoriensis reficiatur de lapidibus et lateribus.

15. P. C. de Jenew assignet de contrata Gywlensi ad Gerla sex villas, sic tamen, quod eedem non fiant maximo preiudicio ipsis Gywlensibus.

16. P. Matheus de Chwsa sacerdos est licentiatus ad fratres reformatos.

1533.

In nomine Domini Amen.

Hec est tabula diffinitionis congregationis totius provincie Hungarie Salvatoris M. D. XXXIII. prima die Junii in festo sacratissime Penthecostes in conventu beatissime virginis Gywlensi concelebrate.

Imprimis admissa resignatione P. F. Benedicti de Azzonfalwa per mortem reverendi P. F. Alberti de Dereslyen, Ministri in Palotha defuncti, convocatis illuc patribus in commissarium delecti, R. P. F. Martinus de Nagoch, tunc G. Waradinensis, rite, recte et concorditer in Ministrum ipsius provincie in primo scrutinio est electus.

Item custos custodum.

Item discretus provincie P. F. Nicolaus de Bosiaco assignatur; idem in commissarium provincie prefate delectus, si, Domino vocante, mors eiusdem patris Ministri intervenerit. Scriba P. Benedictus de Zyla.

Diffinitores Capituli.

V. P. Martinus de Nagoch qui supra.
Johannes de Tharnok.
Johannes de Copach.
Johannes de Zegedino.
Superintendens Gregorius de Bako.

Officiales instituti sunt infrascripti.

In custodia Strigoniensi.

C. eiusdem custodie P. Benedictus de Azzonfalwa.
G. Strigoniensis P. Emericus de Weresfalwa.
G. Budensis P. Thomas de Patha.
G. Pesthiensis P. Johannes de Zegedino.
G. de Thatha P. Mathias de Affalu (sic).
G. de Gyengyes P. Johannes de Copach.[1]
G. de Beren P. Fransiscus de Hwnyadino.
G. Wyssegradiensis P. Demetrius de Dobos.

[1] Altera manu: «R. Gregorius de Zatha ut in actis Capituli anni 1535».

In custodia Transilvana.

C. P. Stephanus de Ywanch.
G. Coloswariensis P. Paulus de Kathona.[1]
G. de Wasarhel P. Gregorius de Bako.
G. de Thewys P. Caspar de Bycal.
G. de Megyes P. Thomas de Byrthalom.
G. de Alba Ecclesia P. Valentinus de Chedmo.
G. de Felfalw P. Stephanus de Segewsd.
G. de Chyk P. Matheus de Hwnyadino.
G. de Bako P. Franciscus de Somoghwar.
G. de Thergovistia P. Gaspar de Hwnyadino.
G. de Sebews P. Martinus de Enyedino.

In custodia Yenew.

C. V. P. Matheus de Bachya.
G. Waradiensis P. Blasius de Arokthew.[2]
G. Gywlensis P. Paulus de Kathona.
G. de Zalard P. Thomas de Kamanch.
G. de Yenew P. Ladislaus de Kerezthwr.
G. Chanadiensis P. Andreas de Palka.
G. Zegediensis P. Franciscus de Syri.[3]
G. de Gerla P. Stephanus de Debrechen.

In custodia Banye.

C. P. Franciscus de Tholna.
G. de Banya P. Johannes de Waradino.
G. de Bathor P. Petrus de Athya.
G. de Zelews P. Petrus de Waradino.
G. de Megyesalya P. Ladislaus de Chomorkan.
G. de Kwssal P. Nicolaus de Remetincz.[4]

In custodia Ozore.

C. P. Petrus de Zabatkha.
G. de Ozora P. Johannes de Mwche.
G. de Gyergy P. Johannes de Ylyewelgy.

[1] Altera manu: «Mathias de Horhi. Vide acta anni 1535. Vide infra custodiam Jenő».
[2] Altera manu: «Verius Joannes de Kopacs».
[3] Altera manu: «v. Petrus de Ujlak».
[4] Alia manus superscripsit: «Balathincz».

G. de Hederhel P. Johannes de Salang.
G. de Kereshegh P. Andreas de Hederhel.

In custodia Pathak.

C. P. Stephanus de Cherewg.
G. de Pathak P. Demetrius de Chaath.
G. de Zantho P. Emericus de Thewys.
G. de Czeke P. Mathias de Ebrez.
G. de Sowar P. Johannes de Sancto Petro.
G. de Lypthowia P. Petrus de Trwbynth.

In custodia Sclavonie.

C. P. Albertus de Hahoth.
G. de Athyna P. Michael de Zenche.
G. de Polyanch P. Georgius de Cyrquennyk.
G. de Sancto Ladislao P. Georgius de Zelwik.
G. de Waralya P. Georgius de Zerdahel.
G. de Petrocz P. Georgius de Palyczna.
G. de Remethyncz P. Lucas de Zerdahel.
G. de Ywanch P. Stephanus de Dwbowycz.
G. de Dyaco P. Benedictus de Owar.

In custodia Sancti Spiritus.

C. P. Lucas de Thagyan.
G. de Papa P. Franciscus de Chemen.
G. de Thalad P. Paulus de Papa.
G. de Palotha P. Laurentius de Naghberen.
G. de Tharnok P. Mathias de Kapolna.
G. de Egerwar P. Michael de Dyaco.
G. de Zenthgroth P. Andreas de Nyarad.
G. de Sancto Spiritu P. Joannes de Simeghio.

In custodia Zechen.

C. P. Georgius de Wyfalw.
G. de Zechen P. Michael de Bessenyew.
G. de Fylek P. Andreas de Dewa.
G. de Wamos P. Johannes de Polthar.
G. de Galgocz P. Damianus de Almanfalwa.
G. de Zakolcza P. Martinus de Lypthowya.

Ordinata eiusdem capituli.

Item de sororibus tertii Ordinis provisum et sanccitum est, quod de cetero ostiatim non mendicent, possint tamen ire pro petendis helemosinis ad consangvineos et nobiles ipsis devotos; si vero contrarium fecerint, fratres curam earum nequaquam gerant.

Item imagines Beate Virginis de lignis sculpte, quas pompose ornant, auferantur ab eisdem et tales imagines eisdem in posterum non concedantur, ne secularibus pretextu cause devotionis ad tales imagines aditus ad easdem deinceps pateat, unde secute fuerunt multe inconvenientie.

Item prohibetur eisdem firmiter, ne scribere discant, vel seculares utriusque sexus doceant scribere, alioquin, qui secus facere presumpserint, curam earundem fratres non gerent.

Item inhibeatur eisdem per custodes respective in suis custodiis degentibus, quod puellas sub spe et pretextu receptionis ad ordinem earum deinceps non recipiant aut servent sub penis premissis.

Item patres: custos et gvardianus aut confessor earum in premissis cum eisdem non possint dispensare.

Item in loco Zalard edificetur infirmaria de tribus cellis et libraria vetuste infirmarie contiguis.

Item vesta vinaria possessionis Felwyncz assignatur ad conventum Coloswariensem.

Item patres custodes possint vendere et vendant res fratrum illorum, qui censentur superfluas tenere et ab eisdem auferant non necessarias.

Item ad supplicationem devote confratrisse Coloswariensis, que suis sumtibus et expensis edificavit capellam unam sororibus Coloswariensibus, concessum est, ut in ipsa capella servetur Sacramentum Euchariste cum maxima reverentia et honore.

Item capitulum consentaneum se exhibuit concordie fiende cum domino plebano Coloswariensi, qui sepius fratribus se solet opponi *(így)*, quod cadavera defunctorum, qui apud fratres sepulturam eligunt, prius ferant in ecclesiam suam parochialem, ubi servata commemoratione et oblatione, tandem deportent sepelienda ad eosdem fratres — dummodo in ipsa concordia apponatur illa clausula, quod videlicet illi, qui pia devotione commiserint post mortem eius *(így)* funus deferri prius ad dictam ecclesiam parochialem, deinde ad ecclesiam nostram; nolentes autem cogi non

possint per plebanum. Quod decrevit capitulum idipsum ipsi domino plebano insinuari.

Item locus de Perechke, qui est in faucibus Turcarum, ubi periculosum est fratribus propter illos demorari, loci patrono resignetur et fratres de eo extrahantur.

Item similiter locus de Chakan resignetur patrono et loci diocesano.

Item provisum est de quibusdam insolentibus, utpote infrascriptis, videlicet: Barnaba de Dorog, Matheo de Hymeseghaz laicis, Jacobo de Bathor, Clemente de Gywla, Demetrio de Ethe et Gallo de Wyssegrad sacerdotibus, ut data eis licentia transeundi ad reformatos fratres *(így).*

Item concessum est R. P. Ministro prefato in curru peragrare provinciam.

Item deinceps usque ad sequens capitulum studium tenebitur in conventu Sancti Spiritus Waradiensi.

Lector eiusdem studii P. F. Thomas de Kamanch, F. Georgius de Mylwan.

In tractandis negotiis ipsius Capituli interfuerunt subscripti, videlicet:

P. Commissarius prefatus cum suo discreto dicte provincie videlicet V. P. Gregorio de Bako.

Item V. P. F. Nicolaus de Bosyaco memoratus cum suo discreto V. P. F. Matheo de Bachya G. Strigoniensi.

Item V. P. F. Blasius de Arokthew C. custodie Transilvanie cum suo discreto P. Paulo de Kathona G. Coloswariensi.

Item V. P. F. Georgius de Mezewgyan C. custodie Yenew cum suo discreto P. F. Martino de Nagoch G. Waradiensi.

Item V. P. F. Stephanus de Debrechen C. custodie Banye cum suo discreto P. F. Johanne de Kopach G. de Zewlews.

Item V. P. F. Nicolaus de Balathyncz C. custodie Ozore cum suo discreto P. F. Johanne de Sancto Petro G. de Ozora.

Item V. P. F. Thomas de Patha iunior, C. custodie Pathak cum suo discreto P. F. Johanne de Chasma G. de Pathak.

Item V. P. F. Benedictus de Owar C. custodie Sclavonie cum suo discreto P. F. Stephano G. de Waralya.

Item V. P. F. Emericus de Weresfalwa C. custodie Sancti Spiritus cum suo discreto P. F. Alberto de Hahoth G. de Palotha.

Item V. P. F. Stephanus de Dopza C. custodie Zechen cum suo discreto P. F. Stephano de Chereghy.

Item P. F. Georgius de Zerdahel, G. de Ywanch visitator custodie Strigoniensis.

Item P. F. Benedictus de Margitafalwa G. de Yenew visitator custodie Transilvane.

Item P. F. Benedictus de Zyla G. de Megyesalya visitator custodie Yenew.

Item P. F. Franciscus de Hwnyad G. de Chyk visitator custodie Banye.

Item P. F. Johannes de Petherd G. de Beren visitator custodie Ozore.

Item P. F. Ladislaus de Kerezthwr G. de Zechen, visitator custodie Pathak.

Item P. F. Albertus de Bodrog G. de Hederhel visitator custodie Sclavonie.

Item P. F. Emericus de Thewys G. de Zantho visitator custodie S. Spiritus.

Item P. F. Mathias G. de Thalad visitator custodie Zechen.

Coassessores.

V. P. F. Johannes de Tharnok G. de Bathor.
V. P. F. Thomas de Patha *predicator regius.*
P. F. Franciscus de Tholna G. Budensis.
P. F. Gaspar de Bycal G. Pesthiensis.
P. Johannes de Zegedino G. de Felfalw.
P. Johannes de Chanadino G. Coloswariensis.
P. Andreas de Retthek G. Gyengyesiensis.
P. Mathias de Horhy G. Gywlensis.
P. Thomas de Byrthalom G. de Megyes.
P. F. Petrus de Athya G. Lector conventus Waradiensis.
P. F. Demetrius de Chath predicator Pesthiensis.
P. F. Thomas de Kamanch G. de Zalard.
P. F. Petrus de Wylak G. de Zegedino.
P. F. Franciscus de Sÿrÿ G. de Banya.
P. F. Stephanus de Ywanch G. de Athyna.
P. Gregorius de Zatha predicator Waradiensis.
P. Johannes de Waradino G. de Kwsal.
P. Andreas de Chyk predicator Coloswariensis.

Visitatores instituti.

Ex custodia Strigoniensis P. F. Emericus de Weresfalwa visitabit custodiam Yenew.

Ex custodia Transilvanie P. F. Martinus de Enyedino G. de Karansebews visitabit custodiam Pathak.

Ex custodia Yenew P. F. Andreas de Palka G. de Chanadino visitabit custodiam Banye.

Ex custodia Banye P. F. Johannes de Waradino G. de Banya visitabit custodiam Transilvanie.

Ex custodia Ozore P. F. Johannes de Salang G. de Hederhel visitabit custodiam Santi Spiritus.

Ex custodia Zechen P. F. Andreas de Dewa G. de Fylek visitabit custodiam Ozore.

Ex custodia Sclavonie P. F. Georgius de Palychna G. de Petrocz visitabit custodiam Zechen.

Ex custodia Pathak P. F. Johannes de Sancto Petro G. de Czeke [1] visitabit custodiam Strigoniensem.

Ex custodia Sancti Spiritus P. F. Andreas de Narad G. de Zenthgroth visitabit custodiam Sclavonie.[2]

1535.

In nomine Domini. Amen.

Hec est tabula diffinitionis provincialis congregationis provincie Hungarie Salvatoris in loco Gyengyes M. D. XXXV. die 24 mensis Januarii, in dominica videlicet Septuagesima concelebrate canonice, rite ac concorditer in primo scratinio electus est in Ministrum provincie prefate R. P. F. Thomas de Patha senior.

Diffinitores eiusdem congregationis.

R. P. Thomas prefatus.

V. P. Nicolaus de Bosyaco.

V. P. Benedictus de Azzonfalwa.

V. P. Gregorius de Bako.

Superintendens.

V. P. Paulus de Kathona.

[1] Vincentius Blaho, Ordinis huius saeculo XVIII. sacerdos et historiographus, superscripsit: Sowar.

[2] Altera manu: «Hoc anno 1533. gvardiani fuerunt 57. In sequenti 1535. similiter capitulo 57.

Anno vero 1531. erant gvardiani 63. si custodiam Jenew addas ex capitulo anni 1533.

Itaque in hoc capitulo anni 1533. loco non memorantur cum aliis ex custodia Ozora: Czakan et Pereczke; ex custodia Transilvanie: Hunyad; item Sellye, Homonna».

Discretus provincie.

P. F. Benedictus qui supra. Idem et commissarius provincie, si durante officio R. P. Ministri prefati interim, Domino vocante, idem e vivis excesserit. Item commissarius eiusdem R. P. Bude V. P. Martinus de Nagoch; similiter ad loca, ad que idem P. R. personaliter accedere nequierit, commissarii prefati Martinus ac Nicolaus de Bosiaco.

Commissarius R. P. Ministri antedicti ad generale concilium futurum P. Blasius de Arokthew, C. custodie Sancti Spiritus deputatur.

Item ad idem C. custodum P. F. Georgius de Wyfalw G. de Remethyncz electus.

In custodia Strigoniensi.

C. V. P. F. Nicolaus de Bosiaco.
G. Strigoniensis P. F. Stephanus de Cherewgh.
G. Budensis P. F. Martinus de Nagoch.
G. Pesthiensis P. F. Johannes de Tharnok.
G. de Thatha P. F. Vitalis de Kerezthwr.
G. de Gyengyes P. F. Gregorius de Zatha.
G. de Beren P. F. Benedictus de Zyla.
G. Wyssegradiensis P. F. Stephanus de Yanok.
Predicator Budensis P. F. Andreas de Chyk.
Predicator Pesthiensis P. F. Joannes de Waradino.
Predicator Thathensis P. F. Franciscus de Chemen.

In custodia Coloswariensi.

C. P. F. Albertus de Hahoth.
G. Coloswariensis P. F. Paulus de Kathona.
G. de Megyes P. F. Johannes de eadem.
G. de Thewys P. F. Franciscus de Wasarhel.
G. de Sebews P. F. Michael de Bessenyew.
G. de Thergowisthia P. F. Augustinus de Waradino.
Predicator Thordensis Benedictus de Margitafalwa.

In custodia Wasarheliensi.

C. V. P. F. Martinus de Enyedino.
G. de Wasarhel P. F. Franciscus de Hwnyadino.
G. de Felfalw P. F. Thomas de Athya.
G. de Alba ecclesia P. F. Thomas de Byrthalom.

G. de Chyk P. F. Franciscus de Pesth.
G. de Bako P. F. Joannes de Petherd.

In custodia Yenew.

C. V. P. F. Thomas de Patha iunior.
G. Waradiensis P. F. Stephanus de Debrechen.
G. Gywlensis P. F. Johannes de Zegedino.
G. de Zalard P. F. Gaspar de Weche.
G. de Yenew P. F. Thomas de Nyereghaaza.
G. Chanadiensis P. F. Ambrosius de Banya.
G. Zegediensis P. F. Blasius de Hederhel.
G. de Gerla P. F. Petrus de Wylak.

In custodia Banye.

C. V. P. F. Nicolaus de Balathyncz.
G. de Banya P. F. Andreas de Palka.
G. de Bathor P. F. Ladislaus de Kerezthwr.
G. de Zelews P. F. Franciscus de Tholna.
G. de Megyesalya P. F. Ladislaus de Chomorkan.
G. de Kwssal P. F. Johannes de Sancto Petro.

In custodia Ozore.

C. V. P. F. Paulus de Papa.
G. Ozore P. F. Laurentius de Zabatka.
G. de Gyewrgy P. F. Lucas de Thagyan.
G. de Hederhel P. F. Petrus de Zabatka.
G. de Kerewshegh P. F. Paulus de Dalmad.

In custodia Pathak.

C. V. P. F. Emericus de Thewys.
G. de Pathak P. F. Stephanus de Dobza.
G. de Zantho P. F. Andreas de Narad.
G. de Czeke P. F. Simon de Gadna.
G. de Sowar P. F. Gregorius de Lepsy *(így)*.
G. de Lypthowia P. F. Martinus de eadem.

In custodia Sclavonie.

C. V. P. F. Georgius de Zerdahel.
G. de Athyna P. F. Stephanus de Yalswa.
G. de Polyanch P. F. Georgius de Chyrquennik.
G. de Sancto Ladislao P. F. Stephanus de Ywanch.

G. de Waralia P. F. Georgius de Palychna.
G. de Petrocz P. F. Stephanus de Dwbowycz.
G. de Remethyncz P. F. Georgius de Wyfalw.
G. Dyaco F. Benedictus de Chyrquennik.
G. de Ywanch F. Stephanus de Cherquenna.

In custodia Zechen.

C. V. P. F. Johannes de Polthar.
G. de Zechen P. F. Franciscus de Wylak.
G. de Fylek P. F. Paulus de Bezermen.
G. de Wamos P. F. Albertus de Naghfalw.
G. de Galgocz P. F. Damianus de Almanfalwa.
G. de Zakolcza P. F. Petrus de Twrbÿn.

In custodia Sancti Spiritus.

C. V. P. F. Blasius de Arokthew.
G. de Papa P. F. Mathias de Horhy.
G. de Sancto Spiritu P. F. Johannes de Simighio.
G. de Palotha P. F. Mathias de Ebrez.
G. de Tharnok P. F. Laurentius de Naghberen.
G. de Egerwar P. F. Michael de Bessenyew.
G. de Zenthgroth P. F. Mathias de Banya.
Predicator Albensis P. F. Gaspar de Zakan.
Locus studii locus de Papa.
Lector P. F. Petrus de Athya.

In tractandis negotiis Capituli intersint *(így)* subscripti, videlicet: R. P. Minister prefatus cum discreto provincie prefate videlicet V. P. F. Nicolao de Bosiaco.

Item V. P. F. Benedictus de Azzonfalwa C. custodie Strigoniensis cum suo discreto P. F. Johanne de Tharnok.

Item V. P. F. Stephanus de Ywanch C. custodie Transilvanie cum suo discreto P. F. Mathia de Horhy G. Coloswariensi.

Item V. P. F. Franciscus de Tholna C. custodie Banye cum suo discreto P. F. Nicolao de Balathycz G. de Kwssal.

Item V. P. F. Petrus de Zabatka C. custodie Ozore cum suo discreto P. F. Laurentio de eadem.

Item V. P. F. Stephanus de Cherewg C. custodie Pathak cum suo discreto P. F. Emerico de Thewys G. de Zantho.

Item V. P. F. Georgius de Zerdahel C. custodie Sclavonie cum suo discreto P. F. Stephano de Dwbowycz.

Item V. P. F. Lucas de Thagyan C. custodie Sancti Spiritus cum suo discreto P. F. Alberto de Hahoth.

Item V. P. F. Georgius de Wyfalw C. custodie Zechen cum suo discreto P. F. Blasio de Arokthew.

Item P. F. Johannes de Sancto Petro G. de Sowar visitator custodie Strigoniensis.

Item P. F. Johannes de Waradino G. de Banya visitator custodie Transilvane.

Item P. F. Emericus de Weresfalwa G. Strigoniensis, visitator custodie Yenew.

Item P. F. Andreas de Palka G. de Chanadino, visitator custodie Banye.

Item P. F. Andreas de Dewa G. de Fylek, visitator custodie Ozore.

Item P. F. Martinus de Enyedino G. de Sebews, visitator custodie Pathak.

Item P. F. Andreas de Narad G. de Zenthgroth, visitator custodie Sclavonie.

Item P. F. Johannes de Salang G. de Hederhel, visitator custodie Sancti Spiritus.

Item P. F. Georgius de Palychna G. de Petrocz, visitator custodie Zechen.

Coassessores Capituli.

V. P. Thomas de Patha Minister prefatus electus G. Budensis.
Johannes de Zegedino G. Pesthiensis.
Gregorius de Bako G. de Wasarhel.
Stephanus de Debrechen G. de Gerla.
Demetrius de Chaath. G. de Pathak.
Item fratres Gregorius de Zatha G. de Gyengyes.
Ladislaus de Kerezthwr G. de Yenew.
Petrus de Wylak G. de Zegedino.
Alter Petrus de Athya G. de Bathor.
Mathias de Ebreez G. de Czeke.
Johannes de Polthaar G. de Wamos.
Damianus de Almanalfalwa G. de Galgocz.
Paulus de Papa G. de Thalad.
Franciscus de Hwnyad G. de Beren.
Gregorius de Chyrquennye G. de Polyanch.
Item patres: Johannes de Chanadino.
Andreas de Chyk predicator Waradiensis.

Johannes de Chasma.
Benedictus de Zyla, scriba et
Thomas de Patha iunior.

Visitatores instituti.

Ex custodia Strigoniensi G. de Thatha visitabit custodiam Pathak.

Ex custodia Coloswariensi G. de Karan-Sebews visitabit custodiam Wasarheliensem.

Ex custodia Wasarheliensi G. de Felfalw visitabit custodiam Yenew.

Ex custodia Yenew G. de Chanadino visitabit custodiam Coloswariensem.

Ex custodia Banye G. de Megyes (sic) visitabit custodiam Zechen.

Ex custodia Zechen, G. de Wamos visitabit custodiam Sancti Spiritus.

Ex custodia Sancti Spiritus G. de Palotha visitabit custodiam Sclavonie.

Ex custodia Sclavonie G. de Polyanch visitabit custodiam Ozore.

Ex custodia Ozore G. de Hederhel visitabit custodiam Strigoniensem.

Ex custodia Pathak G. de Czeke visitabit custodiam Banye.

Ordinata in Capitulo quo supra.

Item custodia Transilvana, que hactenus fuit una, cum eam patres custodes cum difficultate perlustrarent, divisa est in duas custodias; una vocatur custodia Coloswariensis, sub ea erunt conventus et loca, videlicet: Coloswar, Meggyes, Thewys, Sebews et Thergovistia; altera nuncupatur custodia Wasarheliensis, sub qua continentur: Wasarhel, Felfalw, Alba Ecclesia, Chyk et Bako.

Primam sessionem in capitulo suo hactenus loco, immediate post custodem Strigoniensem tenebit C. Coloswariensis, secundam post eum habebit C. Wasarheliensis.

Item deinceps usque ad aliam deliberationem patrum fratres custodiarum Strigoniensis, Ozora, Sclavonie, Sancti Spiritus et Zechen non de foro, sed de custodia Zechen vestiantur. Fratres vero custodiarum Pathak, Yenew, Banye induantur de Lewchowia.[1]

[1] Manu Vincentii Blaho: «Fuerit hic pannificina».

Item siquis, sive is sit prelatus sive subditus, post publicationem presentis decreti et statuti per R. P. Ministrum in dicto capitulo promulgati, quod Deus avertat, fuerit venenatis erroribus et dogmatibus Luteranis notatus et convictus aut aliquid contra ordinationem Sancte Sedis Apostolice dogmatisaverit et de hoc similiter notatus et convictus fuerit: ipso facto per custodem, in cuius custodia talia emerserint, per integrum mensem carceri mancipetur, eo vero elapso, si talis errorem suum revocaverit, eliberetur de carcere, alioquin remanet illic ad arbitrium patris Ministri. Quod quidem decretum mandat idem P. Minister per patres Custodes et Gvardianos, posteaquam venerint in suas custodias et loca, fratribus suis denunciari.

Item ordinatum est sub eadem pena, quod nullus fratrum audeat libros Luteranos tenere, nisi in particulari, quibus conceditur per P. Ministrum. Et qui illos secus habere contigerit et non resignaverit, pena premissa puniatur. Eosdem vero, qui sunt a catholicis editi contra prefatos Luteranos, fratres ipsi possint tenere et habere.

Item patres Gvardiani sub pena privationis suorum officiorum non sustineant pueros in locis fratrum teneri et haberi, nisi eos, qui pecora et agnellos e contratis habendos pascuant, ubi secus fieri nequierit. Qui et ipsi tamen sub pena premissa non permittantur in ipsis locis pernoctari.

Item decetero capitula provincialia tempore hyemali non celebrentur, sed fiant semper in festo Penthecostes aut alio tempore estivo et tunc eligantur et commissarius et custos ad capitulum generale, si sint eligendi.

Item in singulis custodiis pro novitiis deputentur duo loca devota et idonea vel saltem unus et ponantur sub uno confessore.

Item F. Jacobus de Thwrozko, sacerdos apostata, non recipiatur, cum nulla spes emendandi de eo.

Item F. Franciscus de Coloswar rediens ex apostasia ex gratia habuit carceres trium dierum, qui tandem moneatur, quod si deinceps se non emendaverit aut in aliquo gravi defectu deprehensus fuerit, expelletur ex Ordine.

1537.

In nomine Domini Amen.

Hec est tabula diffinitionis provincialis congregationis provincie Hungarie Salvatoris in loco nostro de Beren XX. die Maii

in festo sacratissime Penthecostes anno Domini M. DXXXVII. concelebrate.

R. P. F. Martinus de Nagoch canonice, rite ac concorditer in Ministrum provincie prefate electus est.

Diffinitores eiusdem V. Capituli et congregationis.

V. P. Paulus de Kathona.
R. P. Martinus prefatus.
V. P. Mathias de Horhy.
V. P. Stephanus de Debrechen.
Superintendens V. P. Joannes de Kopach.

Discretus provincie F. Mathias, qui supra, idem et commissarius eiusdem provincie, si ipsum R. P. Ministrum, durante officio, mori contigerit.

Scriba R. P. Ministri prefati Nicolaus de Banya.

Officiales instituti sunt infrascripti.

In custodia Strigoniensi.

C. V. P. Benedictus de Azzonfalwa.
G. Strigoniensis P. F. Stephanus de Cherewd.
G. Budensis P. F. Nicolaus de Bosyako.
G. Pesthiensis P. F. Joannes de Kopach.
G. de Thatha P. F. Petrus de Zabatka.
G. de Gyengyes P. F. Thomas de Patha iunior.
G. de Beren P. F. Franciscus de Hunyadino.
G. Wyssegradensis P. F. Matheus de Hydwegh.
Predicator Budensis P. F. Andreas de Chyk.
Predicator Pesthiensis P. F. Joannes de Waradino.
Predicator Gyengyessiensis P. F. Franciscus de Chemen.

In custodia Transilvana.

C. V. P. F. Georgius de Wyfalw.
G. Coloswariensis P. F. Caspar de Bykal.
G. de Meggyes P. F. Valentinus de Cidino.
G. de Thewys P. F. Joannes de Mwche.
G. de Sebews P. F. Michael de Dyako iunior.
G. de Hunyadino P. F. Albertus de Hahoth.
G. Wasarheliensis P. F. Benedictus de Zylah.
G. de Felfalw P. F. Mattheus de Hunyadino.

G. de Alba ecclesia. P. F. Michael de Banya.
G. de Chyk P. F. Georgius de Isdench.
G. de Bako P. F. Martinus de Enyedino.[1]
Predicator Coloswariensis ad Hungaros P. F. Andreas de Palka.
Predicator Coloswariensis ad Saxones P. F. Andreas de Kysdemeter.
Predicator de Segeswar P. F. Thomas de Byrthalom.
Predicator de Meggyes P. F. Valentinus de Dyrbach.

In custodia Yenew.

C. V. P. F. Thomas de Athya.
G. Waradiensis P. F. Thomas de Patha senior.
G. Gywlensis P. F. Stephanus de Debrechen.
G. de Zalard P. F. Stephanus de Harsan.
G. de Yenew P. F. Franciscus de Meslyen.
G. de Chanadino P. F. Nicolaus de Balathyncz.
G. Zegediensis P. F. Petrus de Wylak.
Predicator Gywlensis P. F. Michael de Quinqueecclesiis.
Predicator Chanadiensis P. F. Demetrius de Chath.
Predicator Thwriensis P. F. Gregorius de Zewlews.

In custodia Banye.

C. V. P. F. Ladislaus de Chomorkan.
G. de Banya P. F. Joannes de Zenthpether.
G. de Bathor P. F. Andreas de Dewa.
G. de Zewles P. F. Emericus de Thewys.
G. de Meggyesalya P. F. Johannes de Salank.
G. de Kwsal P. F. Petrus de Andoch.
Predicator de Banya P. F. Gregorius de Zatha.
Predicator Desiensis P. F. Joannes de Waralia.
Predicator Thasnadiensis P. F. Paulus de Zerdahel.

In custodia Ozore.

C. V. P. F. Michael de Bessenyew.
G. Ozore P. F. Vitalis de Kerezthwr.
G. de Gyewrgy P. F. Gregorius de Lesy.
G. de Hederhel P. F. Franciscus de Wylak.
G. de Chakan P. F. Mattheus de Dalmad.

[1] Manu Vincentii Blaho: «Omisit scriba: Thergovistiensem».

Predicator Tholnensis P. F. Johannes de Ellewelge.
Predicator de Kalmanche P. F. Mathias de Niek.

In custodia Pathak.

C. V. P. F. Mathias de Ebreez.
G. de Pathak P. F. Stephanus de Dobza.
G. de Zantho P. F. Albertus de Nagfalw.
G. de Cheke P. F. Clemens de Weche.
G. de Wamos P. F. Lucas de Pakos.
Predicator et lector P. F. Petrus de Athya in conventu de Pathak.
Predicator de Myskolcz P. F. Stephanus de Janok.

In custodia Sclavonie.

C. V. P. F. Stephanus de Dobrowycz.
G. de Waralia P. F. Simon de Ywanch.
G. de Petroch P. F. Stephanus de Cyrquenna.
G. de Remethyncz P. F. Stephanus de Jalsowa.
G. de Ywancz P. F. Petrus de Zagrabia.

In custodia Sancti Spiritus.

C. V. P. F. Georgius de Palychna.
G. de Papa P. F. Paulus de Kathona.
G. de Sancto Spiritu P. F. Franciscus de Wasarhel iunior.
G. de Thalad P. F. Joannes de Chasma.
G. de Palotha P. F. Franciscus de Sancto Georgio.
G. de Tharnok P. F. Benedictus de Pakos.
G. de Egerwar P. F. Laurentius de Nagberen.
G. de Zenthgroth P. F. Ladislaus de Zador.

In custodia Zechen.

C. V. P. F. Franciscus de Kezy.
G. de Zechen P. F. Ambrosius de Banya.
G. de Fylek P. F. Joannes de Polthar.
G. de Galgocz P. F. Martinus de Lyptowia.
G. de Lyptowia P. F. Damianus de Almanfalwa.[1]

[1] Alia manu: «hic Guardiani 52.»

In tractandis negotiis Capituli interfuerunt subscripti, videlicet:

R. P. Minister provincie prefate cum discreto eiusdem provincie videlicet P. F. Benedicto de Azzonfalwa.

Item V. P. F. Nicolaus de Bosyako C. custodie Strigoniensis prefatus cum suo discreto V. P. F. Martino de Nagoch antedicto.

Item V. P. F. Albertus de Hahoth C. custodie Coloswariensis cum suo discreto P. F. Paulo de Kathona G. conventus Coloswariensis antelato.

Item V. P. F. Martinus de Enyedino C. custodie Wasarheli cum suo discreto P. F. Francisco de Hunyadino G. de Wasarhel prescripto.

Item V. P. F. Thomas de Patha C. custodie Yenew, cum suo discreto P. F. Stephano de Debrechen G. de Varadino iamfato.

Item V. P. F. Nicolaus de Balathyncz C. custodie Banye cum suo discreto P. F. Andrea de Palka G. de Banya sepedicto.

Item V. P. F. Paulus de Papa C. custodie Ozore cum suo discreto P. F. Luca de Pakos prefato.

Item V. P. F. Emericus de Thewys C. custodie Pathak cum suo discreto P. F. Stephano de Dobza G. de Pathak.

Item V. P. F. Georgius de Zerdahel C. custodie Sclavonie cum suo discreto P. F. Georgio de Palichna, G. de Waralia.

Item V. P. F. Joannes de Chasma [1] C. custodie Sancti Spiritus cum suo discreto P. F. Matthia de Horhy G. de Papa.

Item V. P. F. Joannes de Polthar C. custodie Zechen cum suo discreto P. F. Francisco de Wylak G. de Zechen.

Item P. F. Petrus de Zabadka predictus, visitator Custodie Strigoniensis.

Item P. F. Michael de Bessenyew prenotatus, visitator custodie Wasarheliensis.

Item P. F. Thomas de Athya pretactus, visitator custodie Yenew.

Item P. F. Simon de Gadna, qui supra, visitator custodie Banye.

Item P. F. Petrus de Zagrabia, visitator custodie Ozore prescriptus.

Item P. F. Vitalis de Kerezthwr G. de Thata, visitator custodie Pathak.

Item P. F. Mathias de Ebreez G. de Palotha, visitator custodie Sclavonie.

[1] Manu Vincentii Blaho : fuit is Blasius de Arokthő.

Item P. F. Albertus de Naghfalw G. de Wamos, visitator custodie Sancti Spiritus.

Item P. F. Ladislaus de Chomorkan G. de Megyesalya, visitator custodie Zechen.[1]

Coassessores Capituli.

V. V. H. H. P. P. F. F. Joannes de Tharnok G. Pestiensis.
Benedictus de Zylah G. loci capitularis prefatus.
Emericus Weresfalwa G. Gywlensis.
Ladislaus de Kerezthwr G. Bathoriensis.
Caspar de Bykal G. Zelewsiensis.
Gregorius de Zatha G. Gyengyesiensis.
Thomas de Byrthalom G. de Alba ecclesia.
Damianus de Almanfalwa G. de Galgocz.
Item Andreas de Chyk, predicator Budensis.
Demetrius de Chath predicator Waradiensis.
Joannes de Varadino predicator Pestiensis.
Petrus de Athya lector studii Papensis.

Joannes de Kopach, alter Joannes de Chanadino, Blasius de Arokthew, Georgius de Wyfalw, Stephanus de Bwyocz, et Nicolaus de Banya.[2]

Visitatores instituti.

Ex custodia Strigoniensi G. de Gyengyes visitabit custodiam Jenew.

Ex custodia Transilvana G. de Wasarhel visitabit custodiam Pathak.

Ex custodia Jenew G. de Chanadino visitabit custodiam Banye.

Ex custodia Banye G. de Bathor visitabit custodiam Transilvanie.

Ex custodia Ozore G. de Gyewrgy visitabit custodiam Sancti Spiritus.

Ex custodia Pathak G. de Pathak visitabit custodiam Strigoniensem.

Ex custodia Sclavonie G. de Petrocz visitabit custodiam de Zechen.

Ex custodia Sancti Spiritus G. de Tharnok visitabit custodiam Sclavonie.

Ex custodia Zechen G. de Fylek visitabit custodiam Ozore.

[1] Alia manu: universim 32.
[2] Alia manu: universim 18.

Ordinata eiusdem capituli.

Quod seculares non mittantur ad canapam, ut hactenus, sed excludantur.

Item gallinas ad pullificandum fratres in locis non audeant tenere.

Item fratres absque socio seu sociis non exeant de suis locis, nec in contratis soli vagentur.

Item novicii non transferantur de loco ad locum, nec mittantur ad contratas.

Item custodes in suis custodiis eligant duo vel unum locum pro noviciis.

Item patres custodes cum discretis diiudicent, qui debent portare sandalia et qui non; cum etiam commissarius de hoc conquerebatur.

Item ad infirmos plerumque est maxima crudelitas. Et de hoc similiter commissarius conquerebatur. Ideo patres custodes et gvardiani ac fratres intendant ad curam infirmorum.

Item collatio extraordinaria non prorogetur ultra mediam vel unam horas.[1]

Item quod in nullo loco totius provincie sive conbusto sive non conbusto habeantur boves et equi ad quadrigandum et ubi habentur, patres custodes, postquam intraverint suos custodias, mox infra mensem teneantur sub privatione officii alienare. Et si aliquis gvardianus in hac parte inobediens fuerit patri custodi: et ipse deponatur ab officio cum pena discipline et ieiunii panis et aque. Et si de communitate aliquis restiterit, transferatur ad alium locum cum disciplina ieiunii panis et aque.

Item patres custodes faciant servare cum fratribus constitutionem de quadrigatura, et ipsimet observent: mandat capitulum.

Determinationes Capituli prefati.

Quod paramenta ecclesie de Fwthag portabuntur ad locum de Hunyad ex conventu Coloswariensi.

Item concessit Capitulum, quod crux illa Nicolai Apaffy recipiatur ad conventum de Wasarhely.

Item durante presente disturbio non audent patres recipere locum de Pakos, ideo si dominus patronus vult alteri dare, libere dare et donare possit aliis religiosis.

[1] Ultimae tres voces expunctae sunt.

Item locus de Zalard non relinquatur et continuetur edificium inceptum.

Item locus de Gerla resignetur ordinario et patronis et fratres de eo egrediantur.

Item locus de Wamos coniungatur custodie Pathak et locus Lypthowie custodie de Zechen; et contratas loci deserti de Sowar habeant fratres loci Lypthowiensis.

Item custodia Transilvana sit unica sicut antea.

Item F. Franciscus de Zonyk laicus emittatur de ordine data sibi licencia, ut vadat, ubi poterit animam suam salvam facere.

Item F. Michael de Bodon totus malus, si revertatur, nullo modo recipiatur.

Item organista de Bathor, divortio celebrato inter se et uxorem per Dyocesanum sive eius vicarium, emisso voto de castitate observanda per mulierem, recipiatur ad ordinem nostrum.

1539.

Anno 1539 celebratum est Capitulum Bude, in conventu sancti Joannis in festo sacratissime Penthecostes, in quo eligitur in Ministrum provincie R. P. F. Mathias de Horhy et est in ordine undecimus.

1542.

Christi nomine invocato Amen.

Anno nativitatis eiusdem 1542 in nostro provinciali Capitulo II-a die mensis Februarii in festo videlicet sacratissime Purificationis beatissime Marie virginis et per totam ebdomadam per R. P. F. Mathiam de Horhy, ordinis Minorum regularis observantie provincie Hungarie Salvatoris Ministrum, una cum V. V. P. P. eiusdem provincie custodibus videlicet et discretis aliisque vocalibus fratribus ad id vocari consuetis Waradini in conventu Sancti Spiritus concelebrando pro decore domus Dei ac divini cultus debita devotaque persolutione nec non aliorum negotiorum Capitulo in eodem fiendorum executione officiales sive negotiorum expeditores per eundem R. P. Ministrum ordinati et instituti sunt patres et fratres infrascripti ordine subscripto.

In solemnitate ipsius sacratissime Purificationis b. Marie virginis solennizabit R. P. Minister eligendus. Diaconus V. P. Martinus de Nagoch C. custodie Strigoniensis, subdiaconus V. P. F. Blasius

de Arokthew G. Budensis; Ceroferarii FF. Michael de Darna et Georgius de Barilla clerici, Acolythus F. Simon de Homonna sacerdos. Cantores FF. Stephanus de Sancto Ladislao et Joannes de Beremen sacerdotes. Coadiutores FF. Paulus de Coloswar et Mathias de Thwr similiter sacerdotes, quorum posteriorum erit etiam responsoria nocturna pronuntiare.

Item eodem die ante predicationem missam cantabit V. P. F. Johannes de Tharnok G. conventus antedicti Waradiensis.

Cantores, Acolythus, Ceroferarii prescripti, Diaconus et Subdiaconus infra ebdomadam deputati.

Die Veneris solennizabit V. P. F. Martinus de Nagoch C. custodie Strigoniensis memoratus, Diaconus V. P. F. Thomas de Patha, predicator Budensis, eiusdem custodie discretus. Subdiaconus H. P. F. Albertus de Hahoth G. de Pathak visitator eiusdem custodie, Cantores, Acolythus, Ceroferarii prescripti.

Die Saturni solennizabit V. P. F. Emericus de Thewys C. custodie Transilvanie. Diaconus P. F. Johannes de Waradino G. conventus Coloswariensis, eiusdem custodie discretus. Subdiaconus P. F. Thomas de Athya G. conventus Bathoriensis, visitator eiusdem custodie. Cantores, Acolythus, Ceroferarii predicti.

Dominica Septuagesime solennizabit V. P. F. Andreas de Dewa C. custodie Yenew. Diaconus Andreas de Palka, predicator conventus Waradiensis prenotati, eiusdem custodie discretus. Subdiaconus P. F. Simon de Gadna, per mortem principalis visitatoris eiusdem custodie visitator suppletus. Cantores, Acolythus, Ceroferarii antelati.

Die Lune solennizabit V. P. F. Franciscus de Hwnyadino G. de Zewlews in absentia Custodis custodie Banye C. suppletus, Diaconus P. F. Stephanus de Debreczen eiusdem custodie discretus. Subdiaconus P. F. Gregorius de Bessenyew G. de Zalard, visitator eiusdem custodie. Cantores, Acolythus et Ceroferarii iamdicti.

Die Martis solennizabit V. P. F. Blasius de Arokthew G. Budensis in absentia Custodis custodie Ozore C. suppletus. Diaconus P. F. Vitalis de Kerezthwr eiusdem Custodie discretus. Subdiaconus P. F. Damianus de Almanfalwa G. de Galgoch, visitator eiusdem custodie. Cantores, Acolythus, Ceroferarii sepedicti.

Die Mercurii solennizabit V. P. F. Demetrius de Chat C. custodie Pathak, Diaconus P. F. Mathias de Ebreez G. Conventus de Pathak eiusdem custodie discretus. Subdiaconus P. Emericus de Megyes G. de Albaecclesia visitator eiusdem custodie. Cantores, Acolythus, Cerroferarii annotati.

Ebdomadarius P. F. Gregorius de Zewlews. Diaconus F. Georgius de Zeplak. Subdiaconus F. Urbanus de Miskolcz sacerdotes. Datarium et brevia responsoria pronuntiabit F. Michael de Waralia clericus. Lectiones in choro legat F. Franciscus de Thamasi sacerdos.

Circa divinum officium vigilabunt duo primi cantores, qui quidem cum eorum coadiutoribus prefatis missam dicant infra Capitulum suo ordine.

Item in eodem divino officio cum predictis ac aliis fratribus predicti conventus intersint continue universique fratres videlicet socii patrum custodum, discretorum et visitatorum predictorum, quos causa rationabilis non excusat.

In tractandis negotiis Capituli intersint patres et fratres subscripti videlicet R. P. Minister huius provincie cum discreto eiusdem provincie videlicet V. P. Benedicto de Azzonfalwa.

Item V. P. Martinus de Nagoch antedictus C. custodie Strigoniensis cum suo discreto V. P. F. Thoma de Patha, predicatore dicti conventus Budensis.

Item V. P. F. Emericus de Thwys C. custodie Transilvanie eum suo discreto Johanne de Waradino prescripto.

Item V. P. F. Andreas de Dewa C. custodie Yenew cum suo discreto Andrea de Palka iamfato.

Item V. P. F. Franciscus de Hwnyadino C. suppletus Banye predicte cum suo discreto Stephano de Debrechen prenotato.

Item V. P. F. Blasius de Arokthew C. suppletus custodie Ozore antedictus cum suo discreto P. F. Vitali de Kerezthwr, quo supra.

Item V. P. F. Demetrius de Chaath C. custodie Pathak cum suo discreto P. F. Mathia de Ebreez iamdicto.

Item V. P. F. Nicolaus de Bosyaco, in absentia Custodis custodie Sclavonie C. suppletus, cum suo discreto P. F. Petro de Raacha G. de Remethynch.

Item V. P. F. Michael de Bessenyew C. custodie Sancti Spiritus cum suo discreto P. F. Francisco de Wylak G. de Palotha.

Item V. P. F. Franciscus de Kezy C. custodie Zechen cum suo discreto P. F. Ladislao de Kerezthwr, G. de Zechen.

Item P. F. Albertus de Hahoth predictus visitator Custodie Strigoniensis.

Item P. F. Thomas de Athya visitator custodie Transilvanie.

Item P. F. Simon de Gadna prenotatus visitator custodie Yenew.

Item P. F. Gregorius de Bessenyew prefatus visitator custodie Banye.

Item Damianus de Almanfalwa, qui supra, visitator custodie Ozore.

Item P. F. Emericus de Meggyes, visitator custodie Pathak.

Item P. F. Stephanus de Cherewgh G. de Gywla, visitator custodie Sclavonie suppletus.

Item P. F. Johannes de Illewelgy G. de Hederhel, visitator custodie Sancti Spiritus.

Item P. F. Michael de Nagybessenyew G. de Wamos, visitator custodie Zechen.

Item coassessores Capituli.

Venerabilis ac honorabiles patres et fratres Johannes de Tharnok G. conventus Waradiensis predicti.

Petrus de Athya G. Chanadiensis et lector.

Alter Petrus de Wylak G. de Wasarhel.

Nicolaus de Balathinch G. de Gyewngyes.

Thomas de Birthalom G. de Meggyes.

Mathias de Kapolna G. de Fylek.

Nicolaus de Banya G. de eadem.

Albertus de Nagyfalw G. de Cwsal.

Georgius de Thergovistia G. de Zebews.

Johannes de Lizka G. de Sancti Spiritus.

Stephanus de Dobza.

Alter Stephanus de Ywanch.

Lucas de Pakos predicator de dicta Gyengyes.

Blasius de Zakan predicator de Thasnad.

Franciscus de Thamasi.

Alter Franciscus de Wasarhel.

Valentinus de Wary.

Andreas de Vrbocz et

Benedictus de Cherewgh.

Franciscus de Zegedino, predicator Strigoniensis.

Johannes de Waralia, predicator de Zegedino.

Diffinitores Capituli.

Venerandi patres Blasius de Arokthew.

Martinus de Nagoch.

Emericus de Thewys.

Stephanus de Debrechen.

Superintendens Nicolaus de Bossyako.

Confessores ad populum.

Patres et fratres Petrus de Hethees.
Nicolaus de Kalmanche.
Georgius Bathyan.
Gregorius de Zalard.
Nicolaus de Sancto Andrea.

Sermones ad populum faciant ipso die Sacratissime Purificationis Beatissime Virginis Marie V. P. F. Thomas de Patha predicator Budensis, qui supra.

Die Veneris P. F. Johannes de Waradino G. Coloswariensis predictus.

Die Saturni P. F. Franciscus de Zegedino.

Dominica Septuagesime P. prefatus F. Andreas de Palka, predicator dicti conventus Capituli.

Die Lune P. F. Blasius de Zakan predicator Thasnadiensis.

Die Martis P. F. Albertus de Naghfalw G. de dicta Kwssal.

Sermones ad clerum faciant in profesto sacratissime Purificationis beatissime Marie virginis mane ante electionem de ipsa electione H. P. F. Nicolaus de Bosyaco; ipso die Purificationis post vesperas de contemptu mundi P. F. Blasius de Zakan iamdictus.

Die Veneris proxima post festum eiusdem Purificationis Marie [de] charitate F. Johannes de Chyk.

Guardianus Capituli H. P. F. Stephanus de Dobza. Idem et procurator eiusdem. Coadiutores sui: HH. PP. FF. Franciscus de Wasarhel, qui supra, et Paulus de Posega.

Ad primam mensam legat F. Thomas de Nemethy sacerdos, ad quam serviant HH. PP. FF. Johannes de Lizka G. loci Sancti Spiritus ac Johannes de Waralia, predicator Zegediensis, necnon Franciscus de Wylak et Valentinus de Nadasd sacerdotes, quorum officium erit patribus fercula apponere. Coadiutores fratres Ambrosius de Bodrog, Egidius de Thywadar sacerdotes, nec non Franciscus de Kewesd, Emericus de Dewa clericus et Franciscus de Coloswar laici. Horum officia erit fercula super feretrum portare, mensalia explicare et complicare, refectorium mundare, panem et aquam ministrare et ad lavatorium aquam infundere.

Ad secundam mensam legat F. Paulus de Coloswar saeerdos, ad quam serviant: PP. Johannes de Makwa de Azzoazw (sic) sacerdos, necnon Johannes de Kemeche, Emericus de Zerend, Nicolaus de Kecheth et Stephanus de Widrazeg.

Coquinarii FF. Bonaventura de Baczya. Emericus de Fenek,

et Matheus de Mohoh. Coadiutores eorundem FF. Valentinus de Azzonfalwa, Anthonius de Kanysa, Johannes de Symeg, et Martinus de Nagyernew ac Georgius de Bohnya laici.

Scultellas lavabunt FF. Emericus de Zenthywan, Stephanus de Symeg, alter Stephanus de Kaproncza, Petrus de Atthya, Valentinus de Kapas et Andreas de Wylakpest laici.

Forenses tam regulares quam seculares suscipiant et cum eis procurent: FF. Johannes de Sylle, Laurentius de Karko, Nicolaus de Papa, sacerdotes, necnon Petrus de Syry, Augustinus de Zethe et Stephanus de Zopor laici.

Curas infirmorum gerant: FF. Benedictus de Kanysa sacerdos ac Martinus de Zondoch et Gregorius de Sancto Martino laici.

Sacrista F. Andreas de Vrboch sacerdos, coadiutores FF. Stephanus de Zyla et Gregorius de Zewlews laici.

Organum calcabunt FF. Nicolaus de Petroch et Franciscus de Gyrgyo (sic) laìci.

Campanator F. Gregorius de Waskapw, coadiutores FF. Stephanus de Kaproncha et Georgius de Danos [1] laici.

Canaparius F. Matheus de Thorda, coadiutores FF. Franciscus de Yenew et Damianus de Enyedino laici.

Ad silentium et lumina ac ignem per officinas Conventus vigilabunt FF. Gregorius de Zalard et Stephanus de Warad sacerdotes.

Stubam calefaciat F. Johannes de Gywla laicus.

Ad portam vigilabunt FF. Valentinus de Gywla et Johannes de Fewend laici.

Hec et cetera fiant secundum dispositionem P. Presidentis.

1542.

Acta Capituli provincialis provincie Hungarie Salvatoris 1542 in festo videlicet sacratissime Purificationis Beate Marie virginis Waradini, concelebrati.

In nomine Domini Amen.

Hec est tabula diffinitionis congregationis provincialis provincie Hungarie Salvatoris in conventu nostro Sancti Spiritus Waradiensi secunda die Februarii in festo sacratissime Purificationis beate Marie virginis anno Domini 1542 concelebrate.

In primis admissa resignatione R. P. F. Mathie de Horhy

[1] Posteriori manu: qui factus est apostata.

iam officio ministeriatus defuncti, canonice, rite ac concorditer in primo scrutinio est electus in Ministrum provincie prefate R. P. F. Martinus de Nagoch.

Diffinitores eiusdem congregationis.

Primus V. P. F. Blasius de Arokthew.
Secundus R. P. F. Martinus de Nagoch.
Tertius V. P. Emericus de Thwys.
Quartus V. P. Stephanus de Debrechen.
Superintendens V. P. F. Nicolaus de Bosyaco,

Discretus provincie P. Emericus, qui supra, idem et commissarius eiusdem provincie, si R. P. Ministrum prefatum, durante suo officio, mori contigerit; consimiliter idem et scriba eiusdem R. P. Ministri.

Commissarius R. P. Ministri ad Capitulum generale futurum P. F. Johannes de Waradino, G. de Gyengyes deputatur.

Item ad idem C. custodum P. F. Mathias de Kapolna G. de Beren. Verum, quodsi aliquis horum patrum ad idipsum capitulum generale designatorum isto interim, quo ad capitulum idem itur, decesserit, vicem deficientis ex omnium patrum consensu supplebit P. F. Franciscus de Hunyadino C. custodie Transilvanie.

Officiales instituti sunt, ut infra.

In custodia Strigoniensi.

Custos V. P. F. Albertus de Hahoth.
G. Strigoniensis P. F. Michael de Banya.
G. Budensis P. F. (nomen deest).
G. Pestiensis P. F. Georgius de Palychna.
G. de Thatha P. F. Blasius de Warbona.
G. de Gyengyes P. F. Johannes de Waradino.
G. de Beren P. F. Mathias de Kapolna.
G. de Wissegrad P. F. (nomen desideratur).
Predicator Pesthiensis P. F. Stephanus de Cherewgh.

In custodia Transilvaniae.

Custos V. P. F. Franciscus de Hwnyadino.
G. Coloswariensis P. F. Stephanus de Debrechen.
G. de Wasarhel P. F. Mathias de Horhy.
G. de Meggyes P. F. Thomas de Birthalom.

G. de Thewys P. F. de Dewa (nomen baptismale deest).
G. de Hwnyadino P. F. Georgius de Thergovistia.
G. de Sebews P. F. Michael de Bessenyew.
G. de Alba Ecclesia P. F. Emericus de Meggyes.
G. de Chyk P. F. Andreas de Wrboch.
G. de Bako P. F. Martinus de Enyedino.
G. de Thergovisthia P. F. Franciscus de Somogywar.
Predicator Coloswariensis ad hungaros F. Blasius de Zakan.
Predicator ad Thorda P. F. Demetrius de Wylak.
Predicator ad Enyedinum P. F. Augustinus de Waradino.
Predicator de Chyk P. F. Johannes de Bela.
Predicator de Dewa P. F. Michael de Dyako.

In custodia Yenew.

Custos V. P. F. Benedictus de Azzonfalwa.
G. Waradiensis P. F. Thomas de Patha, Predicator idem.
G. Gywlensis P. F. Blasius de Arokthew.
G. Chanadiensis P. F. Lucas de Pakos, Predicator idem.
G. de Yenew P. F. Ladislaus de Kerewzthwr.
G. de Zalard P. F. Franciscus de Zeremwylak.
G. Zegediensis P. F. Sebastianus de Ezek.
Predicator Gywlensis P. F. Petrus de Athya, lector idem in conventu Gywlensi.
Predicator Zegediensis P. F. Benedictus de Cherewgh.

In custodia Banye.

Custos V. P. F. Nicolaus de Banya.
G. de Banya P. F. Andreas de Palka.
G. de Zewlews P. F. Thomas de Athya.
G. de Bathor P. F. Stephanus de Dobza.
G. de Kwssal P. F. Nicolaus de Balathinch.
Predicator domini Kallay P. F. Johannes de Yllewelgy.
Confessor patrone de Zewlews P. F. Stephanus de Ywanch.
Predicator ad Thasnad F. Valentinus de Nadasd.
Predicator ad Dees P. F. Gregorius de Zewlews.

In custodia Ozore.

Custos V. P. F. Vitalis de Kerezthwr.
G. de Ozora P. F. Antonius de Monostor.
G. de Gewrgy P. F. Paulus de Kerechen.
G. de Hederhel P. F. Mathias de Alfalw.

G. de Chakan P. F. Matheus de Dalmad.
Predicator de Kalmanche P. F. Matheus de Hydweg.
Confessor consortis magnifici domini Valentini Thewrewk.
P. F. Vitalis C. Ozore, qui supra.

In custodia Pathak.

Custos V. P. F. Mathias de Ebreez.
G. de Pathak P. F. Albertus de Nagyfalw.
G. de Zantho P. F. Gregorius de Lesy.
G. de Cheke P. F. Johannes de Lizka.
G. de Wamos P. F. Simon de Gadna.
Predicator ibidem et ad Miskolch ac alias civitates et oppida adiacentia P. F. Johannes de Waralya.

In custodia Sclavonie.

Custos V. P. F. Thomas de Dombro.
G. de Remethinch P. F. Andreas de Ywanch.

In custodia Sancti Spiritus.

Custos V. P. F. Franciscus de Kezy.
G. de Papa P. F. Petrus de Wylak.
G. de Sancto Spiritu P. F. Franciscus de Zegedino.
G. de Thalad P. F. Michael de Erdewd.
G. de Egerwar P. F. Johannes de Mwcha.
Commissarius R. P. Ministri in custodiis Ozore, Sancti Spiritus et Sclavonie P. F. Petrus de Wylak G. de Papa, qui supra.

In custodia Zechen.

Custos V. P. F. Gregorius de Bessenyew.
G. de Zechen P. F. Bernardus de Dobrakwthya.
G. de Fylek P. F. Franciscus de Sancto Georgio.
G. de Galgoch P. F. Petrus de Racha.
G. de Lypthowya P. F. Damianus de Almanfalwa.
Predicator de Zechen P. Demetrius de Chaath.[1]

Ordinata eiusdem capituli.

Imprimis mulieres, vidue vel uxorate *(így)*, hactenus tertiam regulam beatissimi Patris nostri Francisci Chanadini suscepte et in posterum recipiende pro receptis et recipiendis habeantur, sic

[1] Alia manu : Hic Gvardjani 44.

tamen, quod eedem in earum propriis domibus persistant, que unam ex illis seipsis eligant in prelatam, que vel confessor earum peracto probationis novitiali anno, novitias ipsas recipiant ad professionem, si est recipienda. P. C. vel P. G. assignent eis confessorem.

Item fratres loci de Chakan relinquant locum eundem. Quodsi is suo tempore reparabitur, iterum fratres possint in eundem, si postulantur, reinduci.

Item fratres loci de Egerwar habeant contratas [1] olim loci de Kewrewshegh, utpote Sarmelleketh, ut petitur, si illo ire audent.

Item domini iudex et cives Pesthienses postulant mitti ad Pesth plures fratres, quam modo consistunt. Provisum est, quod ad presens non mittantur propter modernas periculosas calamitates, ne a Turcis occidantur vel in captivitatem redigantur, sicut nuper duo ex fratribus non longe a Rakos interfecti sunt. Si pax reformabitur et claustrum Pesthiense restituetur fratribus a Thurcis, pro cuius restitutione ipsi iudex et cives laborent, non recusantur fratres isthuc destinare. Insuper iidem avisent et inducant fratres illos quatuor, qui nunc degunt in domibus sororum tertii ordinis, ut cum ipsis remaneant, predicent et audiant eorum confessiones: placet patribus, quos tamen patres, dictante eorum conscientia, non audent per obviam cogere, ut istic remaneant, ne fiant prede Thurcis vel eos occidant.

Item puella quedam, non obstante priori statuto precedentium capitulorum, ad petitionem domini plebani et iudicis ac civium Meggyesiensium est recepta in sororem novitiam ad cenobium sororum Meggyesiensium.

Item ad petitionem magnifice domine conthoralis magnifici domini Emerici Thewrewk deputatus est eidem predicator F. Franciscus de Zegedino, idem institutus est et G. loci Sancti Spiritus.

Item domine patrone de Zewlews pro refectione tecture nostre ecclesie ibidem assignatus est F. Petrus de Brassowya, etenim F. Johannes, quem petebat, suis viribus est destitutus, non valens intendere tecture edificande.

Item locus de Felfalw totaliter destitutus et ruinatus, ex quo hunc fratres refici *(így)* non possunt, eundem reassumere nequeunt, nisi prius hunc dominus Kendi, prout promittit, vel alius patronus eiusdem loci reparaverit.

[1] Alia manu superscripta: Quaestas.

Item patres se offerunt restituere casulam domino Petro Pereny expensis dominorum Palochi factam, dummodo mittat idem pro illa ad Coloswar cum litteris expeditoriis autenticis suo proprio sigillo sigillatis et manu propria subscriptis, quibus testificetur illam per nos restituisse, quodque si illa alicubi auferatur, nunquam sua dominatio patres et fratres propterea molestabit.

Item currus et equi per P. Guardianum de Papa ad capitulum ducti remittantur fratribus, prout repetunt; tamen non utantur illis in usum fratrum pro contratis, sed dumtaxat pro loco reficiendo, secus sint privati illis.

Item sedes dominorum Siculorum Chykiensium petunt guardianum modernum rursus pro guardiano. Patres providebunt de alio, si is transfertur in alium locum, quoniam semper cura fuit patribus de loco Chykiensi.

Item F. Franciscus de Harthyan sacerdos propter nimiam incuriam infirmorum deinceps non ponatur ad officium guardianatus.

Quidam calix fuit inpignoratus per Chathy certis elemosinis. R. P. Minister procurabit reficere creditori, quem non ignorant fratres de Wamos.

In locis Zechen, Galgoch, Gyewngyes, Beren ac Hederhel, Gyergy et Ozora habeantur equi duo et currus pro singulis eisdem locis propter continuas incursiones Thurcarum, ut possint fratres aufugere in alia loca tutiora cum necessitas eos coget; tandem cessante impedimento huiusmodi rursus equi alienentur de locis, interim habeantur iidem et pro aliis negotiis locorum eorumdem necessariis. Et hoc ex concessione tocius capituli.

Item statutum est, quod interim non preficiatur guardianus ad Budam, quousque Thurci istic erunt, sed pater custos et guardianus Pesthiensis invigilent; quodsi Thurci recesserint, de Pesth statim duo fratres mittantur ad conventum Budensem.

Item P. C. custodie Ozore superintendat et provideat, si propter metum Thurcarum educendi sunt fratres de Gyewrgy, exportet fratres de loco, alioquin remaneant, si viderit P. C., quod possint istic persistere.

Item deinceps in kalendario continuentur festa residua super festum Cesarii, et sic ab isto festo, reversis patribus de capitulo, continuentur etiam in locis festa residua.

Item quemadmodum statutum fuit in capitulo Gyewngyesiensi, quod pueri non teneantur, nec permittantur dormire sive pernoctare in locis fratrum sub penis in illo statuto expressis: ita

et deinceps, si id permittatur, P. G. illius loci privetur officio guardianatus per patrem custodem; si autem ipse P. C. id facere neglexerit, ex tunc P. Minister privet eundem P. custodem propter huiusmodi inobedientiam.

Item fratres loci de Papa sub pena discipline non cantent missam in ecclesia monialium de Wasarhel; possunt tamen in eadem dicere vel legere missam, cum dicantur habere privilegium.

Item iuxta declarationes regule quilibet locus habeat unum confratrem et unum substitutum ab eodem, ad quem absente confratre ipso, omnes elemosine assignentur, que dantur et offeruntur fratribus, et nullus fratrum sive sit custos, sive gvardianus vel subditus; audeat huiusmodi elemosinas deponi facere in sacristia, altari, ladula vel alibi ubicunque locorum, et quicunque secus fecerit, penam in constitutione expressam super quartum capitulum regule sustineat, utpote carceris tribus diebus, cum hoc modo recipere pecuniam, est recipere per interpositam personam.

Item quod patres guardiani, qui sunt predicatores, predicent in suis locis vel alios faciant predicare, alioquin P. Custos tales guar... *(reliqua sunt abscissa).*

Registrum super attinentiis Capituli anno Domini 1542. Waradini celebrati ibidem reservatis.

Item viatica	IIII.	Piccaria [1] nonaginta quinque et ad usum fratrum concessa	XXXIII.
Altaria lignea ...	V.	Conservatoria eorundem	II.
Candelabra lignea	IIII.	Veru	I.
Mense	II.	Olle ferree magne ...	VIII.
Mensalia	XVI.	Cochlearia cribrata	II.
Manutergia super mensalia	VIIII.	Cochlearia lignea ...	V.
Manutergia ad manus extergendas ...	VII.	Cochlearia hausoria cuprea	I.
Sedes circa mensas	VI.	Horgas vas	V.
Sedes consistorii ...	VIIII.	Calciamenta	XXVIIII.
Mensa consistorii	I.	Lodices	XXXXIIII.
Scutelle	III^{C} LX.	Lavatoria stannea ...	IIII.
Disci	II^{C} XX.	Acetabula	XII.
Cantari lignei	VIII.		
Feretra ad portanda cibaria	II.		

[1] Manu Vincentii Blaho: Pocula.

1544.

Acta capituli provincialis provincie Hungarie Salvatoris 1544. in festo sacratissime Penthecostes, prima videlicet Junii concelebrati.

In nomine Domini Amen. Hec est tabula diffinitionis congregationis provincialis provincie Hungarie Salvatoris in conventu nostro sancti Spiritus Waradiensi prima die Junii in festo sacratissime Penthecostes anno Domini 1544 concelebrate. In qua canonice rite et concorditer in secundo scrutinio electus est in Ministrum provincie prefate R. P. Emericus de Thwys.[1]

Diffinitores eiusdem congregationis.

Primus: Venerandus P. F. Thomas de Patha.
Secundus: Venerandus P. F. Mathias de Horhy.
Tertius: V. P. F. Johannes de Tharnok.
Quartus: V. P. F. Nicholaws de Bosyako.

Superintendens.

Venerandus P. F. Benedictus de Azonfalva.

Discretus provincie.

Venerandus P. F. Franciscus de Hunyad deputatus.

Idem fungitur et commissariatus officio, si durante cura ministeriatus contingat prefatum R. P. Ministrum deficere seu mori.

In custodia Strigoniensi.

Custos V. P. F. Simon de Gadna.
G. de Gyengies V. P. F. Franciscus de Zegedino.
G. de Beren P. F. Albertus de Nagfalw.
G. de Zechen P. F. Franciscus de Kezy.
G. de Filek P. F. Michael de Erdewd.

In custodia Transilvana.

Custos V. P. F. Matheus de Hidwegh.
G. de Coloswar P. F. Johannes de Waradino.
G. de Wasarhel P. F. Nicolaus de Balathinch.
G. de Megyes P. F. Valentinus de Girbaht.

[1] De isto Emerico de Thewys alia manu adnotatum: Est in ordine (Ministrorum) decimus tertius. Numerus fratrum totius provincie 490.

G. de Thwys P. F. Thomas de Zigeth.
G. de Hwnyadino P. F. Petrus de Zeremwylak.
G. de Karansebes P. F. Michael de Bessenyew.
G. de Álbaecclesia P. F. Thomas de Birthalom.
G. de Chyk P. F. Franciscus de Sancto Georgio.
G. de Bako P. F. Mathias de Ebreez.
G. de Thergovisthya P. F. Gaspar de Hunyadino.
G. de Felfalw P. F. Franciscus de Somogywar.
Predicator de Dewa P. F. Gregorius de Zewlews.
Predicator de Segeswar P. F. Emericus de Meggyes.

In custodia Jenew.

Custos V. P. F. Albertus de Hahoth.
G. Waradiensis P. F. Martinus Nagoch.
G. de Gywla P. F. Mathias de Horhi.
G. de Chanadino P. F. Thomas de Patha.
G. de Jenew P. F. Valentinus de Jenew.
G. de Zalard P. F. Stephanus de Harsan.
G. Zegediensis P. F. Sebastianus de Ezek.
Predicator Waradiensis P. F. Blasius de Zakan.
Predicator Zegediensis P. F. Benedictus de Cherewg.
Predicator et confessor magnifice domine uxoris magnifici domini Valentini Thewrewk F. Franciscus de Zeremwylak.

In custodia Banye.

Custos V. P. F. Ladislaus de Kerezthwr.
G. Banye P. F. Stephanus de Cherewd.
G. de Zewlews P. F. Andreas de Palka.
G. de Bathor P. F. Johannes de Illewelg.
G. Meggyesalja P. F. Nicholaus de Banya.
G. de Kwsal P. F. Ladislaus de Chomorkan.
Predicator Bathoriensis P. F. Valentinus de Nadasd.
Predicator de Thasnad P. F. Benedictus de Margitafalva.

In custodia Pathak.

Custos V. P. F. Damianus de Almanfalva.
G. de Pathak P. F. Bernardus de Dobrakuthia.
G. de Ceke P. F. Johannes de Symigio.
G. de Lypthowya P. F. Martinus de Lypthowya.
G. de Galgoch P. F. Nicolaus de Sancto Nicolao.
G. de Wamos P. F. Johannes de Waralya.

In custodia Sancti Spiritus.

Custos V. P. F. Petrus de Racha, ac commissarius ad custodiam Transdanubianam idem.

G. de Papa P. F. Gregorius de Papa.
G. de Remethinch P. F. Blasius de Warbona.
G. de Sancto Spiritu P. F. Paulus Kerechen.
G. de Hederhel P. F. Mathias de Nyek.
G. de Thalad P. F. Franciscus de Eben.
G. de Egerwar P. F. Andreas de Davod.
G. de Chakan P. F. Egidius de Sancto Ladislao.
Predicator de Papa P. F. Mathias de Alfalw.
Predicator de Egerwar P. F. Johannes de Mucha.

Ordinata eiusdem Capituli.

Imprimis ordinatur, quod locus de Felfalw alias destitutus, rursus reassumatur, maxime intuitu domini Wolfgangi Bethlen, ad hoc instante etiam domino Francisco Kendi, patrono illius loci, accedentibus tamen conditionibus subscriptis, quod videlicet idem patronus fratres ex illo loco a Lutheranis inposterum seducendos totis viribus conetur eos eicere;[1] preterea idem deputet fratribus loci illius unum confratrem sive procuratorem ex suis jobagionibus, qui per eum eximatur ab omni exaccione ordinaria et extraordinaria, aliisque quibuscunque servitiis et oneribus ipsi patrono debentibus; secus aliquis curam fratrum non acceptat, nec fratres absque illo possunt demorare (sic) in loco, qui ex apostolico indultu oblata et legata fratribus habet dispensare ad eorum usum. Quod si dictus patronus successu temporum dictis fratribus vel alius molestias inferret aut eos persequeretur, si idem eos non tuebitur, liceat eisdem fratribus iterum locum relinquere.

Item hec sunt inter alia, que patronus communiter offert dare, hinc usque ad instantem vindemiam, ad illius loci refectionem et usum fratrum: vasa vini III. cubulos tritici XXXII. boves mactabiles IIII. vaccas VI. oves XXXII. et ceteros boves pro conportandis lignis et aliis necessariis ad loci restaurationem.

Preterea idem optat et wlt, quod locus non cingatur muro, sed duntaxat sepibus, alii *(így)* officine, ut refectorium, celle, coquina, canapa fiant de lapidibus.

[1] Conditio haec in alio libro Tabularum tardius conscripto sic exponitur: «quod patronus Lutheranos, fratres ibi seducentes, totis viribus eicere conetur».

Item locus, quem dominus Bethlehen offert dare ad usum fratrum, a patribus et capitulo non acceptatur, cum post mortem eiusdem, qui vivens pollicetur usus fratribus inibi commorantibus administrare, ubi tamen post eius mortem fratres ipsi diu demorari non possunt ob victus penuriam, quandoquidem *devotio populi sit nimis extincta propter sectam Lutheranam.*[1]

1546.

In nomine Domini Amen.

Hec est tabula diffinitionis congregationis provincialis provincie Salvatoris in conventu nostro sancti Spiritus Waradiensi 13-a die Junii in festo sacratissime Penthecostes anno Domini 1546. concelebrate, in qua rite, concorditer in primo scrutinio electus est in Ministrum provincie prefate R. P. F. Mathias de Horhy.

Diffinitores eiusdem congregationis.

V. P. F. Martinus de Nagoch.
V. P. F. Johannes de Waradino.
V. P. F. Blasius de Arokthew.
V. P. F. Franciscus de Hwnyadino.

Superintendens.

V. P. F. Andreas de Palka.

Discretus provincie.

P. F. Andreas qui supra, idem et commissarius provincie, si durante officio R. P. Ministri prefati interim, Domino vocante, idem e vivis excesserit.

Item commissarius eiusdem R. patris Waradini V. P. F. Martinus de Nagoch.

Item commissarius eiusdem R. P. Ministri ad Capitulum generalissimum est electus V. P. F. Franciscus de Hwnyadino, C. custodie Transilvanie.

Item custos Custodum ad Capitulum generalissimum H. P. F. Damianus de Almanfalwa est electus.

[1] Alia, sequentis saeculi manu : Non fuit intentionis huius Gabriel Bethlen.

Officiales instituti sunt infrascripti.

In custodia Strigoniensi.

C. V. P. F. Lucas de Sasvar.
G. de Gyengyes P. F. Nicolaus de Balathyncz.
G. de Beren P. F. Simon de Gadna.
G. de Wamos P. F. Albertus de Nagyfalw.
Predicator de Gyengyes T. Michael de Dyako.

In custodia Transilvanie.

C. V. P. F. Franciscus de Hwnyadino.
G. de Coloswar P. F. Franciscus de Zegedino.
G. de Wasarhel P. F. Petrus de Wylak.
G. de Megyes P. F. Thomas de Byrthalom.
G. de Thwys P. F. Thomas de Zygeth.
G. de Hwnyad P. F. Stephanus de Harsan.
G. de Sebees P. F. Georgius de Thergovistia.
G. de Alba ecclesia P. F. Martinus de Enyedino.
G. de Chyk P. F. Andreas de Wrbocz.
G. de Bako P. F. Gaspar de Warallya.
G. de Thergovystya P. F. Gaspar de Hwnyadino.

In custodia Jenw.

C. V. P. F. Andreas de Dewa.
G. Waradiensis V. P. F. Emericus de Thwvys.
G. Gywlensis P. F. Johannes de Waradino.
G. Chanadiensis P. F. Valentinus de Wary.
G. de Jenw P. F. Franciscus de Kezy.
G. de Zalard P. F. Michael de Bessenyw.
G. de Zegediensis P. F. Sebastianus de Ezek.
Predicator Chanadiensis F. Stephanus de Cherwg.
Predicator Zegediensis F. Paulus de Coloswar.
Predicator Waradiensis F. Blasius de Zakan.
Predicator de Wassarhel F. Johannes de Betlen.
Predicator de Enyedino F. Gregorius de Zeelews.
Predicator de Thwys F. Franciscus de Chemen.
Predicator de Chyk F. Martinus de Chanadino.
Predicator de Bako F. Thomas de Musna.

In custodia Banye.

C. V. P. F. Johannes de Elyewelgye.
G. de Banya P. F. Ladislaus de Twr.
G. de Zeeleus P. F. Johannes de Warallya.
G. de Bathor P. F. Michael de Nagy-Bessenye.
G. de Megyesallya P. F. Ladislaus de Chomorkan.
G. de Kwsal P. F. Gregorius de Lees.
G. de Pathak P. F. Bernardus de Dobrakwthya.
G. de Czeke P. F. Franciscus de Harthyan.

Predicator magnifici domini Andree de Bathor F. Valentinus de Nadasd.

Predicator magnifici domini Johannis de Peren F. Benedictus de Cherewgy.

Predicator de Banya P. Demetrius de Apati.
Predicator de Tasnad F. Matheus de Hydweg.

In custodia Zechen.

C. V. P. F. Petrus de Racha.
G. de Galgocz idem.
G. de Lypthowia P. F. Damianus de Almanfalwa.

In custodia Sancti Spiritus.

C. V. P. F. Mathias de Ebrez commissarius idem.
G. de Papa P. F. Gregorius de eadem.
G. de Thalad P. F. Mathias de Affalw *(így)*.
G. de Egerwar P. F. Michael de Erdewd.
G. de Sancto Spiritu P. F. Andreas de Dawod.
G. de Ormosd P. F. Thomas de Dombro.
Predicator de Papa P. F. Franciscus de Wylak.

Visitatores instituti 1546.

Ex custodia Strigoniensi visitator G. de Wamos visitabit custodiam Zechen.

Ex custodia Transilvanensi visitator P. G. de Albaecclesia visitabit custodiam Jenew.

Ex custodia Jenw P. G. de Zalard visitabit custodiam Strigoniensem.

Ex custodia Banya P. F. de Meggyesallya visitabit custodiam Transilvanensem.

Ex custodia Zechen P. G. de Lyptho visitabit custodiam Sancti Spiritus.

Ex custodia Sancti Spiritus P. G. de Egerwar visitabit custodiam Banye.

Attinentia Capituli 1546.

Scutelle	IIII^{c}.	Pendentia ferrea	V.
Disci II^{c} et	IIII.	Feretra	II.
Acetabula	V.	Feretrum saliceum	I.
Olle enee	VIII.	Corbes salicei	II.
Cochlearia cribrata	III.	Mensalia	XVI.
Hausoria	II.	Manutergia	X.
Cochlearia lignea	VIII.	Manutergia mensalia	IIII.
Crates	I.	Sudaria	III.
Veru	I.		

Ordinata in Capitulo, quo supra.

Item nullus frater, sive prelatus sive subditus sit, cum aliquam pecuniam secum duxerit ad locum, si guardianus expenderit, nullo modo repetat, nec reddatur eidem.

Item cum aliquis fratrum, sive prelatus sive subditus sit, si equum portaverit ad locum, et hoc ex commissione R. P. Ministri, ex tunc nullo modo inde exportet, nec sibi appropiet, sed sit loci secundum documentum a R. P. Ministro datum.

Item locus de Remetincz relinquatur.

Item locus de Hederhel, cum sit in faucibus Turcarum, propter periculum relinquatur.

Item *locus de Pathak relinquatur,* si bono modo potest fieri; tamen interim locus predictus et locus de Czeke adiunguntur ad custodiam Banye.

Item locus de Wamos coniungitur ad custodiam Strigoniensem.

Item loca de Galgoch et Liptovia nominantur ad custodiam Zechen et idem sit custos et guardianus unius loci.

Item locus Sancti Spiritus relinquatur.

Item locus Czeke relinquatur sub bona conditione.

Item locus de Ormosd acceptatur per Capitulum.

Item questa de Zalka, Almas et Apathy conceditur fratribus de Zegedino et fratres de Chanadino illuc ire non presumant.

Item V. P. Custos Strigoniensis dividat contratas Budensem et Pestiensem Katha vocatas inter fratres de Beren et Gyengyes.

Item in vigilia Ascensionis Domini Missa dicatur in albis

paramentis. Kyrie et Gloria in excelsis dicatur de infra octavas, Prefatio paschalis.

Item festum non transfertur, si venerit die dominico, servetur, si aliqua historia non fuerit posita, si vero historia ponatur, tunc festum non transfertur, ponitur ad secundam feriam, si vero in eadem feria occurrerit aliquod festum simplex, pro residuo habebitur.

Item ordinatio facta in Capitulo de Gyengyes videlicet de abominabili ac pestifera heresi Luterana, quod, si quis fratrum, sive prelatus sive subditus, erroribus venenatis Luteranis fuerit (quod absit) notatus et legittime convictus, aut in vera Christi fide, a sua sancta Sede Apostolica approbata et hactenus observata, nutaverit, hesitaverit aut in ea dubitaverit vel aliquid contra ordinationem eiusdem sancte Sedis dogmatizaverit et de hiis notatus et convictus fuerit: ipso facto per Custodem carceri mancipetur per integrum mensem, quo elapso, si errorem suum detestabilem revocaverit, liberetur e carcere; alioquin ad arbitrium R. P. Ministri remanebit ibidem. Insuper sub eadem pena nullus frater audeat puros libros Lutheranos tenere, nisi de licentia R. P. Ministri speciali alicui vel aliquibus pro sua idoneitate fuerit concessum. Et qui prefatos libros secus inventus fuerit habere aut tenere et suo prelato noluerit resignare, simili pena puniatur; illos tamen libros, qui sunt editi contra Luteranos, habere et tenere possint.

Item ordinatum est: Post Missam conventualem semper dicatur: Dominus det suam... cum Salve regina vel alia Antiphona.

1548.

Acta Capituli provincialis provincie Hungarie Salvatoris 1548. in festo sacratissime Penthecostes videlicet 20-a die Maii concelebrati.

In nomine Domini Amen.

Hec est tabula diffinitionis congregationis provincialis provincie Hungarice Salvatoris in conventu nostro Sancti Spiritus Waradiensi 20-a die Maii in festo sacratissime Penthecostes anno Domini 1548 concelebrate.

In qua canonice, rite et concorditer electus est in Ministrum provincie prefate R. P. Emericus de Thwys.

Discretus provincie P. Benedictus de Czereogy.

Commissarius autem eiusdem provincie:

V. P. F. Martinus de Nagocz, idemque eodem officio commissariatus fungetur, si ipsum R. F. Ministrum usque ad futurum Capitulum mori contigerit.

Diffinitores eiusdem Capituli.

V. P. F. Emericus de Thewys.
V. P. F. Nicolaus de Bosyako.
V. P. F. Andreas de Palka.
V. P. F. Nicolaus de Balatincz.
Superintendens V. P. F. Thomas de Byrthalom.

Item commissarius R. P. Ministri ad Capitulum generalissimum est electus V. P. F. Mathias de Ebrez. G. de Bako.

Item Custos Custodum ad Capitulum generalissimum est electus V. P. F. Nicolaus de Balatincz. C. custodie Transilvane.

Officiales instituti sunt infrascripti.

In custodia Strigoniensi.

Custos V. P. F. Michael de Besenew.
G. de Genges P. F. Andreas de Palka.
G. de Beren P. F. Franciscus de Hunadino.
G. de Vamos P. F. Simon de Gadna.
Predicator de Keczkemeth P. F. Franciscus de Zerem-Wylak.

In custodia Transilvane.

C. V. P. F. Nicolaus de Balatincz.
G. de Koloswar P. F. Franciscus de Zegedino.
G. de Vasarhel P. F. Ladislaus de Kereztwr.
G. de Meges P. F. Thomas de Byrthalom.
G. de Thewys P. F. Caspar de Varallya.
G. de Hunadino P. F. Stephanus de Harsan.
G. de Sebes P. F. Georgius de Thergovisthia.
G. de Albaecclesia P. F. Thomas de Musna.
G. de Chyk P. F. Ladislaus de Czomorkan.
G. de Bako P. F. Mathias de Ebreez.
G. de Thergovisthya P. F. Caspar de Hunad.
Predicator de Enedino P. F. Demetrius de Apathi.

In custodia Jenew.

C. V. P. F. Stephanus de Dobza..
G. Waradiensis P. F. Martinus de Nagocz.
G. Gywlensis P. F. Valentinus de Zabatka.
G. Chanadiensis P. F. Mathias de Horhy.

G. de Jenw P. F. Franciscus de Harthyan.
G. de Zalard P. F. Thomas de Nemethy.
G. Zegediensis P. F. Petrus de Zeremwylak.
Predicator conventus Waradiensis P. F. Johannes de Waradino.
Predicator de Gywla P. F. Blasius de Zakan.
Predicator de Zegedino P. F. Martinus de Chanadino.

In custodia Banye.

C. V. P. F. Michael de Erdwd.
G. de Banya P. F. Albertus de Nagyfalw.
G. de Zewlews P. F. Franciscus de Kezy; confessor magnifici Johannis de Peren idem.
G. de Bathor P. F. Andreas de Dewa.
G. de Megesallya P. F. Matheus de Hydvegh.
G. de Kwsal P. F. Franciscus de Varadwylak.
Predicator magnifici Johannis de Peren:
P. F. Johannes de Varallya.
Predicator de Zewlews P. F. Paulus de Colosvar.
Predicator de Banya P. F. Mathias de Zathmar.
Predicator de Thasnad P. F. Andreas de Zanto.

In custodia Sancti Spiritus.

C. V. P. F. Johannes de Illewelg.
G. de Papa P. F. Michael de Denko, idem et commissarius R. P. Ministri ultra Danubium.
G. de Talad P. F. Gregorius de Thard.
G. de Egerwar P. F. Laurentius de Zalka.
G. de Ormosd P. F. Martinus de Iwancz.
G. de Remetincz P. F. Thomas de Dombro.

In custodia Zeczen.

C. V. P. F. Valentinus de Vary.
G. de Liptovia P. F. Georgius de Racza.
G. de Galgocz P. F. Andreas de Vrbocz.
Predicator de Liptovia P. Michael Verbeocza.
Predicator de Galgocz P. F. Damianus de Almanfalwa.

Acta Capituli.

Quod tectura ecclesie nostre de Kolosvar reparetur.

Item fratres de Kusal habeant duos equos usque ad futurum Capitulum.

Item fratres quoque de Megesallya habere possunt duos equos.

Item fratres de Banya habeant duos equos.

Item P. Minister utatur curru.

Item post antiphonam: «Sub tuum presidium» tempore elevationis sub missa conventuali dicatur oratio: Defende.

Item ex consensu Capituli habeant vineam in orto fratres Gywlenses.

Item fratres de Banya, ibidem gerant curam animarum et oblationes elemosinarum valeant accipere.

Item signum ad Completorium faciant sicut antiquitus solebamus facere, et, si videbitur, in aliquibus locis tempore Quadragesime faciant, ut hiis duobus revolutionibus actum est.

Locus Capituli erit in Waradino.

Attinentia Capituli anno 1548.

Scutelle III^{C} minus	XII.
Disci	I^{C} LXXV.
Acetabula	XII.
Scutelle magne	VI.
Mensalia	XV.
Manutergia super mensalia	VII.
Manutergia ad manus extergendas	V.
Mensalia secularia	II.
Manutergia ad pedes extergendas	III.
Lavatoria plumbea	III.
Pixides salium	V.
Feretra ad portanda cibaria	II.
Mense	II.
Sedes consistorii	VIII.
Mensa consistorii	I.
Piccaria	LXVI.
Olle ferree	VIII.
Cochlearia cribrata cuprea	IV.
Hausoria magna cuprea	II.
Pendentia ferrea	V.
Cochlear hausorium	I.
Cochlearia lignea	VI.
Veru ferreum magnum	I.
Cantari lignei	IV.
Altaria lignea	IV.

Viatica septem.

Visitatores instituti anno 1548.

Ex custodia Banye ad custodiam Transilvanam erit visitator H. P. G. de Megyesallya.

Ex custodia Transsilvana ad custodiam Jenw erit visitator H. P. F. G. de Sebes, quo deficiente erit G. de Hunyad.

Ex custodia Jenw ad custodiam Banye erit visitator H. P. G. de Jenw.

Ex custodia Strigoniensi ad custodiam Zechen erit visitator H. P. G. de Wamos.

Ex custodia Zechen ad custodiam Sancti Spiritus erit visitator H. P. G. de Galgocz.

Ex custodia Sancti Spiritus ad custodiam Strigoniensem erit visitator H. P. G. de Egerwar.

1550.

In nomine Domini Amen.

Hec est tabula diffinitionis congregationis provincialis provincie Hungarie Salvatoris in conventu nostro Sancti Spiritus Waradini 25. die Maii in festo sacratissime Penthecostes anno Domini 1550 concelebrate.

Inprimis admissa resignatione R. P. F. Emerici de Thewys R. P. F. Nicolaus de Balathyncz canonice, rite et concorditer in primo scrutinio in Ministrum ipsius provincie electus est.

Diffinitores eiusdem congregationis.

V. P. F. Martinus de Nagoch.
V. P. F. Mathias de Horhy.
V. P. Johannes de Waradino.
V. P. F. Thomas de Byrthalom.
Superintendens V. P. F. Blasius de Arokthw.
Discretus provincie P. F. Mathias de Ebrez.
Commissarius eiusdem R. P. Ministri:

V. P. F. Emericus de Thewys, G. conventus Varadiensis, qui eodem officio commissariatus fungetur, si ipsum R. P. Ministrum usque ad sequens Capitulum mori contigerit.

Officiales instituti sunt infrascripti.

In custodia Strigoniensi.

C. V. P. F. Simon de Gadna.
G. de Gyengyes P. F. Johannes de Waradino.
G. de Beren P. F. Mathias de Horhy.
G. de Wamos P. F. Laurentius de Quinqueecclesiis.
Predicator de Kechkemeth F. Franciscus de Wylak.
Predicator de Wamos F. Martinus de Chanadino.

In custodia Transsilvane.

C. V. P. F. Andreas de Dewa.
G. de Coloswar P. F. Benedictus de Cherwd.
G. de Wassarhely P. F. Franciscus de Zegedino.
G. de Megyes P. F. Thomas de Byrthalom.
G. de Thewys P. F. Ladislaus de Chomorkan.
G. de Hunyadino P. F. Ladislaus de Egeres.
G. de Sebes P. F. Martinus de Enyedino.
G. de Albaecclesia P. F. Thomas de Musna.
G. de Chyk P. F. Albertus de Nagffalw.
G. de Bako P. F. Laurentius de Coloswar.
G. de Thergavistia P. F. Gaspar de Hunyadino.
Predicator de Hunyadino F. Franciscus de Chemen.
Predicator de Enyedino F. Stephanus de Cherwd.

In custodia Jenew.

C. V. P. F. Nicolaus de Banya.
G. Waradiensis P. F. Emericus de Thewys.
G. Gywlensis P. F. Thomas de Zygeth.
G. Chanadiensis P. F. Matheus de Hydveg.
G. de Zalard P. F. Franciscus de Harthyan.
G. de Zegedino P. F. Demetrius de Appathy.
Predicator conventus Waradiensis Andreas de Palka.
Predicator Gywlensis F. Blasius de Zakan.

In custodia Banye.

C. V. P. F. Valentinus de Bary (sic).
G. de Banya P. F. Ladislaus de Kerezthur.
G. de Zewlews P. F. Georgius de Zeplak.
G. de Bathor P. F. Franciscus de Hunyadino.

G. de Megyesalya P. F. Stephanus de Harsan.

G. de Kussaly P. F. Stephanus de Dobza.

Predicator magnifici domini Joannis de Peren F. Johannes de Waralya.

Predicator de Banya F. Paulus de Coloswar.

Predicator de Tasnad F. Andreas de Zanto.

In custodia Sancti Spiritus.

C. V. F. Franciscus de Vylak.

G. de Papa P. F. Johannes de Lyzka.

G. de Thalad P. F. Michael de Erdeed.

G. de Egerwar P. F. Laurentius de Zalka.

G. de Ormosd P. F. Georgius de Racha.

G. de Remethyncz P. F. Matheus de Nowak.

Predicator de Papa P. F. Michael de Dyako.

In custodia Zechen.

C. V. P. F. Johannes de Yllewlgy.

G. de Liptovia P. F. Damianus de Almanfalwa.

G. de Galgoch P. F. Johannes qui supra.[1]

Ordinata in Capitulo quo supra.

Fratres non tenentes silentium ad mensam puniantur per R. P. Ministrum et visitatorem pena discipline. Etiam guardiani non facientes observari.

Item ad mensam legant iuvenes et senes secundum ordinem et scribatur in tabula; legant autem edificatoria.

Item constitutio antiqua de prohibitione receptionis pecuniarum bona est, et Capitulum totum confirmat et quicunque contrarium fecerit, sive subditus sive prelatus, puniatur pena in constitutionibus determinata et super addatur disciplina: usque vitulos.

Item fuit ordinatum in Capitulo Gyengyesiensi, quam ordinationem etiam presens Capitulum de novo confirmat et ordinat videlicet, quod:

(Vide acta capituli anni 1546 supra pag. 508, lineas 7—22.)

Item patres guardiani sub pena privationis suorum officiorum non audeant aut sinant habere et tenere pueros in locis fratrum, nisi forte pro pascendis agnellis et pecoribus interim de contratis habendis, ubi secus fieri nequierit. Qui et ipsi tamen sub dicta pena non permittantur in ipsis locis fratrum pernoctare.

[1] Manu Vincentii Blaho: Conventus 30.

Item pueri scolares in locis fratrum non doceantur.

Item determinatum est, ut fratres possint habere, si voluerint, calceos seculares usque ad genua; si quis autem excesserit genua in longitudine, vel claviculis sufferrare presumpserit, puniatur pena discipline et ieiunii panis et aque.

Item fratres Chykienses habeant pro questa vinaria Zenaheweres.

Item fratres de Gyengyes habeant pro contratis tres Kathas scilicet Zenthmarton-Katha, Egres-Katha, Cheke-Katha, reliquas habeant fratres de Beren.

Locus Capituli: conventus Waradiensis in Dominica Cantate.

Visitatores instituti:

Ex custodia Strigoniensi F. Laurentius de Quinqueecclesiis G. de Wamos visitabit custodiam Zechen.

Ex custodia Transsilvana F. Martinus de Enyedino G. de Sebes visitabit custodiam Banye.

Ex custodia Jenew F. Franciscus de Harthyan G. de Zalard visitabit custodiam Transilvanam.

Ex custodia Banye F. Franciscus de Hunyadino G. de Bathor visitabit custodiam de Jenew.

Ex custodia Sancti Spiritus F. Michael de Erded G. de Thalad visitabit custodiam Strigoniensem.

Ex custodia Zechen F. Damianus de Almanffalwa G. de Liptovia visitabit custodiam Sancti Spiritus.

Registrum super attinentiis Capituli Waradini reservatis.

Mensa consistorii	
Sedes eiusdem	IV.
Lavatoria plumbea	III.
Scutelle magne	XX.
Scutelle parve CC. minus	IX.
Cantari lignei magni	VI.
Cantari minores	II.
Disci	XXXVII.
Piccaria	LX.
Conservatorium eorundem	I.
Feretra ad portanda cibaria	II.
Feretra II. contexta ex virgultis.	
Cochlearia cribrata	IV.
Cochlearia hausoria erea, magna	II.
Craticula magna cum verubus.	

Viatica --- --- --- --- --- --- --- --- ---	V.
Mensalia --- --- --- --- --- --- --- ---	XIV.
Manutergia super mensalia --- --- --- ---	VI.
Manutergia ad extergendas manus --- ---	X.
Calciamenta --- --- --- --- --- --- --- ---	VIII.
Acetabula--- --- --- --- --- --- --- ---	VI.
Pixides salium --- --- --- --- --- --- ---	X.
Mensalia secularia --- --- --- --- --- ---	III.

1552.

Acta Capituli provincialis provincie Hungarie Salvatoris anno Domini 1552. in Dominica Cantate 15-a videlicet mensis Maii concelebrati.

In nomine Domini Amen.

Hec est tabula diffinitionis congregationis provincialis provincie Hungarie Salvatoris in conventu nostro Sancti Spiritus Waradiensi 15-a die Maii in Dominica Cantate concelebrate. In qua canonice, rite et concorditer in tertio scrutinio electus est in Ministrum provincie R. P. Benedictus de Cherwgy, commissarius autem eiusdem R. P. Ministri V. P. F. Emericus de Thywys; idemque eodem officio commissariatus fungetur, si ipsum R. P. Ministrum usque ad futurum Capitulum mori contigerit.

Discretus provincie V. P. F. Mathias de Ebrez.

Diffinitores eiusdem congregationis.

V. P. F. Benedictus de Cherwgy.
V. P. F. Franciscus de Hunyadino.
V. P. F. Andreas de Palka.
V. P. F. Mathias de Ebrez.

Superintendens.

V. P. F. Franciscus de Zegedino.

Officiales instituti sunt infrascripti.

In custodia Strigoniensi.

C. V. P. F. Franciscus de Hunyadino idem et G. de Beryn.
G. de Gyengyes P. F. Johannes de Varadino.
G. de Wamos P. F. Laurentius de Quinqueecclesiis.

Predicator ad Kechkemeth P. F. Mathias de Zathmar.
Predicator loci de Wamos P. F. Stephanus de Dobza.

In custodia Transilvana.

C. V. P. F. Matheus de Hydveg.
G. de Kolosvar P. F. Mathias de Horhi.
G. de Wasarhel P. F. Andreas de Palka.
G. de Megyes P. F. Valentinus de Dirbach.
G. de Thwys P. F. Ladislaus de Chomorkan.
G. de Sebes P. F. Demetrius de Zeplak.
G. de Albaecclesia P. F. Gregorius de Thard.
G. de Chyk P. F. Egidius de Thywadar.
G. de Baka P. F. Petrus de Sancto Michaele.
G. de Thergovistia P. F. Jacobus de Zerdahel.
Predicator de Kolosvar P. F. Demetrius de Apathy.
Predicator de Chyk P. F. Andreas de Zantho.
Predicator de Enyedino P. F. Laurentius de Kolosvar.
Predicator loci de Bako P. F. Martinus de Felsebania.
Predicator de Sebes P. F. Georgius de Thergovistia.

In custodia Jenew.

Custos V. P. F. Emericus de Thwys.
G. Waradiensis P. F. Thomas de Zygeth.
G. de Gywla P. F. Franciscus de Zegedino.
G. de Zalard P. F. Franciscus de Hartyan.
Predicator Waradiensis P. F. Blasius de Zakan.
Predicator ad Byhar P. F. Paulus de Kolosvar.

In custodia Banye.

C. V. P. F. Nicolaus de Banya.
G. de Zeles P. F. Urbanus de Miskolcz.
G. de Bathor P. F. Andreas de Bathor.
G. de Megyesalya P. F. Stephanus de Harsan.
G. de Kussal P. F. Simon de Gadna.
Predicator magnifice domine patrone de Zeles: P. F. Johannes de Illewelg et confessor.
Predicator ad Tasnad P. F. Martinus de Chanadino.

In custodia Sancti Spiritus.

C. V. P. F. Michael de Dyako.
G. de Papa P. F. Franciscus de Zeremwylak.

G. de Thalad P. F. Stephanus de Vizvar.
G. de Egervar P. F. Valentinus de Bary.
G. de Ormosd P. F. Michael de Sancto Petro.
G. de Remethyncz P. F. Petrus de Valpo.
Predicator de Egervar P. F. Laurentius de Zalka.
Predicator de Ormosd P. F. Georgius de Racha.
Predicator de Remethyncz P. F. Matheus de Novak.

In custodia Zechen.

C. V. P. F. Damianus de Almanfalwa, idem et G. de Lipto.
G. de Galgocz P. F. Johannes de Mwche.
Predicator de Galgocz P. F. Michael de Vyrbyczya.

Acta sive ordinationes Capituli huius.

Item constitutio provincialis prohibens bibitionem vini in civitate ab omnibus observetur et per prelatos in constitutionibus pena taxata absque licentia bibentibus imponatur.

Item constitutio antiqua de prohibitione receptionis pecuniarum bona est, et Capitulum eandem confirmat. Quicunque autem sive subditus sive prelatus contrarium fecerit: puniatur pena in constitutionibus determinata et superaddatur disciplina: usque vitulos.

Item statutum capituli Beryniensis de sandaliis et calceamentis servetur; quod videlicet patres custodes cum discretis diiudicent, qui debeant portare sandalia et qui non, quod si patres custodes facere neglexerint, per R. P. Ministrum vel visitatorem puniantur pena discipline.

Item fratres ne fiant proprietarii; nullus eorum audeat lodicem procurare aut retinere ad usum proprium aut secum transferre de loco ad locum, nisi velit eundem remittere ad locum; nec prelatus quicunque possit dare licentiam fratri vendendi aut secum ad alium locum portandi lodicem, sed resignetur locis; contra faciens disciplinam accipiat et ieiunet in pane et aqua tribus diebus. Patres etiam gvardiani lodices ex loco secum ad capitulum portatos dent gvardianis per Capitulum institutis ad locum deferendos sub pena premissa.

Item nullus fratrum presumat fratri vendere precio rem aliquam, puta, habitum, tunicellam etc.

Item nullus audeat alteri fratri rem aliquam pecuniis facere, puta, vaginas, pennale sive tecam pennarum aut rasoriorum aut compaginare libros, sed talia faciant et dent fratribus suis ex chari-

tate; contrarium faciens accipiat disciplinam et ieiunet in pane et aqua tribus diebus.

Item patres gvardiani, dum loca sua ingrediuntur, ponant in registrum utensilia claustri, et in discessu ad Capitulum recitent ex registro coram communitate defectum eorundem, et per eos procurata scribantur in eodem registro.

Item patres gvardiani, dum exeunt loca sua et vadunt ad Capitulum, duobus saltem fratribus discretis elemosinam pecuniarum intiment, puta, quantum elemosine dimittunt in loco, et quantum pro itinere et expensis secum aufferunt; alioquin reddunt seipsos suspectos, fratribusque dant occasionem murmurandi et sibi detrahendi.

Item prelatus potens ex elemosina loci fratribus de vestitura providere et non providens, sibi vero providerit: per R. P. Ministrum puniatur pena subscripta, puta, privetur vestitura sibi ipsi provisa, que distribuatur fratribus, quibus secundum provincie consvetudinem tenebatur de vestitura providere.

Item patres guardiani non audeant fratribus dare licentiam exeundi de loco, eosdem verbis iniuriosis exasperando aut custodibus resignando (sic).

Locus Capituli: conventus Waradiensis vel relinquitur arbitrio R. P. Ministri secundum temporis exigentiam.

Visitatores instituti.

Ex custodia Strigoniensi G. de Wamos, visitabit custodiam Zechen.

Ex custodia Jenew G. de Zalard visitabit custodiam Banye.

Ex custodia Transilvana G. de Karansebes visitabit custodiam Jenew.

Ex custodia Banye G. de Bathor visitabit custodiam Transilvanam.

Ex custodia Sancti Spiritus G. de Egherwar visitabit custodiam Strigoniensem.

Ex custodia de Zechen G. de Galgocz visitabit custodiam Sancti Spiritus.

Registrum super attinentiis Capituli Waradini reservatis.

Mensa consistorii	I.
Sedes consistorii	V.
Lavatoria plumbea	III.

1554.

Acta Capituli provincialis provincie Hungarie Salvatoris 1554 concelebrati.

In nomine Domini Amen.

Hec est tabula diffinitionis congregationis provincialis provincie Hungarie Salvatoris in conventu nostro de Zewlws 10-a die Junii anno Domini 1554 concelebrate. In qua admissa resignatione R. P. F. Benedicti de Cherwgy canonice, rite et concorditer in primo scrutinio electus est in Ministrum provincie prefate R. P. F. Emericus de Thewys.

Discretus provincie.

P. A. F. Mathias de Ebrez idem et commissarius provincie, si durante officio ipsum R. P. Ministrum mori contigerit. Commissarius eiusdem R. P. Ministri Waradini residens V. P. F. Mathias de Horhy.

Diffinitores eiusdem congregationis.

V. P. F. Emericus de Thewys.
V. P. F. Mathias de Horhy.
V. P. F. Johannes de Waradino.
V. P. F. Franciscus de Zegedino.
Superintendens V. P. F. Valentinus de Dyrbach.

Officiales instituti sunt infrascripti.

In custodia Strigoniensi.

C. V. P. F. Nicolaus de Banya.
G. de Gyengyes P. F. Benedictus de Cherwgy.
G. de Beryn P. F. Johannes de Waradino.
G. de Wamos P. F. Johannes de Yllewelg.

In custodia Transilvana.

C. V. P. F. Demetrius de Apathy.
G. de Koloswar P. F. Blasius de Zakan.
G. de Vassarhely P. F. Franciscus de Zeremwylak.
G. de Albaecclesia P. F. Laurentius de Koloswar.
G. de Chyk P. F. Egidius de Thywadar.

G. de Meghyes P. F. Valentinus de Dyrbach.
G. de Thwys P. F. Ladislaus de Chomorkan.
G. de Sebes P. F. Simon de Gadna.

In custodia Jenyeu.

C. V. P. F. Andreas de Dewa.
G. conventus Sancti Spiritus Waradinensis P. F. Stephanus de Sancto Ladislao.
G. de Gywla P. F. Andreas de Palka.
G. de Zalard P. F. Stephanus de Harsan.
G. de Bathor P. F. Franciscus de Zegedino.
G. de Megyesalya P. F. Andreas de Zantho.
G. de Kussal P. F. Gregorius de Papa.
G. de Zewles P. F. Urbanus de Miskolcz.

In custodia Sancti Spiritus.

C. V. P. F. Michael de Erdwd.
G. de Papa P. F. Johannes de Waralya.
G. de Egerwar P. F. Michael de Myhalcz.
G. de Ormosd P. F. Georgius de Racha.

In custodia Zechen.

C. V. P. F. Damianus de Almanfalwa idem et G. de Galgocz.
G, de Lipto P. F. Franciscus de Hartyan.

Visitatores instituti.

Ex custodia Strigoniensi G. de Vamos visitabit custodiam Zechen.

Ex custodia Transilvana G. de Meghyes visitabit custodiam Jenyeu.

Ex custodia Jeneu visitabit G. de Zalard visitabit custodiam Transilvanam.

Ex custodia Sancti Spiritus G. de Egerwar visitabit custodiam Strigoniensem.

Ex custodia Zechen G. de Lipto visitabit custodiam Sancti Spiritus.

Determinationes Capituli prefati.

Custodia Banye coniungatur custodie Jenyeu. Conceditur fratribus, ut liceat tenere gallinas ad. pullificandum ad usum fratrum, mendicando enim non possunt acquirere pullos.

Liceat fratribus, ubi commode et sine pecuniis fieri potest, seminari facere linum ad excutendum oleum ad usum fratrum. Item ordeum sive avenam ad sustentanda animalia, non autem ad vendendum aut faciendam cerevisiam.

Registrum super attinentiis Capituli.

Olle ferree Capituli magne ... VIII.
Due olle mediocres ad Banya.
Due olle ad Waradinum, una magna, altera mediocris.
Hausoria (merite) cuprea magna ... III.
Cochlearia cribrata, rostas kallan, quatuor.
Verua magna tria.
Cantari lignei magni ... V.
Picaria ... XXXX.
Acetabula ... V.
Scutelle.
Lavatoria plumbea tria.
Manutergia ad lavatorium magna ... VII.
Item duo nova ex Chyk per guardianum allata, kende kezkene.
Mensalia non lota, zenyes ... IX.
Mensalia lota ut plurimum ex sindone ... IX.
Mensalia nova, quibus non sunt usi fratres per H. P. F. Egidium de Thywadar G. de Chyk allata ... VI.
Mensalia ad mensam secularem ... III.
Manutergia mensalia, aztal kezkene ... X.
Manutergia ad extergendos pedes, labmoso kezkene ... III.
Manutergia ad abluendum caput, fe moso ... III.

Reposita hec habentur in claustro de Megyesalya preter cantaros, scutellas et picaria, que habentur in Zewlws cum lavatoriis plumbeis.

Item patres guardiani singulorum locorum, qui habeant (sic) currum et equos, patres custodes teneantur deducere a loco ad locum sub pena discipline.

1558.

In nomie Domini Amen.

Hec est tabula diffinitionis congregationis totius provincie Hungarie 1558 octava Maii in Dominica Cantate post Pascha in conventu nostro Gyengyesiensi concelebrate.

In primis admissa resignatione R. P. F. Emerici de Thwys canonice, rite ac concorditer in primo scrutinio est electus in Ministrum provincie prefate idem prenominatus R. P. F. Emericus de Thwys.

Diffinitores eiusdem Capituli.

Primus V. P. F. Benedictus de Cherewg.
Secundus V. P. F. Mathias de Ebrez.
Tertius V. P. F. Johannes de Chyk.
Quartus V. P. F. Johannes de Illewelge.

Superintendens.

V. P. F. Demetrius de Apathi.

Discretus provincie prenominatus Johannes de Chyk, idem et commissarius provincie, si R. P. Ministrum prefatum, durante suo officio, mori contingat, consimiliter idem et scriba eiusdem R. P. Ministri.

Officiales instituti sunt.

In custodia Strigoniensi.

C. V. P. F. Franciscus de Zegedino.
G. de Gyengyes H. P. F. Stephanus de Sancto Ladislao.
G. de Beren H. P. F. Egidius de Thywadar.
G. de Zegedino H. P. F. Nicolaus de Banya.
Predicator de Gyengyes H. P. F. Benedictus de Cherewg.
Predicator de Zegedino H. P. F. Urbanus de Myskolc.
Predicator de Wara[d?] F. Blasius de Zakan.
Predicator ad Kechkemet H. P. F. Johannes de Illewlge.
Predicator de Beren Franciscus, qui et Custos.

In custodia Transilvanie.

C. eiusdem custodie V. P. F. Ladislaus de Egres.
G. de Chyk H. P. F. Paulus de Koloswar.
G. de Karan-Sebes H. P. F. Ladislaus de Chomorkan.

G. de Bako H. P. F. Laurentius de Wasarhely.
Predicator de Karan-Sebes H. P. F. Martinus de Felsewbanya.
Predicator de Bako H. P. F. Michael de Almashyda.

In custodia Jenu.

Custos eiusdem custodie V. P. F. Franciscus de Wylak.
G. Waradiensis H. P. F. Valentinus de Zabatka.
G: de Bathor H. P. F. Stephanus de Warwyz.
G. de Megyesallya H. P. F. Mathias de Zathmar, Predicator ibidem idem.
Predicator ad Zewlews H. P. F. Andreas de Zantho.

In custodia Sancti Spiritus.

C. eiusdem custodie H. P. F. Matheus de Novak.
G. de Papa H. P. F. Demetrius de Apathi. Predicator ibidem idem.
G. de Hormosd H. P. F. Michael de Sancto Michaele. Predicator ibidem idem.
G. de Remethinch H. P. F. Georgius de Racha. Predicator ibidem idem.

In custodia Zechen.

C. H. P. F. Mathias de Ebrez.
G. de Lipto idem.
G. de Galgoch H. P. F. Johannes de Warallya.
Predicator de Lipto, Damianus de Almandfalva.[1]

Visitatores instituti.

G. de Megyesallya H. P. F. de Zathmar visitabit custodiam Transilvanam.
G. de Zegedino visitabit custodiam Jenu.
G. de Galgoch visitabit custodiam Sancti Spiritus.
G. de Papa visitabit custodiam Zechen.
G. de Chyk visitabit custodiam Strigoniensem.

1559.

In nomine Domini Amen.

Hec est tabula diffinitionis provincialis congregationis provincie Hungarie Salvatoris in conventu nostro Gyengyesiensi 23. a die Aprilis in Dominica Cantate anno Domini 1559 concelebrate.

[1] Manu Vincentii Blaho : Conventus 14.

Inprimis admissa resignatione R. P. F. Emerici de Thewys R. P. F. Mathias de Ebrez canonice, rite et concorditer in quarto scrutinio in Ministrum ipsius provincie electus est.

Diffinitores eiusdem congregationis.

V. P. F. Blasius de Zakan.

V. P. F. Johannes de Waralya.

V. P. F. Franciscus de Zeremwylak.

V. P. F. Franciscus de Zegedino.

Superintendens V. P. F. Nicolaus de Banya.

Discretus provincie prenominatus V. P. F. Johannes de Waralya idem et commissarius provincie, si R. P. Ministrum prefatum, durante suo officio mori contingat, consimiliter idem et scriba eiusdem R. P. Ministri.

Officiales instituti sunt.

In custodia Strigoniensi.

V. P. F. Emericus de Thwys custos custodie Strigoniensis et commissarius R. P. Ministri.

H. P. F. Blasius de Zakan G. de Gyengyes.

V. P. F. Benedictus de Cherwg G. de Beren.

H. P. F. Nicolaus de Banya G. de Zegedino.

H. P. F. Franciscus de Zeremwylak predicator de Kechkemeth.

H. P. F. Urbanus de Zikzo predicator de Zegedino.

H. P. F. Paulus de Koloswar predicator de Patha.

H. P. F. Mathias de Zathmar predicator de Paztho.

In custodia Transilvane.

V. P. F. Ladislaus de Egeres C. custodie Transilvane et G. de Chyk.

F. Thomas de Mohacz predicator loci.

In custodia Banye.

V. P. F. Johannes de Yllewelge C. custodie Banye et G. de Megyesalya.

H. P. F. Laurentius de Koloswar G. de Bathor et predicator magnifici domini Nicolai de Bathor.

H. P. F. Andreas de Zantho predicator de Zewlws.

In custodia Sclavonie.[1]

V. P. F. Demetrius de Almadapathi C. custodie Sancti Spiritus G. de Tharnok.

In custodia Zechen.

H. P. F. Damianus C. custodie Zechen.

P. F. Valentinus de Nadasd, G. de Galgoch.

H. P. F. Egidius de Thywadar G. de Lipto.

H. P. F. Damianus de Almanfalwa C. custodie Zechen et predicator de Lipto.

H. P. F. Johannes de Chyk predicator Nitriensis.

1560.

Visitatores instituti.

(Reliqua desunt.)

1561.

In nomine Domini Amen.

Hec est tabula diffinitionis congregationis provincialis provincie Hungarie Salvatoris in conventu nostro Liptowiensi decima nona die Junii 1561. celebrate, in qua canonice, rite ac concorditer in primo scrutinio electus est in ministrum provincie prefate R. P. F. Emericus de Thwys.

Diffinitores.

V. P. F. Emericus de Thwys.

V. P. F. Demetrius de Almadapathy.

H. P. F. Valentinus de Nadasd.

H. P. F. Johannes de Chyk.

Superintendens V. P. F. Johannes de Illewelgh.

Discretus provincae V. P. F. Demetrius de Almadapathy. Idem fungitur et officio commissioratus, si, durante cura ministeriatus, contingat prefatum R. P. Ministrum deficere seu mori.

[1] Manu Vincentii Blaho : Potius Sancti Spiritus.

In custodia Strigoniensi.

C. eiusdem custodie V. P. F. Stephanus de Sancto Ladislao.
G. de Gyengews H. P. F. Aegidius de Thywadar.
G. de Beren H. P. F. Benedictus Chzerewg.
G. de Zegedino H. P. F. Thomas de Mohacz.
Predicator de Gyenges H. P. F. Blasius de Zakan.
Predicator de Keczkemet H. P. F. Urbanus de Myskolcz.
Predicator Agriensis H. P. F. Franciscus de Wylak.

Predicator et confessor magnificae dominae Barbarae relictae quondam magnifici Sigismundi Balasssa H. P. F. Johannes de Waralya.

In custodia Zeczen.

C. V. P. F. Mathias de Ebreez.
G. de Galgocz idem.
G. de Lyptowia H. P. F. Damianus de Almanfalwa.

In custodia Transilvana.

C. V. P. F. Laurentius de Koloswar.
G. de Bako idem.
G. de Chyk H. P. F. Clemens de Galsa.

In custodia Banye.

V. P. F. Johannes de Illewelg, G. de Bathor et predicator magnifici domini Nicolai de Bathor idem.

Predicator magnifici domini Johannis de Peren P. F. Paulus de Kolosvar.[1]

In custodia Sancti Spiritus.

C. V. P. F. Stephanus de Wyzwar.
G. de Tharnok idem.
G. de Ormosd H. P. Martinus de Iwancz.
G. de Remethyncz H. P. F. Georgius de Racza.

Lector.

H. P. F. Johannes de Czyk.

[1] Manu Vincentii Blaho : G. de Meggyesallya Andreas de Zantho, ut habent alia manuscripta.

Fratres ad studendum deputati.

F. Johannes de Magocz sacerdos.
F. Emericus de Gyengyews, senior, clericus.
F. Emericus de Gyengyews, iunior, clericus.
F. Blasius de Gyengyews, clericus.
F. Vincentius de Gyengyews, clericus.
F. Franciscus de Barylla, clericus.

Locus et dies Capituli futuri ad arbitrium R. P. Ministri dimissum est.

Item sanccitum, noviterque statutum est atque prohibitum, quod fratres nihil importent ad suas cellas, quod manducari vel bibi possit sub pena in constitutionibus expressa.

Item siquis absque licentia P. guardiani aut alterius prelati elemosinam pecuniariam servaverit, habeat disciplinam et privetur illa elemosina et ieiunet in pane et aqua sedendo in terra.

1565.

Acta Capituli provincialis provincie Hungarie Salvatoris 1565 in festo sacratissime Purificationis beatissime virginis Marie secunda die Februarii in conventu Gyeungyeusiensi concelebrati.

In nomine Domini Amen.

Hec est tabula diffinitionis congregationis provincialis provincie Hungarie Salvatoris in conventu nostro Gyewngyewsiensi 2-a die Februarii in festo sacratissime Purificationis beatissime virginis Marie anno 1565 concelebrate.

In primis admissa resignatione R. P. F. Emerici de Thewys iterum canonice, rite ac concorditer in primo scrutinio electus est in Ministrum provincie idem prenominatus Emericus de Thwys.

Diffinitores eiusdem congregationis.

V. P. V. Benedictus de Chiereogy.
V. P. F. Ladislaus de Egheres.
V. P. F. Aegidius de Thywadar.
V. P. F. Nicolaus de Banya.

Superintendens.

V. P. F. Damianus de Almanfalwa.

Discretus provincie.

V. P. F. Thomas de Mohacz. Idem et predicator provincie, ad qualemcunque locum vel conventum contigerit introire R. P. F. Ministrum, durante officio suo. Idem et scriba R. P. Ministri.

Item, si ante futurum Capitulum mori contingat R. P. Ministrum, officium commissariatus exequetur ac supplebit V. P. F. Benedictus de Chierwgy, qui supra.

Officiales instituti.

In custodia Strigoniensi.

C. eiusdem custodie V. P. F. Nicolaus de Banya.
G. de Gywngiws H. P. F. Aegidius de Thywadar.
G. de Beren H. P. F. Ladislaus de Egheres.
G. de Zeghedino H. P. F. Blasius de Zakan.
Predicator de Gywngius H. P. F. Benedictus de Cherwgy.
Predicator de Beren H. P. F. Ambrosius de Gywla.

In custodia Transilvana.

C. V. P. F. Laurentius de Wassarhely.
G. de Chyk idem.
Predicator de Chyk H. P. F. Johannes de Magochy.

In custodia Banye.

Iidem officiales, qui ante, quoniam non interfuerunt Capitulo provinciali ob metum factiosorum.

In custodia Szechien.

C. V. P. F. Damianus de Almanfalwa.
G. de Liptovia idem.
G. de Galgoch H. P. F. Stephanus de Warwyze.
G. de Zakolcza H. P. F. Franciscus de Barilla.

In custodia Sancti Spiritus.

C. V. P. F. Demetrius de Zeplak.
G. de Tarnok idem.
G. de Ormosd H. P. F. Michael de Dyako.

Fratres ad studendum et ad superiora loca deputati.[1]

F. Emericus de Gywngyes, sacerdos.
F. Emericus de Gywngyes, clericus.
F. Johannes de Gywngyes senior, clericus.
F. Johannes de Gywngyes iunior, clericus.
F. Franciscus de Gywngyes, clericus novitius.
F. Casparus de Beren clericus.
F. Emericus de Fewlnempthi clericus novitius.
F. Stephanus de Gywngies clericus.
F. Blasius de Chanadino clericus.
F. Andreas de Philek.
F. Aegidius clericus laicus.

1567.

In nomine Domini Amen. 1567.

Cum R. P. Minister scilicet F. Emericus de Twis resideret in Zakolcza et propter disturbium non posset descendere ad locum Capituli scilicet ad Genges: mandavit suo commissario F. Benedicto de Cherwgy predicatori, tunc in Genges existenti, ut teneatur per obviam Capitulum celebrare. Habitis itaque vocibus patrum superiorum partium pro electione provincialis, que unierunt in R. P. F. Benedictum de Cherwgy suprascriptum. Qui fuerint diffinitores mihi non constat, abfui enim, qui hec addidi nec tabulam illius Capituli habere potui, fuit enim *lignea.* Officiales saltem ob illius quoque Capituli memoriam, quos sciam, hic ponere proposui.

Provincialis R. P. F. Benedictus de Cherwgy.

Discretus provincie V. P. F. Demetrius de Zeplak.

Idem et scriba.

C. Custodie Strigoniensis V. P. F. Matthias de Zakmar.

Idem et predicator Zeghedinus.

G. de Gywngyws H. P. F. Nicolaus de Banya.

Ibidem concionabatur R. P. Minister prefatus.

G. de Zeghedino H. P. Mathias de Gyula.

C. custodie Zechen R. P. F. Emericus de Thwys idem et commissarius R. P. Ministri, si eum durante officio preripi contigisset.

Idem preterea et G. de Zakolcza.

Közli: Bunyitay Vincze.

[1] Manu Vincentii Blaho: nempe Szakolczam. Manuscripta Somlyoiana.

III. FÜGGELÉK.

Az 1526—63. években megölt Ferenczrendű szerzetesek névsora.

Fratres interfecti in provincia Hungariae s. Salvatoris ab anno citra 1526, quo videlicet anno profligati sunt per Turkos (sic) in campo Mohacz.

Reverendissimus P. F. Paulus Thomori Archiepiscopus Colocensis in bello Mohacz interiit.

F. Orbanus de Kövesd sacerdos ibidem.

F. Geörgius (sic) de Pakos ibidem.

Item Bude 1526.

F. Johannes de Pruscia sacerdos.

F. Nicolaus de Breztolcz sacerdos.

F. Mathias de Pest sacerdos.

F. Nicolaus de Vereuche laicus sacrista.

F. Georgius de Ezek laicus barberius.

F. Ambrosius de Comar laicus.

F. Leonardus de N. laicus.

F. Blasius de Kuleöd laicus, sacrista de Vÿlak.

In conventu Pestiensi Anno Domini 1526.

F. Michael de Diaco sacerdos.

F. Georgius de Ormankez sacerdos.

Nicolaus de Kezy laicus.

F. Elias de Czepel laicus.

Item Strigonii anno Domini 1526.

F. Augustinus de Tarkan sacerdos.

F. Bernardus de Vasarhely laicus.

34*

F. Clemens de Vaÿa laicus.

Item eodem anno F. Michael de Zewlews laicus cum uno fratre sacerdote iuxta lacum Balathon occisus repertus est.

Item anno Domini 1526 in loco Palotha de custodia Sancti Spiritus per Turcos.

F. Andreas de Vasarhely sacerdos.

F. Petrus de Bÿa laicus.

F. Andreas de Moczola laicus.

F. Antonius de Sancto Ladislao sacerdos Bude in obsidione ictu Bombarde interiit 1528.

Item anno Domini 1529 Bude interfecti sunt.

F. Benedictus de Nemetuÿvar sacerdos.

F. Stephanus de Nagidobos sacerdos.

F. Laurentius de Bonya sacerdos.

F. Andreas de Vylakpest sacerdos.

F. Paulus de Vazar laicus.

F. Johannes de Litthvania laicus.

F. Johannes de Brassovia laicus.

F. Gregorius de Tholna sacerdos.

F. Gregorius de Patak laicus.

Item eodem anno in Transilvania in conflictu wolachorum Moldaviensium in contratis Brassoviensibus tres fratres interfecti sunt, videlicet F. Georgius de Bogacz sacerdos cum aliis duobus.

Item eodem anno in Sclavonia in contratis Remethincz per Turcos interfecti:

F. Martinus de Racza sacerdos.

F. Paulus de Nard laicus.

F. Balthazar clericus in loco Petrocz.

F. Petrus de Diako laicus in loco Athina.

Item in contratis Strigoniensibus per Turcos:

F. Stephanus de Deez sacerdos occisus.

Item in Lipthovia

F. Andreas de N. sacerdos.

Item in Galgocz

F. Leonardus de Arania sacerdos per Thurcos.

Item in contratis Galgocz per latrones Hungaros:

F. Petrus de Miscocz sacerdos,

F. Thomas de Papa laicus occisi sunt.

Item anno Domini 1532 Turco ascendente in loco de Sellie, de custodia Ozorae passim occisi sunt subscripti fratres:

H. P. F. Georgius de Nagÿbard sacerdos, guardianus de Sellie.

F. Laurentius de Hagimas sacerdos ibidem.

F. Mathias de Belczke sacerdos ibidem.

F. Matheus de Visegrad sacerdos ibidem.

F. Nicolaus de Sellie sacerdos ibidem.

F. Nicolaus de Bodacza sacerdos ibidem.

F. Michael de Hederhel clericus ibidem.

F. Albertus de Ozora laicus ibidem.

F. Blasius de Gywla laicus ibidem.

Item in loco de Czakan in custodia Ozora 1532.

F. Dionisius de Bor sacerdos ibidem.

F. Georgius de Petovya sacerdos ibidem.[1]

Item F. Michael de Zeuleus sacerdos in Silagisag per Volachos occisus est.

Item F. Nicolaus de Iraz sacerdos per Ruthenos occisus est.

Item anno Domini 1545.

F. Petrus de Merenye laicus in loco Sancti Spiritus nocte per latrones occisus est.

F. Georgius de Kaproncza in contratis Ozore per latrones.

F. Laurentius de Bereny laicus in Baranya per Hungaros occisus est.

F. Benedictus de Zerdahely laicus,

F. Michael de Erws laicus, non longe a Pest per Turcos trucidati sunt.

In custodia Jenw, in loco de Zegedino 1552.

F. Thomas de Segedino sacerdos.

F. Ladislaus de Zador.

F. Bernardus de Lippa clericus per Turcos interfecti sunt.

[1] Vincentius Blaho vocem: «sacerdos» expungit et adnotat: Supple omissa ex alio urbario. — Omissa sunt autem: Item in loco Hederhely in custodia Ozorae: F. Franciscus de Kadgia sacerdos. F. Franciscus de Bodmer laicus. Fratres alii duo ibidem.

Item anno Domini 1553.[1]

F. Franciscus de Vylak guardianus de Zalard per famulos magnifici domini Volfang[2] interfectus est.

Item anno Domini 1563. in custodia Strigoniensi per Luteranos prope villam Irazzeg (sic).

F. Jacobus de Belkez sacerdos,

F. Petrus de Vasarhely laicus, in silva occisi sunt.

F. P. 1598.

(Ex mss-to cuius titulus: Miscellanea Fratris Valentini de Nadasd, anno ut patet 1598. concinnato.) Bibliotheca ordinis s. Francisci Gyöngyösiensis.

«Miscellanea fratris Valentini de Nadasd» cz. 1598-ban írt kézirat a ferenczrendűek gyöngyösi könyvtárában.

Közli: Dr. KARÁCSONYI JÁNOS.

[1] Rectius 1558. Anno enim 1558, die 8-a m. Maii tantummodo, uti tabulae ostendunt, constitutus est custos custodiae Jenő, ad quam etiam claustrum Zalardiense pertinuit, Franciscus de (Varad-)Ujlak, qui ergo simul guardianus Zalardiensis fuit. Hoc contigit ob defectum fratrum etiam in custodia Szécsényiensi, nam custos simul guardianus de Liptó constitutus est. V. supra p. 524. Anno 1559 23-a m. Aprilis conventus Waradiensis et Szalárdiensis iam frustra quaeruntur in tabulis.

[2] Vincentius Blaho adnotat: Csáki.

INDEX

NOMINUM, LOCORUM ET (MAGNA EX PARTE) RERUM

A PAG. 1—534.

(Numerus significat paginam.)

Abbreviationes: conv. = conventus; cust. = custodia; fr. = frater; Gv. = Gvardianus; laic. = laicus; par. = parochus vel parochia; pleb. = plebanus vel plebania; praep. = praepositus vel praepositura; sac. = sacerdos; v. = vide.

ERRORES CORRIGENDI.

pag. 24. lin. 34. *Letkecs* lege Lethkees.
pag. 228. lin. 20. *Radartha* lege Kadartha.
pag. 284. lin. 24. *Male* lege Mare.
pag. 427. lin. 10. *Crota* lege Croata.
pag. 428. lin. 9. *restitutate* lege restitute.

A II. KÖTET TARTALMA.

ARGUMENTUM HUIUS TOMI.

Date Due

APR 2 4			
MAY 2 2			

Demco 38-297